DE IUBILEO ET INDULGENTIIS TRACTATUS IN DUAS PARTES DIUISUS...

Giulio Lavori




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
20 E
M 6



DE IVBILEO ET INDVLGENTIIS TRACTATVS

In duas Partes diuisus

OMNIBVS LVCRATVRIS Indulgentias, & Confessoribus apprimè vtilis ac necessarius.

AVCTORE IVLIO LAVORIO
De Laurino Caputaquen. Diœc. Protho. Apost. & Illustriss. ac Reuer.mi D. Card. Muti. Auditore.

PARS PRIMA.








Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti. 1625.
Superiorum permissu.




SANCTISS. AC BEATISS. PATRI ET D. D.

VRBANO VIII.

PONTIFICI OPT. MAX.





IVLIVS LAVORIVS FOELICITATEM.



VID poterant (Beatiſs. Pater) vniuerſi Chriſti Fideles Vrbi, & Orbi vniuerſo, precibus, & orationibus, à D. O. M. vtilius conſequi, quàm te vniuerſæ Eccleſiæ Paſtorem, & Rectorem præfici? Quid fructuoſius ad oues errantes reducendas, diſperſas congregandas, fame laborantes, ſuauiſsimis Cœleſtis Regni fructibus largiter paſcendas, & viuis copioſiſsimis fontis aquis potandas, quàm te potiſsimum inter tot S. R. E. Cardines eligi? Quid, inquam, præſtantiùs, quàm te precioſiſsimi Eccleſiæ Theſauri clauigerum, ad iubileam Indulgentiam Fidelibus ipſis, tuæ pietatis, & clementiæ claue, diſtribuen-

dam, diuinitus electum elargiri, elargitumq. seruari? Cæterum pro tot, ac tantarum gratiarum, & fructuum ex Portæ Sanctæ aperitione profluentium largitione, nil æquidem aptius, & congruentius ipsi largitori omnium Domino, & tanto Principe dignum, censui rependendum; quàm vt earumdem gratiarum, & fructuum, instar aquarum, quæ ex mari exeunt, & ad mare reuertuntur, donum fiat. Sit ergo de Iubileo, & Indulgentijs, tractatus iste (laborum meorum primitiæ) munus, atque donum; quod cum à benigna Sanctitatis tuæ manu, tamquam à mare flumina ortum duxerit, iterum dum ad mare reuertitur, cuncto populo sub tanti Principis vmbra, spiritualem, dum legitur, spero fluendam vtilitatem; meq. humillimam, ac minimam inter oues, ouem Sanctitatis tuæ pedibus offerentem excipere ne dedigneris, & non tam oblatum donum, quàm offerentis voluntatem, & animum percipias rogo: Et sicuti Deus àd Abel, & munera eius respexit, respicias. Deum ipsum interim precor, vt in hoc Iubilei anno errantes oues ad Pastorem, dispersæ ad ouile, fame laborantes ad cibum, sitientes ad fontis aquæ viuæ potum, & Grex vniuersus ad Pastorem suum, inoffenso pede percurrens, adueniat, quò in militanti

tanti

tanti Ecclesia, te clauigero, nobis Porta Sancta Indulgentiarum aperta, in triumphanti post longæuum, & fœlicissimum tuum huius vitę curriculum, aperta Cœlorum Porta, æterna gloria vnà cum grege tibi commisso perfrui merearis. Romæ, die 8. Decembris. 1624.




AVTHOR AD LECTOREM.



T remiſſionis, ac cœleſtium gratiarum annum (Candide Lector) tranſigere poſſis vberiùs; hunc de Iubileo, & Indulgentijs tractatum, plurium cum veterum, tum recentiorum monumentis illuſtratum, opera quidem mea in lucem editum; iuſſu tamen Illuſtriſs. D. mei Cardinalis Muti, qui eo Populis ſuæ fidei in Viterbien. & Tuſcanen. Diœc. creditis conſultum maximè voluit; accipe, eumq; integrè, & accuratè perlege; Si quid autem me peccaſſe depræhenderis, in aduerſam, qua ſemper tentatus fui, valetudinem, culpam transferas, vt hoc pacto mearum lucubrationum fructus præcoces, delibati, humanitatis tuæ ſuaui condimento dulceſcant, ac maturiores propediem, Deo Indulgente, ſperare poſſis: Interim ex multiplici harum rerum varietate, tamquam ex floſculis aliquam ad tuæ ſalutis incrementum, mellis, decerpas ſuauitatem. Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM
PRIMAE PARTIS.



De

INDEX CAPITVM
SECVNDAE PARTIS.



De

De

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episc. Hierace n. Vicesg.

Ex mandato Reuerendiss. Patris Fratris Nicolai Rodulphi, Sacri Apost. Palatij Magistri, Tractatum de Iubileo, & Indulgentijs summo studio,& industria per Illustris,& Reuerendiss. D.Iulij Lauorij de Laurino,Caputaq. Diœc.Prothon. Apost. & Illustriss. D. Card. Muti Auditoris, doctè conscriptum, omni qua potui obseruatione perlegi. In eo non solum quicquam, quod orthodoxæ fidei, sacris Canonibus, moribusq. obstet; verum opus sana doctrina refertum, grauium authoritatibus D D. fulcitum,& quamplurimis dubijs, & quæstionibus, non minus curiosis, quam vtilibus, ac necessarijs contextum reperi, ideo ad communem Reip. vtilitatem quamprimum imprimi posse censeo.

Fr. Vincentius Candidus Magist. Ord. Prædic.

Pœnitentiarius apud S. M. M.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Martinellus Magister, & Socius Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfij Ord. Prædicatorum Sacri Palatij Apostolici Magistri.

DE IVBILEO, ET ANNO SANCTO.

Pars Prima.

SVMMARIVM.

Iubilei nomen quid significet. 1. 7. 27.
Sabbathum praecepit Deus septimo anno celebrari. 2.
Sabbathum quies dicitur. 3.
Sabbathizare quid sit. 3.
Iubilei anno terra non colebatur. 4.
Iubilei tempore viuebant homines ex fructibus anni praecedentis. 5.
Annum quinquagesimum Deus praecepit sanctificari. 6.
Annus quinquagesimus dicitur annus libertatis. 7. 8. 9.
Lites, & iurgia anno quinquagesimo cessabant. 9.
Reddibitio apud Hebreos duplex dabatur, & quae. 10.
Actio nepetitionis amissorum in ludo vetito de iure ciuili non datur elapso quinquagesimo anno, 11.
Sortes non repetebantur apud Vuisigothos, & Romanos anno quinquagesimo elapso. 12.
Mancipia fugitiua anno quinquagesimo elapso ad seruitutem reuocari non poterant. 13.
Praescriptiones sunt inuenta ad discordias, & conuitia sedanda. 13.
Pax, & tranquillitas est maxima pars foelicitatis. 14.
Iura omnia versantur, aut in acquirendo, aut in conseruando, vel inminuendo. 15.
Lex de non concupiscendis rebus alienis fuit à Deo in vniuersum lata. 16.
Cupiditas radix omnium malorum. 17. 18. 19.
Auaritiae effectus multi. 20.
De Iubileo sanctificando quare Deus legem instituit. 21. 22.
Iubileus in lege Moysayca dicebatur remissio debitorũ temporalium. 23.
Iubileus in lege Gratiae dicitur remissio debitorum spiritualium. 24.
Annus Sanctus dicitur quies, & laetitia. 25.
Numerus septenarius, & quinquagenarius quare in sacris scripturis pro Iubileo intelligitur. 26.
Similitudo inter antiquae, & nouae Legis Iubileum. 27.

IVBILEI NOMEN QVID SIGNIFICET. Cap. I.



1 VBILEI nomen quietis, & remissionis annum significare demonstrat *Leuit. cap.* 25. vbi duo præceperat Deus per Moysen filijs Israel: primum de sabbatho septimo anno celebran-
2 do, dum inquit, *quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbathizes sabbathum Domino, sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colliges fructus eius; septimo autem anno erit terræ requietionis Domini, agrum non seres, & vineam non putabis,* idem patet *Exod.* 23. *vbi sex annis seminabis terram tuam, anno autem*
3 *septimo dimittes eam, & requiescere facias*, ex qua requie, & quiete sabbathum terræ & requietionis Domini annus septimus appellatur, vnde nos sabbathizare, quiescere dicimus; hoc tempore ip-
4 samet terra quiescebat ab opere suo, hoc est ab agricultura: nam anno Iubilei non seminabatur, non arabatur, non fodiebatur, sed viuebatur ex fructibus anni præcedentis, Deus namque multiplica-
5 bat fructus per annos tres.
6 Secundum de sanctificando anno quinquagesimo, *sanctificabis,* inquit, *annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis terræ*
7 *tuæ habitantibus, ipse est enim Iubileus, hoc est annus libertatis, &*
8 *remissionis*; serui enim donabantur libertati, manumittebantur, captiui liberabantur, debita pauperum debitorum remittebantur, vnusquisque ad possessionem suam, gratis ad familiam suam pristinam, siue venditione, siue donatione, vel alio titulo res in alium transmisisset, reuertebatur.

Imò vendita, & alienata non solum priori domino restituebantur, sed nec actor, aut creditor in iudicio experiri poterat; erat enim subla-
9 ta actio, lis, & iurgium tum fisco, tum priuato, generalis namque obligationum, seruitutum, & pœnarum remissio elargiebatur, & iste erat primus modus redimendi res venditas, & alienatas apud He-
10 bræos; Duplex enim apud illos dabatur reddibitio, vna erat releuatio debiti, de qua *Plut. in Polit.* quam Iubileum vocant, altera fiebat iure proximitatis, quo proximior in emptione remotioribus extraneis præferebatur, vt *Tolos.* refert *lib.* 6. *c.* 1. *n.* 2. *f.* 150.
11 In iure quoque nostro quinquaginta annorum spatium inuenitur ad excludendam actionem repetitionis amissorum in ludo vetito, intra

intra enim hoc ſpatium, quæ in ludo vltra vnum aureum amittuntur, peti poſſunt. *l. fin. C. de rel. & ſumpt. fun.* & apud Vuiſigothos
12 ſortes Gothæ, & Romanæ, quæ intra quinquaginta annorum ſpatium non fuerant reuocatæ, nullo modo repetebantur, & alia mancipia fugitiua, quæ intra quinquaginta annos inuenta non fuerint, non licet ad ſeruitia reuocare; in Lege autem Diuina redemptio fiebat modo dicto per Iubileum.
13 Et hoc vt diſcordiæ, & conuitia ſopirentur, eorumq. vice animi
14 pax, & tranquillitas, quæ maxima eſt fœlicitatis pars *ex Iob.* 4. Chriſto teſte, vigeret, & haberetur.
15 Et quoniam totum ius conſiſtit aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo. *l. fin. ff. de leg.* & lex fuerat à
16 Deo in vniuerſum lata, non concupiſces domum proximi tui, non ancillam, non bouem, non omnia, quæ illius ſunt. *Exod.* 20. vt illa huiuſmodi rerum proximi cupiditas proſterneretur, quo-
17 niam ex cupiditate habendi, & auaritia fines poſſeſſionis, & fines dominij legitimi violati ſunt, & is, cui permiſſum erat ſufficienter habere, & alijs prouidere, ſibi aliena vſurpare, vetitis artibus cœpit, inde malorum omnium cohors traduxit in nos
18 miſerias penè immedicabiles, cupiditas namque eſt omnium malorum radix, & eam appetentes errauerunt à Fide, & inſeruerunt ſe cogitationibus multis, *ad Timoth.* 6. *c. bonorum.* 47. *diſt.* & qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum Diaboli, & facile cupidi à iu-
19 ſto declinant, *c.* 1. *diſt.* 47. excæcat hominem auaritia. *c. execrabilis, de præb.* reddit hominem inſatiabilem. *c. ſicut hi.* 47. *diſt.* & *Horat. lib.* 2. *carmin. od.* 1.

Latius regnes, auidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops:
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

20 Et ex auaritia, vſuræ, rapinæ, furta, penuria rerum; hinc factum eſt, vt Deus Optimus Maximus huic malo obuiare volens poſt diuiſiones per familias terræ ſubactæ adiecit legem hanc Iubilei, dicens, *ſanctificabis, &c.*
21 Demum vt *Abul* ait ſuper *Leuit.* 25. *q.* 1. & 2. fuit inſtitutus primò annus ſeptimus, deinde quinquageſimus propter duo, vt liberarentur homines à ſeruitute, & remitterentur debita eorum, &
22 quoniam in anno ſeptimo ob aliquas cauſas redemptio libertatis,

vel bonorum fieri non poterat, ideo post sabbathum in septimo anno, est institutus annus quinquagesimus, qui dicitur Iubileus, in
23 quo omnes absque pecunia reintegrantur, sicut enim Iubileum dicimus obseruationem esse sabbathi, maxime debitorum, obligatio-
24 numq. remissionem in lege Moysayca, sic in Christi vero, fœlicioriq. tempore omnium pœnarum animæ abolitionem, gratiæq. perpetuæ donum in anno sancto diuinitùs, & decentius institutum; vnde me-
25 ritò annus sacer electus, atque probatus à Deo dicitur, quo populus vniuersus, & animantia quæque terræ à labore quiescerent, & lætarentur.

26 Sed quare numero septenario, & quinquagenario pro Iubileo vsa fuerit sacra Scriptura, remitto lectorem ad *Paulia. lib.* 1. *c.* 3. *Binz. lib.* 3. *c.* 6.

27 Iubilei ergo nomen quietem, remissionem, & indulgentiam significat, quæ antiquitus in lege veteri à quinquagesimo in quinquagesimum annum concedebatur, dicta à Iobel, quod significat quinquaginta: dicitur Indulgentia hæc Iubileum ob similitudinem, quam habet cum ipso Iubileo quinquagenario, ille enim sonitu buccinæ pronunciabatur, hæc Apostolica voce; in illo cessabat labor arandi, in hac cessat noster labor mortificatis & inanitis fame nostrorum corporum terris in remissionem nostrorum peccatorum; in illo remittebantur debita temporalia, in hac debita spiritualia; in illo dabatur libertas corporalis, in hac spiritualis; in illo recuperabantur possessiones terrenæ, in hac virtutes, & merita mortificata per peccata; in illo ab exilio ad patriam reuocabantur exules, in hac exules à cœlo nostra patria vera existentes, gementes, & flentes in hac lachrymarum valle, efficimur denuò habiles ad fruitionem Dei.

S V M M A R I V M.

Iubileus vnde dicatur. 1.
Iobal, seu Iobel, vox hebræa, quid significet. 2.
Iobel idem est quod cornu, buccina, seu tuba. 3. 4. *&* 5.
Buccinæ sonitu Romani conuocabant populum. 6.
Iobel significat buccinam, cornu, remissionem, initium, germen, seu fructum, gaudium, & lætitiam. 7.
Iobel quare dicatur remissio. 8.
Iobel quare dicatur initium, & quare germen, gaudium, & lætitia. 9.
Iubilaria consuetudo apud Vltramontanos quid sit. 10.
Iubilaria consuetudo apud eosdem seruatur in coniugatis. 11.
Iubilaria consuetudo apud eosdem seruatur in Sacerdotibus. 12.
Iubilaria consuetudo seruatur in Monachis, & alijs Religiosis. 13.

Iubi-

IVBILEI NOMEN VNDE DICATVR. Cap. II.



1 VBILEI nomen, seu ethymologia à dictio-
2 ne Hebræa Iobal, seu vt magis placet, à voce, Iobel, desumptum esse omnes Scriptores fatentur. De significatione autem vtriusque dictionis multi multa scripserunt; variè enim hoc nomen Iobal, seu Iobel, significat, & æquiuocum est apud Hebræos, *teste Nauarr. de Iub.not.*1.*n.*10. aiunt enim, quod interpretatur remissio, seu dimittens, plenaria quies, gloria, domus Dei, Aries, mutatus, quinquagenarius, volens, seu iurans, magnus Dei annus &c. de quibus *Binz.lib.*1.c.4. *Paulian.lib.*1.*c.*1. *Hier. Grat.p.*1.*c.*1.& alij de hac materia scribentes; & ego infra; communem tamen prosequendo significationem dico Bucci-
3 nam, seu Cornu Arietis significare; propterea quod Moyses *Leuit.* 25. rationem ostendens, cur anno quinquagesimo remissiones debitorum fierent, possessionesq. deuenditæ ad primæuos redirent possessores, & serui libertati donarentur, ait, *ipse est enim Iubileus*, vbi verbum Hebræum pro Iubileo ponitur Iobel, quod significat cornu, vel Buccinam, seu Tubam ex communi Interpretum sententia; præ-
4 cepit enim Moyses mense septimo, & decimo die mensis Iubilei clangendi, esse buccinam. *Iosue* c.6. *n.*3. *vbi septimo autem die sacerdo-*

tes tollant septem buccinas, quarum vsus est in Iubileo, & praece-
5 *dant arcam fœderis, circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent*
buccinis. & paulo post *n.6. Tollite arcam fœderis, & septem alij sa-*
cerdotes tollant septem Iubileorum buccinas, & incedant ante Ar-
cam Domini,& in lib.Exod. c.19. dum dicitur, *cum clangere cœpe-*
rit Buccina, in Hebræo habetur, Iobel, & Iudæi solebant in signum
libertatis alicuius sonare hoc cornu, quia Dominus liberauit Isaac,
offerendo arietem,quem Abraham sacrificauit loco Isaac, *Tol.lib.6.*
c.24.n.3. & appropinquante tempore Iubilei,sonitu buccinæ corneæ
6 Hebræi indicabant, & pronunciabant annum Iubilei. Romani quo-
que antiqui conuocabant populum, & familiam sonitu buccinæ, &
tubæ corneæ. *gloss.not.in l.1.in fin. ff.de off.Præf. vig. vers. euocaba-*
tur, nondum enim erat vsus campanarum,quarum sonitu nunc eum
vocant.
7 Nomen hoc Iobel non solum buccinam, & cornu significat, sed
etiam remissionem,initium, germen,seu fructum, gaudium, & læti-
8 tiam,&c. *Nauarr.not.* 1.Remissionem quoniam debita, & possessio-
nes remittebantur, in nostro autem Iubileo pœna peccatorum re-
9 mittitur. Initium, quia prioribus solutis contractibus,nouum con-
trahendi initium oriebatur, & in nostro datur principium nouæ vi-
tæ, vel quia in Lege veteri illo anno initiabant libertates possessio-
num, &c. Germen, seu fructum ad significandum, quod anno Iubi-
lei nos percipimus copiosiorem fructum gratiarum, sentimus effica-
ciam gratiæ Dei, quam germinat Spiritus sanctus in cordibus no-
stris, quæ excitat ad opera magnæ perfectionis, & pietatis, sentiunt
Christiani hoc Iubilei tempore maiora auxilia super eos, acquirunt
influxus,& interiores motus, & germinat fructum, qui est pax con-
scientiæ, & magna animi tranquillitas. Gaudium verò,& lætitiam,
quoniam annus quinquagesimus totus erat gaudij, festiuitatis, &
lætitiæ; & Hebræi in illo anno buccinis clangebant. Et dicitur gau-
dium, quod explicari non potest verbis, nec penitus reticeri. *gloss.*
in Clem. vnic. §. nos itaque. vers. iubilet. de Reliq.& vener. Sanct.
Dicitur Iubileus à voce Latina, lætitia;nam affert magnam lætitiam
Christi fidelibus, anno enim Iubilei liberantur serui, idest peccato-
res à seruitute Diaboli, fiunt remissiones debitorum,idest pœnarum,
liberatur terra à labore suo, hoc est corpus nostrum, quod terra est,
liberatur à proprio labore, idest à tot cilicijs, ieiunijs, disciplinis,&
alijs pœnitentijs iniunctis, & soluit debita sua iustitiæ diuinæ indul-
gentijs meritis ex sanguine Christi, & Sanctorum omnium desum-
ptis, Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis ve-
stræ, inquit *Dauid Psal.*80.& facit *dicta Extrauag.vnigenitus.*
10 Hinc orta est ex hac ethymologia quędam consuetudo apud Flan-
dros,

dros, Gallos, Germanos, aliosq. Vltramontanos, & Belgicos Populos, dicta iubilaria, hoc est, vt serui, qui per spatium quinquaginta annorum alicui continuò inseruierint, anno quinquagesimo finito, tempore præsenti emancipantur, & cum magno iubilo, lætitia & honore libertati donantur, & gaudent priuilegio filiorum Domini sui, & in signum huius libertatis epularum conuiuia ab ipso familiæ Principe apparantur, ad quod inuitantur propinqui, & amici, tam domini, quàm serui, & illo die dicti serui vti domini domus omnia disponunt, & primum locum in mensa obtinent.

11 De coniugatis idem omnino seruatur circa conuiuium, & parentum, ac amicorum inuitationem, addito etiam Missæ sacrificio, ad quod processionaliter procedunt omnes inuitati bini ac bini, viri cum viris, mulieres cum mulieribus, quinquagenario Sponso, seu Sponsa præcedente, nuptialibus indutis; duobus propinquioribus vxoris Consanguineis sponsi latera comitantibus, sponsæ vero duobus similiter viri sui propinquioribus cognatis. Missa finita, in qua sanctissimam Eucharistiam sumunt ipsi sponsi quinquagenarij, eodem ordine, quo ad Ecclesiam peruenerant, reuertuntur, totusque dies illa in lætitia, conuiuijs, & tripudijs honestis consumitur.

12 Sacerdotes præbendarij anno quinquagesimo sacerdotij sui, inuitatis propinquis, & amicis, nouum, vt aiunt, Missæ sacrificium offerunt, quo peracto in domo quinquagenarij sacerdotis, honestè recreantur, ab illoq. die, ipse sacerdos immunis reputatur, liberque existit ab omnibus chori obligationibus, ad quas ante tenebatur, & quasi vnus ex alijs sacerdotibus fructus præbendæ suæ annuatim percipit, tamquam si personaliter ad chorum cum cæteris conuenirет.

13 Illud idem seruatur in Monachis, & alijs Religiosis anno professionis suæ quinquagesimo: nam cum alijs Monachis ad chorum amplius non conueniunt, in refectorio non comedunt, in dormitorio non dormiunt, sed deputato illis à superiore, seruo, & camera separata intra monasterij claustra soli viuunt, Patresq. iubilati in posterum appellantur, & idem, qui eisdem superioribus honor, omninò illis ab omnibus exhibetur.

14

16 Lectores quoque, qui per aliquod temporis spatium, puta 20. annorum, publicè legerint publicas disciplinas, Iubilati dicuntur, & quiescunt à labore, prouentusq. suscipiunt absque labore, & dicuntur Comites Palatini, qui multa habent priuilegia. Idem seruatur

17 de Cantoribus Rom. Pont. qui postquam Cappellę Pontificię inseruierint per aliquot annos, puta 25. iubilantur, & est in posse eorum, an velint ad dictam cappellam accedere, & sic manent animi gratia, & comedunt huiusmodi iubilati sumptibus alterius.

18 Emeriti, vel veterani Milites, quoque nominantur, qui emeritis ſtipendijs 25. annorum iuſtam miſſionem adepti ſunt, quæ eſt à moleſtia vacatio. *Iſid.lib.9.* & mereri militare dicuntur à ſtipendijs, quæ merentur, & emeriti dicuntur veterani, ſolutiq; Milites, qui iam in vſu prælij non ſunt, ſed poſt multos militiæ labores, quietis ſuffragium conſequuntur, vnde emerita ſtipendia. *Liu.lib.7.*

19 De hac iubilaria conſuetudine teſtatur *Binz.lib.1.c.4.verſ.ex hac* ad relationem R. P. D. Arnoldi Viuonii Belgæ Monachi S. Benedicti, & ego ex atteſtatione Reuerendiſs. D. Ioannis à Boſco Oliuarij Abbatis S. Mariæ de Belluloco, Ciſtercienſis Ordinis, Nicoſien. diœceſis, in Sac. Theol. Magiſtri, atq; Chriſtianiſſimi Francorum Regis Conſiliarij Eccleſiaſtici, & Concionatoris eruditiſſimi, necnon admodum RR. PP. DD. Iacobi Cornelij Lummenæi à Marca Relig. Sacerdotis Ord. S. Benedicti Belgæ, ac Patris Brigellij Ieſuitæ, & perilluſtris D. Paſcaſij Segart primariæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Gaugerici Cameracenſis Canonici, & aliorum, qui oretenus, authenticisq; ſcripturis, quæ penes me ſeruantur de tali iubilaria conſuetudine, ex Patruum, & Auorum traditione perueteri inuiolabiliter vſque ad hæc tempora ſeruata de viſu atteſtati fuerunt, comprobantq; eam

20 quamplurima carmina à iuuentute Collegij Mechlinienſis Societatis Ieſu in anno 1617. Typis excuſſa, intitulata: Plauſus in ſacerdotale iubileum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Matthiæ Nouij Archiepiſcopi Mechlinienſis Brabantiæ, Geldriæ, Flandriæ, Hierarchæ Metropolitani, ætatis ſuæ 75. ſacerdotij 51. Epiſcopatus 22. præſentibus Sereniſſimis Belgiæ Principibus, Epiſcopis 11. Abbatibus 13. Sacerdotibus 2106. Diaconis 2368. Hypodiaconis 2380. Minoribus miniſtris 2324. Clericis denique 1803. qui Plauſus etiam penes me ſeruatur.

21 Quam iubilariam Diœceſanam conſuetudinem circa Chori exemptionem nullo modo tolerandam affirmat *Bonaci. de hor. can. diſp. 2.q.5.punct.6.n.5.§.6.per ibi allegata.*

22 Et licet ſtatuta ſint ſublata per quæ abſentibus dantur diſtributiones, nihilominus Gregorius XIII. ſenibus, & benemeritis miſertus, mandauit ſtatutum Compoſtellarum tolerari, per quod debentur diſtributiones non ſeruientibus, qui per quadraginta annos iam ſeruierunt, dubius tamen pertranſit *Stepb.Gratian. diſceptat. forenſ. n 298. n.19.p.1.* Refert *Piaſec.in prax. Epiſcop.p.1.c.3.n.9. verſ de ſenio. Moneta de diſtribut. quotid.p.2.q.13.n.41.*

23 Ego autem minime laudo illam Religioſorum conſuetudinem: nam quo Religioſus eſt ſenior in Religione, eo debet eſſe humilior, & viuere in communi cum reliquis, vbi tamen talis reperitur conſuetudo, quoad prædicta, toleranda eſt.

Sic

24 Sic tempore iubilei in lege Mosayca vnum erat omnium gaudium vna communis lætitia, vnum totius Populi festum, requies, atque sabbathum.

25 Hanc interpretationem Doctores Ecclesiastici sequuti, iubileum, plenariam omnium peccatorum absolutionem, & omnium pœnarum pro peccatis debitarum, remissionem appellant, & ob tantam liberationem spiritualem indulgentiarum iubileum, idest remissionem nominant. Gaudeamus ergo in Domino, quod tot tantasq. gratias recipiemus, & dona hoc sequenti anno 1625. à Sanctissimo Vrbano Octauo, qui annum iubilei est concessurus.

26 An autem iubileus, vel iobeleus dici debeat, adeas *Paulean. lib. 1. c. 1. Nauarr. de iubil. not. 1. n. 2. Binz. lib. 1. c. 5. & alios.*

S V M M A R I V M.

Iubileus quando incœpit in lege Mosayca. 1.

Iubileus quando incœpit in lege gratiæ. 2.

Iubileus fuit restitutus à Bonifacio VIII. 2.

In Iubileo magna hominum multitudo confluxit Romæ anno à Natiuitate Domini 1299. 3.

Iubileus eodem anno creditur restitutus à Bonifacio VIII. 4.

Iubileus solitus erat celebrari anno centesimo. 4.

Iubileus diligentia Bonifacij Octaui repertus, ab eodem fuit restitutus. 5.

Iubilei memoria quomodo à quodam sene Peregrino fuit suscitata. 6. 7.

Iubilei memoria quomodo ab alijs fuit confirmata. 8.

Quando fuit publicata Extrauagans Bonifacij Octaui Antiquorum. de pœnit. & remiss. 9.

Bonifacius Octauus restitutor potius, quàm institutor dicitur anni Iubilei, & quare. 10. 11 & 12.

Iubileus cur anno centesimo celebrabatur. 13.

Centesimus numerus apud Ethnicos semper fuit in veneratione. 13.

Ludi seculares apud ethnicos fiebant anno centesimo. 13.

Ludi prædicti à Sancta Romana Ecclesia in centesimam indulgentiam Romanam fuerunt commutati. 14.

Polidorus conuincitur, qui Bonifacio Octauo ascribebat initium Iubilei. 15.

Bonifacius Octauus cur in centesimo, & non in quinquagesimo anno instituit Iubileum. 16.

Pro Iubilei celebratione à Sanctissimis Pontificibus varia fuerunt assignata tempora, & quare. 17.

Clemens VI. anno quinquagesimo mandauit celebrari Iubileum. 18.

Vrba-

Vrbanus Sextus, & Martinus Quintus anno 33. mandarunt celebrari Iubileum. 19.
Nicolaus Quintus anno 25. mandauit celebrari Iubileum. 20.
Clemens Sextus Iubileum mandauit celebrari anno quinquagesimo. 21.
Iubileus ex diuersis Bullis confirmatur anno 33. fuisse celebratus. 21.
Iubileus quare in anno 50. 33. & 25. sit institutus. 22.
Iubileus quare ex centesimo sit commutatus in quinquagesimum annum. 23.

IVBILEVM QVANDO HABVIT initium, & quo anno celebretur, tam in veteri, quam in noua Lege. Cap. III.

1 EX dictis colligitur, iubileum in lege veteri à primordio Mundi habuisse principium, & multis rationibus probat *Paulia. lib. 1. c. 2.*
2 In lege autem noua *Ioannes Friburgen. tract. de indulg. quæst. 6.* nihil certè fatetur potuisse inuenire de illius initio, præterquam quod vulgatum est centesimum quemque annum à Natiuitate Christi fuisse talem, per multas autẽ tribulationes ortas in Vrbe multo tempore cessasse; postea verò tempore Bonifacij Octaui renouatum fuisse. *Plat. in vit. Pont. & Polid. lib. 8. c. 1. de inuent. rer.* Bonifacium faciunt inuentorem, & sic ab eius tempore anno 1300. ita dicunt *Turrecrem. Io. Monacus* relati à *Binz. lib. 3. c. 5. Paul. lib. 1. c. 2. Nauarr. de iub. not. 1. n. 41. & not. 7. n. 4. Ioannes Vill. in lib. Cronic. cap. 36.*
3 *Iacobus S. Georgij in Velabro Cardinalis in lib. de centesimo, seu iubileo,* lucidius historiam narrat, & *Binz. cum Nauarr.* confirmant *loc. cit.* inquit enim, quod cum in die Vigiliæ Natiuitatis Dominicæ 1299. sub Vesperis, & subsequentibus diebus, imò per totum annum eundem, tam ingens hominum multitudo è longinquis, & diuersis Mundi partibus ad Vrbem confluxerint, vt ne Vrbs eos caperet, aut euntibus, & redeuntibus itinera sufficerent, ne in tam magna, lata, & spatiosa Vrbe, locus penè, aut per vias transeundi, aut in domibus commorandi esset: Cuius rei causam esse dicebant, quod celebris, & generalis fama per totum Orbem, & per ora hominum
4 referebat ab antiquis, & extra memoriam hominum temporibus Romæ cen-

centesimo quoque anno iubileum esse, celebrariq. solitum, vt eodem anno, qui centesimus incidebat tot ad Vrbem hac de causa homines confluxerint, vt omnium culparum sordes absoluerentur; Res vti noua, & maximè pia Bonifacio relata, magna eum affecit admi-
5 ratione, quocirca perlectis eius iussu vetustioribus libris, reuolutisq. antiquioribus Bullis, nihil quod ad rem hanc pertineret, om-
6 ninò repertum fuit, statuit propterea, vti diligentia inter superstites, an huius nouæ indulgentiæ esset memoria apud aliquem; Fuit inter multos senior Peregrinus repertus, qui annum centesimumseptimum suæ ætatis agebat, qui coram eodem Sanctissimo Pontifice, & Cardinali prædicto attestatus est se meminisse Patrem suum agricolam, superiore centesimo venisse Romam ad consequendum indulgentias, à quo etiam admonitus fuerat, vt si aduenturi centesimi tempus perueniret, non grauaretur Romam venire, vbi singulis quibusque diebus illius anni, magnas ibi esse indulgentias. Eiusdem rei
8 testes alij duo reperti sunt ex Gallia, & in Italia non pauci tanti æui memores, idem confirmantes, & omnes hoc vnum vnanimiter asserentes, Romæ scilicet, eo anno esse remissionem peccatorum. His auditis Romanus Pontifex, ne tam grandis populorum deuotio à Spiritu sancto excitata, frustraretur sanctum iubileum eodem anno
9 celebrari mandauit, & tunc promulgata fuit *Extrauagans eiusdem Bonifacij Antiquorum, de pœnit. & remiss.* quæ omnia, *vt præfati*
10 *Doctores* dicunt, videntur indicare Bonifacium Octauum innouatorem potius, quàm institutorem huius sancti iubilei fuisse, vt patet ex *eadem Extrauag.* per illa verba (*antiquorum habet fida relatio, confirmamus, & innouamus.*) Nam cum Ecclesia Dei fuerit ante per 30. ferè annos sub tyrannide, & postea per multa sæcula hæresibus vastatissimis erat fortassis abolita à memoria hominum hoc salubre institutum; Hæc eadem comprobat *Ioannes Andreas dicta Ex-*
11 *trauag. interpres,* se ab eodem Pontifice audiuisse, Corroboratur ex *Bulla fundationis ecclesiæ S. Mariæ Montis Serrati,* quæ constructa
12 fuit per 700. annos ante Bonifacium, in qua narratur, quod fundator illius Ecclesiæ, commisso peccato carnis, venit Romam pro consequendis indulgentijs, quia ille annus Romæ, erat annus indulgentiarum.

13 Causam huius antiquæ institutionis, vt centesimo quoque anno celebraretur iubileus, eam inter cæteras esse ferunt, quod apud Gentiles Romanos quidam ludi fiebant centesimo quoque anno, & non vltrà in honorem Appollinis, & Dianæ, & ad exhilarandum populum, qui quidem ludi dicebantur sæculares, seu carmina sæcularia, & quia sæculum est spacium centum annorũ, *ex Polid.* & quando dicti ludi sæculares fiebant Romani per præconem cum buccina pronun-

cia-

ciabant populo dicentes, vt omnes adessent ad illud ludi genus, & sacra solemnia, quæ nullus vnquam vidit, nec visurus erit postea, *ex Volat.lib.27.* tunc enim ætatis humanæ periodus erat sæculum, vt etiam hodie, paucissimis exceptis; fuit etiam iste centesimus aptior existimatus, quia innumera bona in omni lege per eum statuta fuerunt, & concessa, & in Ethnicorum monumentis celebratus; ludi enim sæculares, vt dictum est pro honore tanti muneris, & temporis instituti fuerunt, vnde venerationi maximè fuit, & pretio ha-
14 bitus; sancta autem Mater Ecclesia, quæ ritus, & cæremonias Gentilium, vt plurimum imitatur, vt idololatra populus ad veri Dei cultum facilius reduceretur, prædictos ludos in centesimam Romanam indulgentiam commutauit, & ex his potest conuinci *Polid.* qui
15 Bonifacio adscribebat initium iubilei, ea potissimum ratione, vt prædicti ludi in indulgentiam conuerterentur; Tempore namque Bonifacij, omnis in Vrbe Romana gentilis superstitio, & idololatria cessauerat: ludi quidem optatissimi, & suauissimi animabus nostris satis proficui, & per quos cœlorum regnum lucramur.

16 Alias rationes, cur Bonifacius in centesimo, & non in quinquagesimo iubileũ instituerit, affert *gloss. in Extrau. antiquorũ. vers. confitebuntur. §. quid autẽ. de pœnit. & remiss.* Primò, quia in centesimo anno olim concedi solebat. Secundò ob fauorem indulgentiæ transmarinæ, quæ similis huic extitit, & multæ sunt congruentiæ. Prima, quia in culpa, & pœna indulgentia, ideo non in quinquagesimo, qui simplicem remissionem denotat, sed in centesimo conceditur, qui duplicem continet iubileum. Secunda, quia iubileus quinquagesimus, de quo *Leuit.25.* redire faciebat temporalia, sed iste duplicando tempus, spiritualia. Tertia, quia centenarius numerus perfectus est, de reliquis vide *in d. gloss.*

17 Succedentibus vero temporibus, Romani Pontifices, considerata breuitate, & debilitate vitæ, carnis infirmitate, & vt citius, ac frequentius, labentibus hominibus succurratur, varia tempora fue-
18 runt assignata pro celebratione huius iubilei; namq; Clemens Sex-
19 tus ad 50. annos 1350. *vt in Extrauag. comm. Vnigenitus. de pœnit. & remiss.* & Vrbanus Sextus, & Martinus Quintus, vt aliqui vo-
20 lunt ad 33. Paulus Secundus, Nicolaus Quintus, & reliqui successores, vsque ad hodierna tempora, ad 25 reduxerunt.

21 Et licet de anno 33 *Cyrillus Franchus c.9. & alij* dubitẽt, cũ apud historiographos illius mentio non reperiatur, patet nihilominus ex *Bulla eiusdem Pauli Secundi, quæ incipit, Ineffabilis, in Bullario veteri an.*1473. *ex Bulla Alexandri Sexti, quæ incipit Inter, in eodem Bullario fol.*141. *& ex Bulla Gregorij Vndecimi, qui fuit prædecessor Vrbani Sexti.*

Qui

22 Qui cupit scire, quare in anno 100. 50. 33. & 25. annus iubilei sit institutus, adeat *Binz.lib.3.c.6. Paul.lib.1.c.4.*

23 Ratio autẽ cur centesimus in quinquagesimum postmodum sit mutatus est, quia apud Hebræos quinquagesimo anno, tamquam nostri iubilei figuratiuum celebrabatur; secundo quod quinquagesima post resurrectionem Seruatoris die missus est Spiritus sanctus, qui vniuersam sanctificauit Ecclesiam; tertiò quia quinquagenarius numerus plurima sanctarum Scripturarum continet mysteria; quartò considerato breui vitæ cursu.

S V M M A R I V M.

Iubileus pluribus nominibus appellatur, & quibus. 1.
Iubileus, quare dicatur annus sanctus. 2.

IVBILEVS QVOT NOMINIBVS appellatur, & de eorum significationibus. Cap. IV.

1 PLVRIBVS nominibus appellari solet iubileus *ex Binzo.lib.1.c.3.* Primò enim appellatur iubileus *ex Leuit.25.* & à Clemente VI. primo inter Pontifices sic nominatus, Bonifacius enim indulgentiam plenissimam, nõ iubileum appellauit *in d. Extrauag. Antiquorum*. Secundo dicitur annus sanctificationis, quia sanctificat animam. Tertio annus remissionis, quia peccata remittuntur. Quarto annus solutionis, quia soluũtur pœnæ debitæ pro peccato iam remisso. Quinto annus pacis. Sexto annnus remissionis. Septimo annus sanctus, quia sanctificat animas hominum, deuotè Romanam Ecclesiam visitantium, & quia Christiani debent se gerere Sanctos, idest immaculatos sine peccatis, & sordibus animæ, vt illum dignè recipiant. Insuper principium nouæ vitæ, annus quietis, gloriæ, deuotionis, abundans diuinorum fructuum, lætitiæ, gaudij, annus Dei, libertatis animæ, vt *Dauid Psal.61.* & prœmij benignitatis misericordiæ, placabi-

cabilis, indulgentiarum, remissionis, pacis, vitæ, dies salutis, tempus acceptabile.

2 Quare dicatur annus sanctus, *D.Thom.2.2.q.81.art.8.* hoc est sacer, venerabilis, consecratus, benignitatis Dei, benedictionis, magnus, purus, firmus, fertilis, germinis, gaudij, coronæ, quietis plenus, messis omnem annum superans, ad redimendum datus, annus fœcundus, vbertatis, antiquus, vitæ, & Dei, plura apud *Binz.lib.4.c.9.* vbi quid significet sanctum exponitur.

S V M M A R I V M.

Iubileus quotuplex sit. 1.
Iubileus alius proprius, alius improprius. 2.
Iubileus proprius, quomodo differat ab improprio. 3.
Differentia, qualis inter iubileum proprium, & improprium. 3.
Iubileus, quomodo differt ab indulgentia. 4.
Indulgentia quomodo differt à Iubileo. 4.

QVOTVPLEX SIT IVBILEVS. Cap. V.



1 IVBILEVS duplex est, ordinarius, & extraordinarius, seu proprius, & improprius,
primus celebratur centesimo, seu quinquagesimo, vel saltem 25. quoque anno; secundus
2 vero solet indici à Summo Pontifice quotiescumque Sanctitati suæ placuerit, & est quando pro aliqua re graui transmittit iubileum, & indulgentias.

3 Differt autem iubileus ordinarius, & extraordinarius in hoc, quia licet vterque conferat remissionem, plenariam indulgentiam peccatorum, vterque dat facultatem eligendi Confessarium, & absoluendi à casibus reseruatis, tamen multa maiora beneficia confert iubileus ordinarius, & licet sint pares quoad indulgentias, tamen confert maius prœmium, præualet quoad meritum, & acquirit maiorem deuotionem, dum tot cernuntur homines, & totus ferè vniuersus mundus, & quoniam ordinarius celebratur Romæ, ibidem homini est maior commoditas impetrandi dispensationes irregularitatum, quæ non tolluntur per iubileum extraordinarium, nec dantur facultates absoluendi, seu commutandi omnia vota, cum excipiantur aliqua: per ordinarium vero maior


habetur

habetur commoditas impetrandi huiusmodi, & similes commutationes, plures differentiæ passim ex discursu sermonis patebunt, præcipuè circa operum exequutionem, aliqua enim imponuntur in ordinario, aliqua enim in extraordinario, vt dicetur.

4 Quomodo autem differat iubileus ab indulgentia plena, plenaria, & plenissima, infra dicam dum de indulgentijs agam *par. 2. c. 11.*

SVMMARIVM.

QVOT SINT SPECIES IVBILEI. Cap. VI.

1 VINQVE dantur species Iubileorum, prima fuit de lege naturæ ante legem scriptam, nempe quādo Patriarcha Abraham liberauit Loth fratrem suum, & cæteros populos captiuos de manu inimicorum. *Genes.* 14. ideo dicitur iubileus figuratiuus, de hac prima specie plura scribit *Binz. lib. 3. c. 1.*

2 Secunda species fuit iubileus de lege Moysayca, de quo *Exod. c. 23. & Leuit. c. 25.* vbi, *Enumerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, idest septies septem, quæ simul faciunt 49. & clanges buccina mense septimo, decima die mensis propiationis tempore in vniuersa terra vestra, sanctificabisq. annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubileus, reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam, quia iubileus est, & quinquagesimus annus; anno iubilei redient omnes ad possessiones suas, &c.* nam post exitum de seruitute Ægypti, post septem annorum hebdomadas, primo die erat quinqnagesimus annus, & celebrabatur iubileus *Num. c. vlt.* dixi post septem hebdomadas annorum, quia aliæ sunt hebdomadæ dierum, vt sunt istæ, quæ continent septem dies, aliæ sunt mensium, quæ erant septem mensium, ad modum lunæ, aliæ erant hebdomadæ annorum, quia septies septem anni sunt 49. & die, & anno sequenti, qui erat quinquagesimus, qui vocatur Pentecostes; fiebat annus iubilei, seu quietis & remissionis, quia in tali tempore fiebat liberatio seruorum, &c. de quibus supra dictum est, & procedebant per numerum septenarium hebdomadarum pro significanda liberatione animæ peccatoris de septem peccatis mortalibus, & ad consequendum septem dona Spiritus sancti.

3 Huius iubilei tres videntur rationes, vna, vt Deus omnipotens, Dominus propitiationum totius terræ promissionis, & populi colonus tantum, & vsufructuarius ostenderetur, sibi fructus vendendi, non proprietatem terræ facultatem habere cognosceret; Altera, ne familiæ nimia laborantes paupertate, & ad extremam indigentiam redactæ perpetuò interirent.

4 Tertia, vt æqualitas, quæ mater est concordiæ, & pacis, in populo Hebræo seruaretur, tametsi hoc Moysi iubileum temporale,

tersentumq. fuerit, quia tamen dicente Apostolo, *omnia contingebant illis in figuram*, cæteras Iubilei species, veluti sublimiores, Deoq. propinquiores figurasse & ad eas occulto diuinitatis Mysterio direxisse credendum est.

5 Hic legalis Iubileus typicus erat, & verum Iubileum, qui in aduentu Christi sumpsit exordium, figurabat. Ad hoc enim Christus venit vt remissionem, & indulgentiam prædicaret spiritualium debi-
6 torum, videlicet peccatorum, vnde ipse *per Isaiam* dicit *cap.61. spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ad Euangelizandum pauperibus misit me, vt prædicarem captiuis Indulgentiam, & clausis aperitionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro, vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem consolationem lugentibus Syon, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris*, ecce tuba prædicationis, ecce Indulgentia, siue remissio debitorum, & in exordio prædicationis suæ, sic orsus est. *Pænitentiam agite, appropinquabit enim Regnum Cælorum*, in quo verbo, forma, & efficacia præsentis Indulgentiæ continetur, hæc enim pænitentia, vt infra dicetur, solis pœnitentibus, & confessis conceditur, & eis Regnum Cælorum propinquissimum esse facit, & quia Christus in ortu suo, secundum cursum humanæ naturæ, fari non poterat, ideo in Iubileo isto eleganter præmisit, vt dicitur *Luc. cap. 2. num. 13. facta est enim cum Angelo multitudo cælestis, laudantium Deum, dicentium, Gloria in excelsis*
7 *Deo*, quamdiu enim quis est in peccato, non est ei pax cum Deo, quia secundum *Isaiam cap.48 non est pax impijs dicit Dominus*, remissa culpa remanente pœnæ debito non est pax perfecta, sed vtroque remisso, plenissima pax hominibus habetur cum Deo, quod per istam Indulgentiam obtinetur *gloss. in Extrauag. comm. Antiquorum versic. confitebuntur §. quintum de pænit. & remiss. & Clem. sextus in Extrauag. comm. Vnigenitus §. nos autem eod.* dicit, (*Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Moysaica, quoniam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere, Iubileus remissionis & gaudij, sacerq. dierum numerus, quo lege fit remissio censebatur.*) Sicut ergo ista prima remissio fiebat rerum temporalium in lege antiqua, in anno tantum quinquagesimo, sic ista rerum æternarum in anno centesimo quinquagesimo, vigesimo quinto, & frequentius in gratiarum, & fœlici Christi temporibus. De huiusmodi remissione, & alijs quæ dantur in Iure ciuili *Bart. & Bald. in l. acta ff. de re iud.* quotiescumque enim pœna, vel debitum non adimpletur, remissio dicitur, prout & quoties quis cessat ab actione, vel à prosequendo iudicium & maxime in enuntiatione noui operis, *vt ff. de remiss. & C. eodem*, vide *Paulian. lib. 1. cap. 6.*

Tertia species fuit de Lege gratiæ, ideſt Euangelicæ, quem Euãge-
8 licum Iubileum prædixit *Iſaias prædicto cap. 61.* his verbis *Spiritus
Domini ſuper me vt ſupra &c.* qui Iſaias videns Saluatoris noſtri Iu-
bileum, hoc eſt incarnationem, & humani generis redemptionem,
annum acceptum, Deoq. placabilem, vaticinatur, quæ namque ven-
diderat, & quæ perdiderat Adam, redempta, recuperataq. in Chriſti
Iubileo fuere, & qui à dæmone tenebatur captiuus, libertate per
Chriſtum adepta, diſſolutiſq. vinculis carcerum, ad priſtinam redi-
uit libertatis, gratiæ, & ſanctitatis integritatem, & ne quis Iſaiam
de Chriſti iubileo minimè cenſeret vaticinatum, voluit ipſemet Do-
minus per ſe ipſum proprijs verbis illius vaticiniũ explicare, *& ve-
9 nit*, ait Luc cap. 4. *Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit ſecundum
conſuetudinem ſuam, die ſabbathi in Synagogam, & ſurrexit legere, &
traditus eſt ei liber Iſaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum inuenit locũ,
vbi ſcriptum erat, ſpiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me,
euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare
Captiuis remiſſionem, & Cæcis viſum, dimittere confractos in remiſ-
ſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis, &
cum plicuiſſet librum, reddidit Miniſtro, & ſedit, & Omnium in Sy-
nagoga oculi erant intendentes in eum, cæpit autem dicere ad eos, quia
hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris, & omnes teſtimo-
nium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de
ore ipſius*; Hanc Iſaiæ propheriam explicat Dominus, dicens in ſe
10 ipſo eſſe completam, *Spiritus quidem Domini vnxerat eum pleni-
tudine gratiæ*, videlicet, ab inſtanti cõceptionis ſuæ, quandoquidem
humanitas Chriſti adeo plenitudine gratiarum redundabat, vt de eo
dicat *Ioannes cap. 1. vidimus eum, quaſi vnigenitum a Patre, plenum
11 gratiæ, & veritatis*; Prædicauit pauperibus, quia non ſuperbis, ſed
12 humilibus ſecreta Euangelij maniſeſtauit, ſanauit corde contritos,
13 quia gratiam vulnera peccatorum ſanantem pænitentibus largitur,
Captiuis prædicauit remiſſionem, quoniam & captiuitatem mentis
14 abſtulit, & detentos à diabolo Patres abſoluit; attulit cæcis viſum,
quoniã gentibus errore Idololatriæ excæcatis lumen protulit Euan-
gelij, ſic enim natum eum, *lumen ad reuelationem Gentium*, prædixe-
15 rat Simeon, *& gloriam plebis tuæ Iſrael*. confractos quoque dimiſit
liberos, non modo contritiones hominum, oleo miſericordiæ alligan-
do, eorumq. peccata dimittendo, ſed etiam onera legis Moyſis im-
portabilia deiecit, dirupit, viamq. charitatis, & gratiæ ad cælum
tendentibus ſtrauit, de qua confractione *Petr. Act. 15. cur tentatis
imponere Iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque
16 Patres noſtri portare potuerunt*; Mittitur ad prædicandum annum
Domini, & diem retributionis, ideſt Iubilei, & veræ libertatis, is
annus

annus est,& tempus gratiæ, quo cuncta reflorent, is est annus passionis Christi, quo pro humano genere soluto pretio placatus est homini Deus; is est annus Ecclesiæ, quousque peregrinatur à Domino de quo Apost. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* 2. *Corinth.* 6. Euangelizauit etiam diem retributionis, idest Iudicij, quan-
17 do filius hominis veniet in gloria sua, cum Angelis suis, & reddet vnicuiq. secundum opera sua.

18 Ex quibus patet differentia inter Iubileum Christi, & illum Moysis; Moyses enim terrenam promittit retributionem, singulo quinquagesimo anno, vel perituram, vel instaurandam, sed Christus vna perpetuaq. die, numquam interitura cælestia bona, sanctorumq. retributiones pollicetur, vnius ille erat populi Iudæorum; hic vero Christi totius humani generis; ille terrenis prospiciebat commodis, hic cælestia bona largitur; ille tempore mutabilis, hic perpetuus, & indeficiens, cœpit autem iste Euangelicus Iubileus ab ipsa die Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, sicut hodie incipit à Vigilia Natiuitatis eiusdem hora 21.

19 Differebat annus septimus à quinquagesimo, quia in primo non omnia debita remittebantur, nec cornu inflabatur ad sonitum, nec decimo mense antecedente preconizabatur, nec possessiones ad priores dominos reuertebantur, secus in quinquagesimo,

20 Ratio autem cur habeat originem à die Natiuitatis Domini, est, quia natus est Dominus noster anno 4050. à creatione mundi, seù ab orbe condito, in quo ortu signa huius Iubilei edidit, dum tubarum vice Iubileum adesse iudicantium, omnes cælestium ordines Angelorum suauissimo cantu, & tuba cecinerunt, & modulati fuerunt *Luc. cap.* 2. & in eius sanctissima humanatione Præcursor eius Ioannes clamans admonebat populos, & hortabatur ad pænitentiam peragendam, pœnarum, & peccatorum omnium remissionem plenam iam iam consecuturos ex Christi aduentu, hoc est Iubileus, qui remissio dicitur.

21 Quarta species Iubilei tempore Apostolorum incœpit esse, vt Spiritus sanctus descendens supra omnes Apostolos Christi faceret plenariam remissionem peccatorum, & postea per ipsos Apostolos fieret remissio peccatorum ab omnibus Christianis, & fuit tempore Penthecostes, quo tempore fuerunt quinquaginta dies post Pascha Resurrectionis Christi, & dicitur Iubileus Apostolicus de quo *Extrauagan. comm. Vnigenitus de pœniten. & remiss. §. nos autem attendentes*.

22 Quinta species est Iubileus Christianus Ecclesiasticus, quem Christus tradidit Ecclesiæ per Pontifices, qui antiquissimo tempore erat centesimo anno, deinde variauit vt supra dictum est tempo-

re Clementis VI. & aliorum Summorum Pontificum, de quo etiam tractat *Extrauagan. Vnigenitus de pœniten. & remiss.* & hæc abbreuiatio temporis præcipuè facta est ob vitæ hominum breuitatem.

SVMMARIVM.

Iubileus Ecclesiasticus quid sit. 1.
Pœna æterna per pœnitentiam commutata in temporalem remittitur per Iubileum. 2.
Passio Christi est infiniti valoris. 3.
Applicatio Passionis Christi fit per Iubileum, & Indulgentias. 4.

Quid sit Iubileus Ecclesiasticus. Cap. VII.

1 IVBILEVS est absolutio, seu remissio plenaria seu plenissima, quod est idem, totius pœnæ temporalis debitæ peccatis iam per pœnitentiam condonatis, applicatione thesauri Ecclesiæ, Apostolica dispensatione aperti, indulta ijs, qui Basilicas Vrbis præscriptas, &
2 deuotè contriti, & confessi visitauerint. Dixi remissio, idest condonatio, postquam enim homo peccauit mortaliter, tenetur ad pœnam æternam, quæ remittitur per pœnitentiam, non per Iubileum, idest commutatur ab æterna in temporalem, non aliter acsi esset damnatus ad mortem, & postea condemnaretur ad triremes, ita peccator à pœna æterna mutatur in temporalem, & ista remittitur per Indulgentiam, seu Iubileum (totius,) & ideo dixi (totius;) dixi debitæ peccatis, hoc est siue mortalibus, siue venialibus; dixi con-
3 donatis, quia prius debet esse confessus, & contritus vt remittatur culpa, & postea pœna; dixi thesauro Ecclesiæ, quia Christus innocentissimus, quantum passus fuit, totum habet infinitum valorem, & conseruauit in thesauro Ecclesiæ pro pauperibus, & egenis, qui non sunt soluendi, addidit successiuè Beata Virgo cum suis meritis, & ab Adam, & Abel omnes sancti, quod erat superfluum singulis remansit etiam in gremio Ecclesiæ, & istud dicitur thesaurus hoc est coaceruatio omnium bonorum superfluorum omnibus Sanctis,

4 ctis, & ista applicatio fit Apostolica dispensatione, quando Romanus Pontifex elargitur Iubileum, & Indulgentias, de quibus omnibus infra fusius dicetur.

S V M M A R I V M.

Iubileus Ecclesiasticus est præstantior Moysaico. 1.
Iubileus Moysaicus durauit 1400. annos tantum. 2.
Iubileus Ecclesiasticus longiori tempore durauit. 3. 4.
Iubileus Moysaicus extendebatur solum ad nationem Hebræam. 5.
Iubileus Ecclesiasticus extēditur ad omnes nationes mundi catholicas. 6.
Iubileus Moysaicus indicebatur sonitu tubæ corneæ. 7.
Iubileus Ecclesiasticus indicitur tuba Apostolica. 8.
In Iubileo Moysaico bona temporalia tantum dabantur. 9.
In Iubileo Ecclesiastico bona spiritualia elargiuntur. 10.
In Iubileo Moysaico serui emptitij libertate donabantur. 11.
Vernæ libertate donabantur in Iubileo Moysaico. 11.
Iubileus Ecclesiasticus liberat homines à duplici seruitute. 12.
Peccatum inducit duplicem seruitutem culpæ, & pœnæ. 13.
Homo grauiter peccando fit seruus dæmonis. 14.
Homo per peccatum fit inimicus Dei. 14.
Peccatum mortale subijcit hominem pœnæ æternæ. 15.
Peccatum veniale subijcit hominem pœnæ temporali. 15.
Damnati ad purgatorium dicuntur serui pœnæ. 16.
Iubileus liberat hominem a culpa, & pœna. 17.
Remissio culpæ, & pœnæ quid significet. 18.
Pœnitentiarij Vrbis cur manu teneant longam virgulam. 19.
In Iubileo Moysaico omnes possessiones venditæ restituebantur priori domino. 20.
Anima quomodo à possessione dæmonis reuocatur ad Deum. 21.
Homo dum erit in statu gratiæ eius opera sunt meritoria. 22.
Peccatum mortale quomodo dicatur mortificare opera meritoria facta in gratia. 23.
Opera mortificata reuiuiscere quomodo dicantur per subsequentem pœnitentiam. 24.
Opera bona mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam. 25.
In Iubileo Moysaico exules restituebantur in Patriam. 26.
In Iubileo Ecclesiastico exules à Patria cælesti in eandē restituuntur. 27.
Peccatores appellantur exules Patriæ cælestis. 27.
Peccatores contriti vigore Iubilei fiunt immunes à Purgatorio. 27.
Per Iubileum acquiritur plenaria remissio peccatorum. 28.
Indulgentia dicitur tertius baptismus. 29.

QVIBVS MODIS IVBILEVS ECCLEsiasticus sit præstantior Moysaico, & de vtriusque differentia. Cap. VIII.

IVBILEVS Ecclesiasticus est præstantior
1 Moysaico,primò ratione temporis amplioris,
nam ille Iubileus Moysaicus non durauit nisi
2 per 1400.annos in circa,& nõ vltra, quia erat
3 vmbra nostri, at vero Iubileus Ecclesiasticus
continet plus temporis,quia adhuc durat per
4 1624. & durabit vsque ad finem Mundi.

Secundò ratione amplioris populi, & nationis, ille enim Iubileus non extendebatur, nisi
5 ad populum & nationem Hebræã,at Iubileus Ecclesiasticus compre-
6 hendit omnes nationes Mũdi Christianas etiam nouas Indias Occidentales, & Septentrionales.

7 Tertiò ratione modi, quia ille indicebatur per sonitum tubæ
8 corneæ, qui appellabatur Iobel, sed Ecclesiasticus indicitur tuba Apostolica mirabilibus cæremonijs, de quibus in fine huius tractatus dicetur.

Quarto, ratione rerum, aliud enim primis illis Patribus per Iubilei, cæremoniarum,legis mandatorumq. obseruationem datum erat, & concessum, & aliud per id præsignatum atque permissum, mox denique liberaliter præstitum in redemptionem salutis Christianæ,cum
9 ante legem Christianam, remissionem illam debitorum, obligationumve, & temporalium rerum, in fortunarum bonis tantum fuisse legamus, & quod fragile & caducum erat,elargiebatur. In Ecclesia-
10 stico vero spiritualia, & æterna animæ bona indulgent pœnas huius & alterius vitæ, quas peccatrix Anima pati, & luere deberet, & hæc tam dignior est, maiorisq. vtilitatis, quantum immortalis anima ignobile corpus antecellit, & præstat.

11 Quinto, ratione libertatis spiritualis, in Iubileo namque Moysaico serui emptitij, vernæ, & mancipia adueniente anno Iubilei do-
12 nabantur libertate, at tempore Iubilei Christiani homines liberantur à duplici seruitute,spirituali nempe, & temporali, spirituali qui-
13 dem,quia homo peccator, seu ipsum peccatum inducit duplicem
14 seruitutem, scilicet culpæ, & pœnæ. Quando ergo peccat homo fit mancipium dæmonis pro culpa, & inimicus Dei,& sic fit mancipium

15 pœnæ, & obnoxius Inferni ob peccatum mortale, & pœnæ temporali
16 ob peccatum veniale, & ſicut Rei damnati ad triremes dicuntur
17 ſerui pœnæ, ita condemnati ad Purgatorium ob peccata venialia
dicuntur etiam ſerui pœnæ. Iubileus liberat hominem à ſeruitute
culpæ, & pœnæ, mediante pænitentiæ Sacramento, vnde pœna æter-
na commutatur in temporalem, & temporalis remittitur per con-
ſequutionem Indulgentiæ, vnde peccator tempore Iubilei liberatur
ab vtraque ſeruitute culpæ, & pœnæ, *Extrauag. Vnigenitus, de pœnit.*
18 *& remiſſ.* & hac de cauſa in corpore Iubilei ſolent apponi verba
(*remiſſio culpæ, & pœnæ*) quia donantur libertate ſpirituali, quoad
liberationem pœnæ, & culpæ, & in ſignum huius libertatis, ſeu ma-
19 numiſſionis Pœnitentiarij Vrbis manu tenent longam virgulam, qua
leuiter percutiunt caput pœnitentium, & peregrinorum in ſignum
libertatis, ſicut tempore Romanorum erant varij modi manumit-
tendi ſeruos, inter quos erat apud Prætorem virga Prætoria, quæ di-
cebatur vindicta, qua percutiebatur ter ſeruus, his verbis, *aio te li-
berum more quiritum, vt in tit. de liber. Inſt. ciu. & gloſſ. §. 1. inſt.
de libertin.* ita enim fit Romæ per Pœnitentiarios in ſignũ libertatis.
20 Sexto, eſt præſtautior Moyſaico ratione poſſeſſionum, nam apud
Hebræos tempore Iubilei, omnes poſſeſſiones venditæ reſtituebban-
tur in integrum priſtinis & prioribus dominis, quod fiebat ex pa-
cto, vnde quo longius erat tempus Iubilei, eo cariùs vendebantur
poſſeſſiones, quo proximius eò vilius, vnde computabantur etiam
fructus percepti in ſortem, ſic etiam debitores tempore Iubilei erãt
immunes à debito; ſed tempore Iubilei noſtri Eccleſiaſtici poſſeſſio-
21 nes ſpirituales redeunt in ſuam priſtinam naturam prioribus Do-
minis dupliciter, primo quia anima noſtra ſponſa Chriſti, dum eſt
in gratia quando committit peccatum eſt inimica Dei, & manci-
pium dæmonis illam poſſidentis, vti ſuam, quando vero venit Iu-
bileus, & homo reſipiſcit, & confitetur, anima à poſſeſſione dæmo-
22 nis reuertitur ad Deum. Secundo, quia homo dum eſt in gratia
quicquid agit boni operis meretur tot gradus gratiæ, ſi poſtea in
23 peccatum mortale labatur opera illa bona mortificantur, quia im-
pediuntur à proprio effectu, ſcilicet cõſequutione vitæ æternæ, iuxta
illud *Ezech. 18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniqui-
tatem omnes iuſtitiæ eius non recordabuntur*, ideſt, non præmiabuntur,
24 ſi verò per pœnitentiam ſubſequentem remouetur peccatum mor-
tale impediens effectum illorum bonorum operum meritoriorum,
illa opera prius viua, & per peccatum mortale mortificata, ſiue
25 impedita, per pœnitentiam ſubſequentem reuiuiſcunt, & viuifican-
tur, ideſt, recuperant efficaciam perducendi eum, qui ea fecit ad vi-
tam æternam, vt optime docet *D. Thom. 3. par. quæſt. 89. art. 5.* &

ideo dictum est quod possessiones restituuntur *cap. intermittentes §. 7. de pœnit.dist. 4. D. Thom. 3. par. quæst. 59. art. 3.*

Septimo, tempore Iubilei Moysaici exules damnati in exilium,
26 vel relegationem reuertebantur in patriam; tempore vero Iubilei Ecclesiastici peccatores, qui erant exules à patria cælesti ob peccata fiunt habiles ad redeundum ad Patriam cælestem, quando enim quis
27 moritur in gratia Dei, licet confessus fuerit peccata sua, & sacram receperit Eucharistiam, vadit tamen ad Purgatorium, quia acquirit maximam partem culpæ, & semper remanet aliqua pars soluen-
28 di debitum, ad hoc ergo, vt non transeat per Purgatorium talis ani-
29 ma, requiritur Indulgentia, quæ dicitur tertius baptismus, quia per eum acquiritur plenaria remissio, & euadit pœnam Purgatorij.

SVMMARIVM.

Iubileus cur fuerit institutus, & præsertim Romæ. 1.
Per Iubileum excitantur fideles ad bene operandum. 2.
Basilicæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, deuotius per Iubileum frequentantur. 3.
Per Iubileum conseruatur obedientia Sedi Apostolicæ. 4.
Christus cur voluit Petrum Apostolum ad Vrbem reuerti. 5.
Petrus cur Christo dixit. Domine quò vadis. *6.*
Iudæi tenebantur ter in anno visitare Templum Hierusalem. 7.
Christiani per Iubileum inuitantur ad visitandam Metropolim, & Caput Orbis Romam. 8.
Per Iubileum excitantur fideles, & confunduntur hæretici. 9.
Per Iubileum promptiores fiunt fideles ad effudendum sanguinem pro Christo. 10.
Ossa Sanctorum martyrum commouent fidelium animos ad sustinendam mortem pro Fide 11.
Iubileus Ecclesiasticus habet quandam proportionem cum Moysaico. 12.
Per Iubileum certificantur fideles Apostolorum Principes Romæ fuisse. 13.
Per Iubileum constantius retinetur Petrum, & Paulum Romæ prædicasse. 13.
Per Iubileum creditur eosdem Apostolos Romæ fuisse Martyrio coronatos. 13.
Per Iubileum optime sciunt fideles monumenta, & corpora eorumdem Romæ asseruari. 13.
Per Iubilei publicationem omnes plenariæ Indulgentiæ suspendūtur. 14.
Roma semper fuit omnium communis patria. 15.
Nationes ferè omnes habent Romæ Ecclesias, hospitia, Xenodochia, sacer-

QVIBVS EX CAVSIS INSTITVtus sit Iubileus præsertim Romæ, & de eius publicatione. Cap. IX.



1 VAMPLVRIMÆ sunt causæ, ob quas institutus fuit Iubileus, quarum octo ponuntur. Prima vt esset certum tempus assignatum pro dispensatione thesauri Ecclesiæ, vt subleuarentur Christiani ab onere peccatorum, & pœnarum, quibus vt plurimum depressa succumbit, & pergrauatur natura humana, ita vt vix miser homo in hac vita satisfacere possit, sæpe enim plus homo debet, quam ipse credit, ex D. Tho. in 4. *sentent. ideo psal. 37. iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me*, hanc primam causam exponit *Greg. XIII. in sua bulla Iubilei anni* 1575. *quæ incipit. Dominus* 22. *sub Datum Romæ idibus Maij* 1574. *in bullario veteri fol* 1215, per illa verba, *vt adiuti fideles ad satisfaciendum ad percipiendum gratiæ cælestis fructus expeditiores reddantur.*

2 Secunda vt fideles excitentur ad opera spiritualia satisfactoria vt hoc Iubileo, tamquam stimulo compuncti disponant se ad gratiam recipiendam, sint promptiores ad deuotiones, ad remissionem odij, rancoris, inimicitiarũ, & ad omnia prædicta relinquenda, de hac secunda causa *Clemens 6. in Extrauag. comm. Vnigenitus de pænit, & remiss.* in illis verbis (*pro deuotione fidelium excitanda, & remuneranda*) & sic vt fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat.

3 Tertia vt Basilicæ SS. Apostolorum Petri & Pauli, & aliarum Vrbis eo amplius honorentur, quò frequentius & deuotius visitantur, desumitur ab *Extrauag. Bonif. VIII. Antiquorum, de pænit, & remiss.* illis verbis (*vt autem Beatissimi Petrus, & Paulus Apostolorum Principes, eò amplius honorentur, quò ipsorum Basilicæ de Vrbe deuotius*

uotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refectos) & ab *Extrauag. Clem.6.eod.* ibi, *pro Beatorum Petri, & Pauli memoria celebrius recolenda, pro reuerentia ipsis à cunctis fidelibus deuotius exhibenda, pro ipsorum patrocinio fauorabilius impetrando fuit huiusmodi Indulgentia salubriter, & sanctissimè instituta.*

4 Quarta, vt conseruaretur reuerentia, obedientia, dignitas, & deuotio sanctæ Sedis Apostolicæ, quæ fundata est in alma Vrbe, cum sit
5 Mater & Magistra, & caput omnium cæterarum Ecclesiarum, & hæc est ratio cur voluit Dominus Petrum Neronis persecutionem fu-
6 gientem ad Vrbem reueti dum quærenti illi, & dicenti, *Domine quo vadis?* Respondit Christus, *venio Romam iterũ crucifigi*; vt videlicet suo diuino oraculo declararet Romam Euangelij caput, iurisditionis Ecclesiasticæ fundamentum, Vicarij Christi Sedem, vineæ Domini turrim, cunctarum gentiũ refugium tutissimum, & nouam esse Hyerosolimam, non veteri inferiorem, in qua iterum cupiebat Do-
7 minus se in Petro crucifigi, quare sicut tempore antiquæ Legis omnes Iudæi, & Hebræi in qualibet Mundi parte essent, tenebantur vno tempore ter in anno, hoc est tempore Paschatis Agni, Pentecostes, & scenophegiæ mense septembris visitare Hyerusalem, vbi erat templum Salomonis ad paschalia festa peragẽda vt legitur *Exod.* 23.25. 34. *Leuit.* 2. *Deut.* 16. ita æquum est vt nos christiani non ter in
8 anno, sed 25. quoque anno ad Metropolim Romanam, sanguinis, & meritorum Christi, & Sanctorum referctissimam, vti tantę Sedis filij, & alumni, ex tota anima, ex toto corde, totisque viribus accedamus, vt ad Agni Paschalis, Christi videlicet, conuiuium per Indulgentiarum amplissimarum consequutionem admittamur.

9 Quinta vt detur occasio excitandi animos infideliũ ad cõuersionẽ, vt confundantur hęretici, qui videntes vniuersum orbem ad Vrbem concurrere multi conuertantur.

10 Sexta ad excitandum maiorem feruorem charitatis in animis fidelium, vt sint prompti ad effundendum sanguinem, & sustinendam mortem pro fide Catholica. Romæ enim sunt maxima incintiua in-
11 terioris animæ, vt fiant huiusmodi actiones spargendi sanguinem, & moriendi pro Christo, cum tota Ciuitas sit ossibus sanctorum, & sanctarum martyrum plena, quæ videntes excitantur pro amore Dei sanguinem effundere *D. Anto. p.1. sum. tit. 10. cap. 3. §. 6. de hac causa Gregorius XIII. loc. cit. his verbis (quod ea causa inuiserent Vrbem, quam Petrus, & Paulus totq. deinceps Martyres suo sanguine consecrarunt.*

12 Septima vt esset quędam proportio, & conformitas cum Iubileo Moysaico & vt Lex noua corresponderet Legi veteri, sicut enim in

Lege

Lege veteri fiebat remiſſio, & condonatio temporalium debitorum, & liberatio à ſeruitute, ita in hoc Iubileo fit remiſsio debitorum spiritualium, fit enim liberatio à ſeruitute dæmonis, & conceduntur alia bona ſpiritualia, vt dicam infra dum de differentia Iubilei antiquæ, & nouę Legis agam.

13 Octaua vt fides huius articuli penitus defigatur in memoria hominum, & conſtantiùs retineatur, eo magis per Vrbem diffundatur Petrum videlicet, & Paulum Romæ fuiſſe, Romæ prædicaſſe, Romæ mortuos eſſe, Romæ ſepulchra, monumēta, & corpora illorum haberi.

Eſt Romæ præſertim celebritas huius anni ſancti, cum per illius
14 publicationem cæteræ indulgentiæ plenariæ per totum orbem suſpendantur, vt prędfatæ Baſilicæ Apoſtolorum, eo amplius honorentur, quò deuotius à fidelibus frequentatæ fuerint, & vbi Petrus, & Paulus glorioſe accubuerunt, ibi ex eorum, & Chriſti meritis flumina indulgentiarum in peregrinos viſitantes propriùs, & vberius dif-
15 funderentur. Et quoniam ſemper Roma fuit omnium communis Patria (*Auctore Celio*) totius orbis frequentiſsimos incolas ſemper
16 habuit, ex totius mundi partibus, & nationibus, & omnes fere nationes ibidem hodie habent Eccleſias, Hoſpitia Xenodochia, ſacer-
17 dotes & Cardinales protectores, nec non Pœnitentiarij omnium lin-
18 guarum ibidem ſunt deſtinati. Roma item ſemper in cultu religionis extitit, omnium nationum ſuprema, & quia non decet, vt (quæ Magiſtra erat erroris facta diſcipula ueritatis) ab intento religionis ſtudio declinaret, ideo in ea Vrbe, quæ veræ religionis eſt fons, &
19 Matrix, Iubileus celebrari debet, alias rationes vide pænes *Binz. lib. 3. cap. 7. per totum*, vbi de laudibus Romæ, & morte Apoſtolorum Petri, & Pauli peragit.

20 Publicatur Romę in die Aſcenſionis Domini bulla indictionis dicti anni ſancti pro anno ſequenti, prout fecit Sanctiſsimus D. N. Vrbanus VIII. hoc præſenti anno, vt infra dicetur c. 19. dum agetur de cęremonijs quę fiunt in indictione anni ſancti. Tenor autem bullæ dictę publicationis eſt vt ſequitur.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.
Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

21 *OMnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: non enim vt in veteri lege Sacerdotalis buccina clangore, ſed Apoſtolicæ vocis oraculo Sanctum Iubilei Annum iam Regis ſeculorum beneficio appropinquantem vobis euangelizamus. Annum*

Diuino

Diuino cultui dicatum, ac feruentioribus Christianæ pietatis studijs destinatum Annum remissionis, ac veniæ, tempus acceptabile, dies salutis. Licet enim nulla excurrant tempora, quæ diuinæ largitatis muneribus fœcunda spiritualibus nos non cumulent bonis, ac nunquam ad ineffabilem Dei misericordiam, eius aspirante gratia, nobis aditus præcludatur; nihilominus tot, tantaq. eo anno ad hominum sanctificationem beneficia cælitus promanant, vt penè omnes sacros thesauros Diuina munificentia in Christi fideles diffundere videatur. Quapropter si quinquagesimus Annus, quem Deus Moysen sanctificare iussit, incredibili Hebræorum plausu, atque inæstimabili gaudio excipiebatur; quantò magis decet Christianum orbem Sacro Iubilei Anno recurrente lætari? Laboriosa eo tempore agricolturæ opera intermittebantur: nunc proprio quisque parcens labori, fructus, quos Christi Domini, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum merita protulerunt vberrimos percipit. Distracta tunc prædia, alieniq. iuris effecta recuperabantur: nunc virtutes, dona, & merita, quibus peccando meritò exuimur, liberali Dei misericordia recipimus. Exules tunc patriam repetebant: nūc ad cœlum, vnde exulantes in hac lachrymarum valle miserè pererramus, iter nobis præmonstratur & aperitur. Vos igitur Catholici Principes, qui tot decorum prærogatiuis insigniti ad Christianam pietatem promouendam arctioribus, quam cæteri, obligationis nexibus obstricti estis, vosq. omnes Christifideles, quos Romana Ecclesia materno gremio complectitur; ad iucundissimam Sacrosancti huius Iubilei celebrationem, paterna, quæ vrget Nos, charitate, vocamus, & inuitamus, ac quasi tubam exaltantes vocem nostram, Prophetica in vos oracula conuertimus, & clamamus, Audite hæc omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis Orbem. Adueniunt dies pænitentiæ ad redimendā peccata, ad saluandas animas. Appropinquat tempus, quo Dei misericordia eos tandem conuertat, quos sera eius vlciscendi voluntas diu tolerauit. Humanæ vitæ breuitatem vobis ipsi ob oculos proponite: cogitate, nos instar aquæ dilabi, ac vitam nostram, velut a texente præcidi. Et quamuis nonnulli ex Romanis Pont. prædecessoribus nostris eidem Iubilei Anno concelebrando præscriptum olim temporis spatium prouidè arctantes, tam solemnem culparum remissionem, Diuinæq. Iustitiæ debitarum pænarum relaxationem, intra angustiores annorum limites contraxerint; nihilominus ob paucitatem dierum nostrorum paucis illam redituram putantes, quæramus Dominum dum inueniri potest, inuocemus eum dum propè est. Venite ergo ad locum, quem elegit Dominus, ascendite ad mysticam hanc Hierusalem, tot, tantisq. a Deo beneficijs auctam, tot muneribus cumulatam, vt verè de ea dicatur fluminis impetum lætificare Ciuitatem Domini, Cælestium nempè fluminis gratiarum, cuius opportuna irrigatione fidelium Ani-

mæ

ma fecundantur. Venite, & afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio Sancto eius. Hic filij dilectissimi. verè confitebimini Deo in Ecclesia Magna, in populo graui laudabitis eum; quandoquidem hæc est cæterarum Ecclesiarum magistra; prima Catholicæ Religionis Sedes, Mater credentium, Orbis caput, Vertex rerum; quapropter & Cœlestes benedictiones, quas sititis, hic non ex riuulis petetis, sed haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, aquas videlicet saluberrimas, quibus haustis efficietur in vobis fons aquæ salientis in vitam æternã. Hæc igitur Nos præ oculis, atque in votis habẽtes, Romanorumq. Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, & eorum pium ac saluberrimum institutum retinentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, Iubilei celebrationem in annum proximum M. DC X X V. à primis Vesperis vigiliæ Natiuitatis Domini Nostri I E S V Christi proximè futuræ inchoandam, & per totum annum ipsum finiendam, auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quanto maximè possumus animi nostri gaudio, ad ipsius Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationem indicimus, & promulgamus. Quo ipso Iubilei Anno durante, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis qui Ecclesiam Lateranen., Beatorum *Petri, & Pauli Apostolorum, necnon Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe Basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, si Romani, vel incolæ Vrbis; si verò peregrini, aut aliàs externi fuerint per quindecim saltẽ dies deuote visitauerint, & pro ipsorum fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effunderint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, ac veniam misericorditer in Domino concedimus, & impartimur, & quoniam euenire potest, vt ex ijs, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad Vrbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Vrbe, morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte præuenti, præfinito dierum numero non completo, ac ne quidem fortasse inchoato, præmissa exequi, ac Ecclesiam, & Basilicas huiusmodi obire nequeant; Nos piæ, promptæq; illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè fauere cupientes, eosdem verè pœnitentes, & confessos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perinde fieri volumus, acsi Ecclesiam, & Basilicas prædictas diebus à Nobis præscriptis re ipsa visitassent. Vos autem Venerabiles Fratres nostri Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi in partem sollicitudinis nostræ vocati, capite tubas argenteas, quarum vsus est in Iubileo, adhibite prædicationem Verbi* Dei, *& prænunciate populis gaudium magnum, vt sanctificentur, & Dei iuuante gratia, parati*

sint

sint ad ea cœlestia dona capienda, quæ bonorum omniũ largitor Deus, filys dilectionis suæ per ministerium humilitatis nostræ præparauit. Ad cælestia munera in hac Vrbe percipienda, vocate cætum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, docete oues fidei vestræ creditas quia aduenæ, & peregrini sumus in hac vita, & ciuitatem hic permanentem non habemus, sed futuram inquirimus. Docete omnes, si vnquam aliàs nunc potissimum, iras, rixas, contentiones, & inueterata odia extinguenda propter Christum; nunc præcipuè omnes carnis sordes esse detergendas, vt templum Dei mundum sit, & vnusquisque vas suum possideat in honore, & sanctificatione, & portet Deum in corpore suo. Docete eos nunc maximè scelera detestanda esse, dandamq. operã, ne quis Christiano nomine abutatur. Docete sacros Indulgentiarum thesauros lucrandi, spem omnem inanem esse, nisi quis contrito, & humiliato corde se ipsum præparare, & Christianis operibus exercere studeat. Qui autem diuitijs abundant, aperiant viscera sua, & fratrum suorum pauperum inopiam subleuent; præcipuè verò erga peregrinos Romam venientes, misericordes sint, & sanctã hospitalitatem Deo gratissimam, & quam vetustissimi illi Christiani, etiam inter persecutionum fluctus, diligentissimè coluerunt, ipsi quoque multa cum hilaritate spiritus renouent, atque obseruent, faciantq. sibi amicos de mammona iniquitatis, vt recipiantur in æterna tabernacula. Admonete etiam omnes, vt orent pro Regibus, & Principibus Christianis, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, & pax, ac concordia perpetuò conseruetur. Postremò docete eos cum sanctam peregrinationem susceperint, qua modestia, qua deuotione, qua fraterna pacis obseruantia connecti eos oporteat, vt sint Christi bonus odor in omni loco. Præbete autem vos ipsos Fratres Venerabiles, & omnem Clerum exemplum in primis bonorum operum, & formam gregis, & vestræ virtutis, ac religionis velutisale cæteri condiantur, & omnem peccati putredinem abhorreant, & denique omnes vnanimes in vno spiritu Christianæ charitatis, atque in omni sanctitate, & iustitia Deo seruiamus. Hortamur quoque & rogamus in Domino charissimos in Christo filios nostros Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos, vt quo plura, & magis illustria beneficia ab eo, per quẽ Reges regnant acceperunt, tantò ardentius, vt par est, ad Dei gloriam procurandam pio zelo excitentur, præcipuè verò Fratrum nostrorum Episcoporum, & superiorum Antistitum Pastoralem sedulitatem, & vigilantiam adiuuent, & à suis Magistratibus, ac ministris adiuuari mandent, vt improborum licentia coerceatur, & bonorum studiorum Regia ope, & gratia foueantur. Maximè autem erga peregrinos beneficentiam, & liberalitatem exerceant, curentq. vt tutis incedant itineribus, & nulla hominum perditorũ vexatione perturbentur,

sed

sed Hospitalibus, Domibus, & publicis hospitijs amanter excepti, & commeatu, & rebus ad vitam necessarijs recreati sine vlla concussione, & iniuria institutum iter læti peragant, & cum gaudio in patriam reuertantur. His enim hostijs Reges potissimum, & Principes Deum sibi placabilem reddent, vt diù in terris fœlices viuant, & demum in æterna tabernacula recipiantur ab illis ipsis pauperibus, erga quos misericordiam exercuerint, in quibus Christus pascitur, & nutritur. Vt verò præsentes literæ, ad omniũ Fidelium quibuscumque locis existentiũ notitiam facilius perueniant, volumus, earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eandem prorsus fidem haberi, quæ haberetur ijsdem præsentibus, si exhibitæ forent, & ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimoquarto, Tertio Kal. Maij Pontificatus Nostri Anno Primo.

SVMMARIVM.

Indulgentiæ suspendi solent à Romanis Pontificibus per indictionem Iubilei. 1.

Vsus suspendendi Indulgentias tempore Iubilei, à quo Pontifice habuit originem. 2.

Suspensionem Indulgentiarum tempore Iubilei diuersimodè fecisse legitur Sixtus IV. 2.

Suspensio facultatum, facta à Clem. VIII. quæ. 3.

Indulgentiæ non fuerunt suspensæ à Clem. VIII. 4. 5. 6.

Priuilegia, & gratiæ concessæ locis pijs, & personis, suspenduntur tempore Iubilei. 7.

Ordinarijs non aufertur potestas ordinaria tempore Iubilei. 8.

Indulgentiæ plenariæ, quando non intelliguntur suspensæ per Iubileum. 9.

Litteræ concessæ confraternitatibus, & religionibus an intelligantur suspensæ per Iubileum. 10.

Facultates concessæ in Bulla Cruciatæ an suspendantur per Iubileum. 10.

Indulgentiarum non plenariarũ publicatio non suspenditur tempore Iubilei. 11.

Indul-

De

DE SVSPENSIONE INDVLGENTIARVM in anno Iubilei.

Cap. X.



1 SOLENT Romani Pontifices in Indictione anni sancti Iubilei per bullam particularem facere suspensionem aliarum Indulgentiarũ hactenus per Romanos Pontifices concessarum, qui quidem vsus suspendendi dictas Indulgentias initium habuit à Sixto Quarto, vt videre est in *Extrauag. comm. quæ incipit quemadmodum, de pœnit. & remiss.* quod seruatum vidimus vsque ad nostra tempora, signanter vltimi Iubilei emanati à Clemen. VIII. qui postquam publicari fecerat Bullam Iubilei, quæ incipit *Annus Domini* 58. *sub Dat. Romæ* 19. *Maij.* 1599. per aliam bullam particularem, quæ incipit *Cum sancti.* 58. *sub Dat. Romæ* 21. *Maij* eiusdem *Anni*, huiusmodi suspensionem Indulgentiarum fecit, diuersimode autem talem suspensionem legimus, Sixtus enim IV. *in præcitata Extrauag.* non
2 solum Indulgentias suspendit, sed etiam potestatem commutandi vota, ac super eis dispensandi, necnon commutandi super male ablatis incertis, & deputãdi Confessarios cum potestate absoluendi à reseruatis Sedi Apostolicæ, eamdem reseruationem fecisse legitur Gregor. XIII. in aperitione Iubilei de anno 1575. de quibus suspensionibus loquitur *Nauar. not.* 28. ampliando, & limitando multis modis & *Binz. lib. 4. cap. 8. dub. 23. & sequen.*

3 In suspensione autem facta à Clem. VIII. in præcitata Bulla, nõ apparent suspensæ, nisi omnes, & singulæ Indulgentiæ, etiam perpetuæ, & peccatorum remissiones, necnon facultates, & indulta absoluendi à casibus reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ concessæ, quibuscumque locis, & personis, etiam ad instar Iubilei, quacumque causa, & occasione, super quibus tenoribus, formis, & clausulis, etiam motu proprio prohibendo, ne aliter indulgentiæ publicentur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

4 Ex qua quidem Clementis, suspensione tantum plenariæ, plenissi-

mæ, omnium remissio peccatorum, & instar Iubilei suspensæ intelliguntur, quod patet per illa verba (*omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones*.

5 Reliquæ vero Indulgentiæ temporaneæ, idest tot dierum, vel annorum, seu tertiæ, vel quartæ partis quadragenæ, carenæ, septenæ, & omnes aliæ non plenariæ, etiam quod sint concessæ locis, & personis quomodolibet suspensæ minime intelliguntur:

6 Hinc est, quod si in aliqua Ecclesia adsit indulgentia tot dierum, vel annorum audienti in ea missam, si quis in ea Missam auscultat, bene prædictas Indulgentias lucratur, notat *Nauarr. not.* 28. *nu.* 8. & *not.* 33. *num.* 21. & *not.* 25. *num.* 1.

7 Nec suspenduntur gratiæ, & priuilegia eisdem locis pijs, & personis concessa, puta vt absoluantur à casibus, &c. *Nauarr. cons.* 17. *de pœnit. & remiss.*

8 Non aufertur potestas Ordinariorum, quæ eis competit Iure communi, & Iure *Concil. Trid. sess.* 14. *cap.* 6. *de reformatione*.

9 Nec Indulgentiæ etiam plenariæ, in quarum concessione expresse dicitur, quod lucrari possint, etiam in anno sancto, non obstante bulla suspensionis.

10 Nec pariter suspenduntur literæ cōmunicationis piorum operum, concessis Confratribus, & Religionibus, nec aliquæ facultates, concessæ in bulla Cruciatæ, puta comedendi oua, & caseū in diebus prohibitis, & huiusmodi, nec potestas dispensandi super votis, & commutandi in rebus male acquisitis, quorum dominus ignoratur; nec pariter electio Confessarij pro absoluendo à reseruatis, nō tamen Papæ vt *Nauarr. cons.* 17. *num.* 4. & 5. *de pœnit. & remiss. lib.* 5. sed bene dicuntur suspensa priuilegia, quibus conceditur, vt semel in vita possint absolui à reseruatis Papæ, non tamen concessa Religiosis, secundum aliquos, vnde à casibus Episcopalibus possunt etiam absolui.

11 Item nec suspenditur publicatio Indulgentiarum non plenariarū, etiam quod concessio sit de plenarijs, modo declaretur suspensio ple-
12 nariarum, nec pariter sunt suspensæ Indulgentiæ cōcessæ Ecclesijs, & Altaribus Vrbis, vel extra mœnia, licet plenariæ & amplissimæ sint.

13 Confessionalia, hoc est priuilegia, & indulta particularia, & particularibus personis cōcessa nec etiam sunt suspensa, vnde habens priuilegium, quod si visitauerit talem Ecclesiam lucrabitur Indulgentiam plenariam, bene illam lucrabitur, etiam in hoc anno sancto. Odia enim sunt restringenda *c. odia de reg. iur. in* 6. Licet Sanctiss. Vrbanus Octauus, in præsenti huius anni sancti, Bulla suspensionis Indulgentiarum suspendat etiam priuilegia, & indulta particularia.

14 Indulgentiæ pro mortuis, nec intelliguntur suspensæ; ratio est, quia
15 causa finalis, cùr suspenduntur huiusmodi Indulgentiæ est vt omnes

nationes

nationes Christianæ accedant ad Vrbem, & ne propter alias Indulgentias talis accessus intermittatur, & vt maior cultus, & celebritas iubilei appareat, & ob alias causas, de quibus suo loco dictum est, quæ cum in mortuis cessent, ideo nec cessare debet Indulgentia pro mortuis concessa, mortui enim prædicta facere non possunt.

16 Hinc altaria priuilegiata, Numismata, seu medaliæ, quæ continent Indulgentias mortuorum, non sunt suspensa, huius opinionis fuerunt Summi Pœnitentiarij, & cæteri litterati Viri Romæ com-
17 morantes consulti in anno sancto Clementis VIII. licet prima fronte aliqua dubitatio mihi remaneat, ex quo quædam insignis persona, vt mihi tunc temporis relatum fuit, quæsiuit à Romano Pontifice gratiam, vt remanerent quædam Indulgentiæ concessæ pro suis consanguineis mortuis, & Papa denegauit.

18 Fuit etiam dubium, an in articulo mortis possimus consequi Indulgentias plenarias cum nonnulli censuerint esse suspensas omnes Indulgentias, siue in vita, siue in morte.

19 Si quis autem reperiretur in aliqua censura reseruata Romano Pontifici, & esset in articulo mortis, potest quidem tunc absolui cum de iure communi quilibet sacerdos habeat facultatem absoluendi à casibus reseruatis in articulo mortis.

19 Si aliquod priuilegium, plenariam, & non plenariam contineat
20 indulgentiam, quia dignius trahit ad se minus dignum *cap. quod in dubijs de consec. Ecclesia*, & principalius minus principale *l. & si non*
21 *sint §. perueniamus ff. de aur. & arg. leg.* vtraque censetur suspensa, nisi separatim essent concessæ, hoc est plenaria, & non plenaria, vt notat *Binz. lib. 4. cap. 8. dub. 8.*

22 Sic etiam si aliquis Sacerdos habet facultatem ab Episcopo suo absoluendi à casibus reseruatis eidem Episcopo, bene poterit absoluere in hoc anno iubilei, secus à reseruatis summo Pontifici.

Quamdiu autem duret ista suspensio, pendet ex verbis eiusdem
23 Bullæ, aliqui enim Pontifices reseruant per totum annum sanctum, & deinde ad eorum beneplacitum, sic fecit Greg. XIII. & alij, Clemens vero Octauus, & Vrbanus Octauus, per totum annum sanctum solum suspendunt, quo elapso ad pristinum dictas Indulgentias redire mandauit Clem. VIII. quod visum est nouum in dicta bulla, vide *Nauarr. not. 28. num. 228.*

24 Ex supradictis *Zerol. in ver. annus sanctus par. 2.* infert ad dubiũ, si Indulgentiæ plenariæ non suspenduntur per annum iubileum, non solum eo transacto, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ergo omnes, quæ sunt perpetuæ, non durant nisi per viginti quinque annos;
25 ad quæstionem respondet perpetuum verificari spatio decem, & etiam viginti quinque annorum, vel quod perpetuum intelliga-

tur elapſo anno iubilei, cum Summi Pontifices facilius inclinent ad confirmandas indulgentias iam conceſſas à ſuis Prædeceſſoribus, quàm temporaneas, vel nouas concedere, & ſubdit, quod nec propterea decipiuntur Confraternitates, quæ putant ſe habere tot indulgentias, vt Corporis Chriſti, Roſarij &c. quoniam Archicon-
26 fraternitates, quæ ſunt Romæ, à quibus dependent omnes Mundi Confraternitates, vt plurimum tamquam Granciæ, & Protectores, & Generales Regularium adeunt ſummum Pontificem, & petunt earumdem confirmationes, & ſic confirmatis principalibus, confirma-
27 tæ cenſentur dependentes ab eis, demum concludit, quod indulgentiæ plenariæ, quibus gaudent Confraternitates per communicationem extra Vrbem, etiam ſunt ſuſpenſæ, durante anno ſancto, vt Chriſti fideles ad petram & fundamentum Eccleſiæ vniuerſalis accedant, vt ſupra dictum eſt, & declarat *Nauar. conſil. 17. de pœnit. & remiſſ.*
28 Multiplex autem aſſignatur ratio quare cæteræ indulgentiæ in anno ſancto ſuſpendantur, prima eſt, quia probabiliter timetur ne populorum concurſus ad Vrbem retardaretur.
29 Secunda, ne propter aliarum Indulgentiarum à ſummis Pontificibus conceſſarum effuſionem hoc ſanctiſſimum opus, ac remiſſionis, & gratiæ annus iubileus intermitteretur *ex Sixto IV. in ſua bulla.*
30 Tertio ne fideles ad aliarum indulgentiarum acquiſitionem retardati, tanti muneris reddantur expertes, plus enim confert, & tribuit iubileus, quam indulgentia plenaria, vt alias diximus.
31 Quarto, vt hæc ſola vigeat, hæc floreat, & hæc vnica, & non alia acquiratur Indulgentia. *ex Greg. XIII. in bulla Quoniam;* vt ſi præcellens Concionator eſſet in Vrbe iuſtè præciperetur vt honoris gratia, reliqui eo tempore quieſcant.
32 Demum notandum eſt, quod per huiuſmodi generalem ſuſpenſionem, ſeù reuocationem indulgentiarum, quæ fit à Romano Pontifice in iubileo anni ſancti, non intelliguntur reuocatę indulgentię, & gratiæ conceſſæ ante ſufficientem notificationem, tam in foro Dei, quam in foro Eccleſię, ſecundum communem intellectum Doctorum *Gemi. & Domi. in cap. 1. de conceſſ. Preb. lib. 6.* dum quæritur an illi, qui præſtiterunt ſubſidium in vim indulgentiæ conceſſæ à Calixto poſtea reuocatæ per ſucceſſorem, illam lucrati fuerint nec ne, & videntur tenere partem affirmatiuam *arg. tex. in l. ſi procuratorem ff. de procur. l. ſi mandaſſe ff. mandati l. ſi pupillus §. de qua ff. de inſt. & acti. Nauarr. cap. 31. num. 28. Cord. q. 36. prop. 7. Sil. Ind. q. 5. & verſ. gratia §. 2. Ang. Roſell. & reliqui ſumm. ibidem §. 7. Suar. diſp. 57. ſect. 2. n. 8.*
33 qui infert, quod ſi quis bona fide confeſſus eſſet reſeruata peccata, virtute talis indulti conceſsi in ordine ad talem indulgentiã, cuius reuocationem inuincibiliter ignorat, talis Confeſsio, & abſolutio eſt

valida,

valida, etiam quoad censuras, nec postmodum tenetur se præsentare, quia talis præsumitur intentio Papæ; nisi in reuocatione esset clausula, vel quid simile, per quod expresse appareret de voluntate Papæ contraria, vt optime aduertit *Sil. verbo gratia, q. 3. num. 4.*

34 Sufficiens autem dici posse uidetur notificatio, saltem in foro Ecclesiæ, quoties solemniter Romæ, & in singulis diœcesibus sit facta publicatio ex mente *Abb. & Fel. in c. cognoscentes de const.* licet addant in priuilegijs requiri notitiam particularē, quia sunt leges quasi priuatæ *arg. c. 1. de conceß. Præben. lib. 6. l. qui absenti seruo ff. de acq. poss. l. absenti ff. de donat.* plura de hoc in Alphabetico *verb. lex. dub. an neceßario debeat lex promulgari & quando incipiat ligare.*

35 De suspensione Indulgentiarum plura tract. *de Indulg. cap. de suspen-*
36 *sione Indulgentiarum:* qualis autem sit suspensio Indulgentiarū præsentis anni Iubilei Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. apparet ex tenore eius bullæ infrascriptæ videlicet.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ad futuram rei memoriam.

37 *CVm nuper sancti Iubilei celebrationem à vigilia Natiuitatis D. N. Iesu Christi anni proximè venturi incohandā, & vsque ad finem eiusdem anni duraturā, vniuerso populo Christiano de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu indixerimus, ac omnibus vniusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui beatissimorum Petri, & Pauli Apostolorum Basilicas & Sancti Ioannis Lateranen. ac Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe Ecclesias visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, & veniam concesserimus, prout in nostris nuper desuper confectis literis plenius continetur. Cupientes vt Christianæ nationes ex omnibus terrarum orbis locis in Alma Vrbe nostra in fidei, ac religionis vnitate congregatæ, eodem pietatis, ac deuotionis spiritu Basilicas, & Ecclesias prædictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem Iubileo, visitent, & frequentent, multorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo adducti, omnes, & singulas indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, ac facultates, & indulta absoluendi etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis quibusuis Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Domibus, Militijs, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus etiam laicorum, Vniuersitatibus, & pijs locis, illorumq. Ordinibus, Capitulis, Conuentibus, Magistris, Superioribus, & tam se-*

ſularibus, quàm quorumuis etiam Mendicantium Ordinum Regularibus perſonis, Coroniſque, Granis, Imaginibus, & Numiſmatibus ex metallo, ſeu quacumque alia materia confectis, tàm ſingulariter, quàm vniuerſaliter per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum; aut ipſis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel alijs quacumque alia mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate, etiam ſpeciali nota digna fulgentibus, etiam ad inſtar Iubilei, aut alias quomodocumque, & ex quibuſuis cauſis, & occaſionibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac aliàs quomodolibet conceſsis, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præſentibus pro expreſsis haberi volumus Apoſtolica auctoritate, de eorumdem Fratrum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolica poteſtatis plenitudine ſuſpendimus, & ſuſpenſas eſſe declaramus, eaſq. & ea, eodem anno durante, nulli prodeſſe, aut ſuffragari debere, irritumque, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca per præſentes auctoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, ne interim aliæ quàm indicti à Nobis prædicti Iubilei indulgentiæ, ſiuè publicè ſiuè priuatim quouis prætextu, vbiuis locorum, & gentium ſub excommunicationis eo ipſo incurrendæ, alijſq. arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis publicentur, vel nuncientur, aut in vſum demandentur. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Vniuerſitatum, Collegiorum, et locorum, aliorumq. prædictorum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumq. Superioribus, & perſonis, ac alijs quibuſcumque per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam ſedem, eiuſq. Legatos, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, & ex quibuſuis cauſis conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiamſi in illis caueatur expreſsè, quòd ſub ſimilibus, vel diſſimilibus ſuſpenſionibus nequaquam comprehendantur; niſi de illis ſpecialis, & indiuidua mentio fiat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad effectum permiſſum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque. Et quia difficile nimis eſſet præſentes, quocumque vbi illis opus fuerit, præferri, Volumus earum exemplis etiam impreſſis Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra vbique locorum

adhiberi,

adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, declarationis, decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto Sexto Non. Maij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

SVMMARIVM.

Christiani omnes, & Catholici Principes debent anno Iubilei Romam accedere. 1.

Legitimè impeditis, qui ad sanctam Vrbem accedere nequeunt solet Pontifex huiusmodi Iubileum concedere. 2.

AN INDVLGENTIA ANNI SANCTI alijs Orbis partibus communicetur. Cap. XI.



D hoc spirituale conuiuium, instar illius celeberrimi Regis Assueri, omnes mundi gentes inuitantur à summo Ecclesiæ Dei Præposito, & ad illum consequendum Principes, Reges,
1 Imperatores, ac omnes, qui Christiano nomine censentur, Romam accedere debent, cum eo anno durante omnes aliæ indulgentiæ plenariæ à Romano Pontifice suspendantur, vt dictum est, vt auidius ex omnibus Mundi partibus Romam quilibet Christianus accedere festinet, & licet Romanus Pontifex pro sua maxima benignitate soleat hunc thesaurum, aliquando extra Vrbem, etiam communicare, postquam Romæ fuerit celebratus, hoc tamen incertum est, ideo festinare omnes de-
2 bent, ne tam dignum cæleste donum amittatur; Infirmis autem, senio confectis, clausura detentis, alijsq. legitimè impeditis, munificentissimus Princeps, cum non valeant ad Vrbem hi peruenire, solet huiusmodi Iubileum Indulgentiam concedere, nihilominus à futuro pendet euentu.

SVMMARIVM.

Opera bona etsi praeceptum non includant, quisque fidelis debet promptè operari. 1.
Dauid operæ, ad quæ non tenebatur, libenter operatus est. 2.
Christi fideles sanctissimum Iubileum consequi debent. 3.
Pœnæ æternæ euitantur per Iubileum. 4.
Septies in die cadit iustus. 5.

QVOD OMNES CHRISTI FIDELES curare debent Sanctissimum Iubileum lucrari. Cap. XII.



E nos Christi fideles seruos Dominis, metu pœnæ seruientes, aut Iudæos flagellorum formidine in veteri testamento operantes, imitari videamur, tanquã noui testamenti Christi filij effecti, in Dei cultu, & obsequio, vel etiam in propriæ salutis studio, non quæ necessitatem, & obligationẽ dumtaxat, sed quæ voluntariã pietatem, spontaneamq. deuotionem præseferunt, nos amplecti, exequi, & ope-
1 rari libenter, libentissimeq. teneri quis ambiget? Nullum Dauid
2 Rex à Deo præceptum acceperat 2. *Reg.* 7. vt Templum Domino ædificaret, vt arcam Dei in domum suam inferret, vt ante illum discoopertus saltaret, & tamen omnia tamquam Deo gratissima, præstitit, & tanta solicitatione animi, circa hæc premebatur, vt non cessaret dicere, *si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem donec inueniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob Psal.* 131. Hinc Magdalenæ obsequium à Christo commendatur dum Christus in Euangelio ait Simoni Pharisco, *aquam pedibus meis non dedisti, caput meum oleum non vnxisti, hæc autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos Luc. c.* 7. Ad hoc nos pulsat Christus dũ ait, *qua mẽsura mẽsi fueritis remetietur vobis Luc.* 6. *& Paul.* 2. *Cor.* 6. *Qui parcè seminat, parcè et metet, et qui seminat in benedictionibus, de*
3 *benedictionibus & metet*, Omnis ergo Christi fidelis hoc sanctissimũ

Iubi-

Iubileum consequi debet, ne sui ipsius crudelis, & inimicus efficiatur, qui tamquam victus, & in captiuitate positus non quærat liberari, hoc clamitat *Eccl.* 9. Quodcumque potest facere manus tua,
4 instanter operare, pœnæ æternæ aufugiendæ sunt per istud medium, quia neque opus, neque ratio, neque sapientia, neque scientia erunt
5 apud Inferos, quo homo properat, & stultum est dicere peccatũ non habemus, nos enim nosmetipos seducimus quia septies in die cadit iustus, ergo pro Iubileo consequendo omnes quisque superet difficultates itinerum, labores, peregrinationes, pericula, domestica negotia relinquantur, incommoda contemnantur, alias qui obseruant ventum non seminant, qui considerant nubem numquam metent, *Eccl.* 11.

SVMMARIVM.

Iubileum vt quis consequatur requiruntur quatuor, duo ex parte concedentis & duo ex parte recipientis. 1.

Iubileum suscipiens, vt illum consequatur debet esse in gratia. 2.

Thesaurus Ecclesiæ non communicatur inimicis. 3.

Peccato mortali irretitus est extra communionem sanctorum, & indulgentiarum incapax. 3.

Peccatum mortale habens dicitur membrum mortuum. 4.

Pœnitentiæ Sacramentum respicit culpam peccati. 5.

Indulgentiam lucraturus debet confiteri peccata mortalia, vel habere contritionem. 6. 7.

Clausula vere pœnitentibus, & confessis in bulla apponi solita. 7.

Confessio, & communio in aliquibus indulgentijs præcipitur, in alijs vero contritio. 8.

Opera, & conditiones apposita in diplomate adimpleri debent à consequuturo Iubileum. ibid.

Conditione postposita res perficiẽda impeditur & perfecta irritatur. 9.

Conditionum varia genera. 10.

Conditione neglecta corruit beneficium Indulgentiarum. 11.

Opera qualiter facienda. 12.

Opera quæ statuuntur in Iubileo ordinario quæ sint? 13.

Opera quæ statuuntur in Iubileo extraordinario quæ? 14.

QVÆ

QVAE REQVIRANTVR PRO consequutione Iubilei & indulgentiarum. Cap. XIII.

1 QVATVOR præcipue requiruntur pro consequutione Iubilei, & indulgentiarum, duo ex parte concedentis, duo vero ex parte recipientis, de primis duobus tractabo in secunda parte, de requisitis vero in suscipiente partim hic, partim in dicta secũda parte cap.
2 15. etiam agam. Duo namque requiruntur in suscipiente Iubileum & indulgentias nempe, vt suscipiens sit in gratia Dei, saltem in
3 vltimo actu, nisi aliter in diplomate disponatur inimicis enim Christus non communicat thesaurum Ecclesiæ suæ, & culpa mortali irretitus est extra sanctorum communionem, & percõsequens Indulgentiarum expers, & incapax, quoniam sicut membrũ hominis mortuum ab alijs viuis & si videatur ad huc corpori inhęrere influentiam vitæ habere nequit, sic peccato mortali obnoxius, aut habens
4 voluntatem peccãdi cum membrum sit corporis Ecclesiæ mortuum, influentiam spiritualis vitæ seu participationem bonorum operum, quæ sunt in Ecclesia, suscipere minimè potest, & sicut pœnitentiæ sa-
5 cramentum propriè respicit culpam peccati, & ab ea absoluit, sic Indulgentiarum virtus propriè circa pœnam peccati versatur. ideo requiritur vt vnusquisque peccatorum suorum sacramentalem præ
6 mittat confessionem, veramque pœnitentiam peragat ac vere sit penitens, & Contritus, ideo in bullis talium Iubileorum apponuntur
7 verba illa (verè pęnitentibus & confessis) scriptum est enim *qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit ea misericordiam consequetur*, est ergo necessariũ, vt tempore consequutionit Iubilei, & indulgentiæ homo sit in gratia vel per confessionem
8 mortalium peccatorum vel mediante contritione in aliquibus enim Indulgentijs præcise præcipitur Confessio, & communio, in alijs vero vt sit in gratia saltem per contritionem.

8 Alterum quod requiritur est vt ad impleantur opera, & conditiones appositæ in diplomate, maxima enim Iubilei & Indulgentiarum
9 pars versatur in adimplendis conditionibus, & tanti quælibet est cõditio vt ea postposita vel omissa perficiendam rem interdum impediat, vel iam perfectam irritet & perimat, & licet in iure varia re-
10 periantur conditionũ genera l. 2. & tot. tit. ff. & Cod. de cond. in

deb.

deb.& cond. cauſ.don.de condit & demonſt. DD. in l.quoniam ff. de verb.obli. cap. 1. & ſeq. de cond. appoſ. & quandoque pro actione & obligantium iudicio accipiantur, mox & pro rei ſacrę qualitate & cauſa quadam modiſque alijs, quos miſſos facio, cum de his noſter hic non ſit ſermo, ſed tantum de conditionibus quæ pro naſcentis actus norma regula cauſaque recepta eſt ab eis, & quæ rem ipſam habeat, perficere ſi venerit ea impleta ſit, & vna conditione neglecta
11 vel pluribus totum corruit indulgentiarum beneficium & vtilitas.
12 Hæc opera ita fieri debent, vt ſint moraliter bona ſuntq. facienda cum debita intentione.
13 Opera autem, quæ ſtatuuntur in Iubileo ordinario, ſeu proprio, de quo hic eſt noſter ſermo, ſunt cõfeſsio, communio; acceſſus ad Vrbem viſitatio Eccleſiarum, & oratio.
14 Ea vero quæ ſtatuũtur in extraordinario ſeu improprio cęteriſque Indulgentijs ſolent vltra prædicta alia adiungi vt ſunt eleæmoſyna, & ieiunium, de quibus omnibus *Paul. lib. 3. cap. 4. & 5. Suar. diſ. 52. ſect. 2. num. 4. & ſect. 5. Tol. & lib. 6. cap. 27. Binz. lib. 5. cap. 13. & 15. patent ex bulla ſanctiſsimi Vrbani V I I I.*

Per ſingula prędicta opera diſcurrendo à confeſſione incipiam.

S V M M A R I V M.

Con-

Nume-

Reme-

Remedium dandum illis, qui peccauerunt mortaliter post susceptum Iubieum. 87.

Pœna remissa per Iubileum an reuiuiscat per nouum peccatum mortale. 88.

Peregrinus quid agere debeat reuersus in patriam si animaduertat fecisse Confessionem nullam. 89.

Priuilegium vt quis consequatur remissionem pœnæ intelligitur semel tantum. 90.

Textus in l. boues ff. de verb. signifi. quomodo intelligatur. 91.

Missa celebrata in Altari priuiligiato si anima non liberatur ob defectum celebrantis iterum dici potest. 92.

Iubileo completo an quis possit absolui ab excommunicatione, & casibus reseruatis oblitis. 93.

Absolui an quis posit à reseruatis completo Iubileo. ibid.

Vota oblita an possint commutari elapso Iubileo ab eodem, vel alio Confessario in secunda hebdomeda eiusdem Iubilei. 94. 95.

Iuramentum de visitando Hierosolimã, vel limina Apostolorum an vigore Iubilei Confessarius deputatus posit commutare. 96.

Confessarius electus vigore Iubilei an posit mutari. 97.

Absolutus à censuris, & reseruatis tempore Iubilei, an sit vere absolutus, si postea intentionem mutet consequendi Iubileum. 98

DE CONFESSIONE, ET CONTRITIONE. Cap. XIV.

1 CONFESSIO, quę requiritur pro cõsequutione Iubilei nõ summitur pro laudare, & publice celebrare, vt in psalm. 110. *confitebor tibi Domine*, & psalm. 94. *praoccupemus faciem eius in confessione*, nec pro gratiarum actione, vt *Matth. 11. confitebor tibi Pater Domine cæli, & terræ*, nec pro publica profes-
2 sione fidei, propter quam Confessores dicuntur sancti, qui nomen Christi publicè profes-
3 si sunt coram tyrannis, & confessio sancti Stephani, & aliorum dicitur sepulchrum, seu capsa, vbi reconditæ sunt eorum Reliquiæ, quod propterea factum est vt antequam incohetur Missa, fiat con-
4 fessio in vltimo gradu altaris, sub quo solent esse reconditæ dictæ Reliquię Sanctorum *Duran. de ritib. Eccles. lib.* 1. Nec sumitur
5 pro acceptatione debiti, seu delicti in iudicio, vel extra, sed sumi-

tur

tur pro ea Confessione, quæ est sacramentalis peccatorum accusatio ad remissionem virtute clauium obtinendam *Sot. dist. 18. q. 2. ar. 1.*
6 Cuius sexdecim sunt conditiones, quæ continentur in his versibus

Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

De quibus *D. Thom. in 4 dist. 17. q. 3. ar. 3. & in addit. q. 9. art. 4. Sot. cit. ar. 2. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 19. Nauar. in c. Fratres de pœnit. dist. 5. & in Manuali c. 2. num. 6. Caiet. & cæteri Summistæ verb. Confessio.*
7 Ex his conditionibus tres sunt necessariæ, scilicet vt sit integra,
8 lachrymabilis & parere parata, reliquæ sunt decentiæ, & perfectionis, ideo de his tribus tantum hic tractabo, de reliquis in Alphabetico verb. Confessio.
9 Integra esse debet confessio quoad peccata mortalia nondum confessa, singula illa exponendo cum circumstantijs, siue certa, siue dubia *Med. tract. 2. de Confess. q. 6. Syl. confessio 1. q. 1. Nau. c. 21. n. 34.*
10 Ista integritas intelligitur in ordine ad vnū eumdemq. Sacerdotem hoc est, quod Confessio non fiat pro medietate vni, & pro medietate alteri illam diuidendo *Nauarr. in cap. consideret §. cautus de pœnit. dist. 5. & in Manual. c. 9. num. 14. ex Aug. in c. consideret cit. Med. C. de pœnit, q. 8. Sot. dist. 18 q. 2. art. 1. Vict. q. 193.*
11 Excluduntur ab hac integritate peccata actualia commissa ante baptismum, & peccatum originale.
12 Peccata venialia licet posſint esse materia confesſionis, non tamen sunt necessariò confitenda.
13 Mortalia vero iam confessa legitimè, licet denuo posſint esse materia, non tamen est id necessarium *Caiet. verb. Confesſio Nauar. c. 9. num. 1. & in c. Fratres de pœnit. dist. 5. num. 62.*
14 Quod Confesſio debeat esse integra probatur, quia dimidiata repugnat absolutioni, impium enim est dimidiatam à Deo sperare salutem *Conc. Trid. sess. 14. c. 5. D. Thom. in add. q. 9. art. 2. Caiet. verb. confesſio Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. Ledes. 2. 4. q. 8. art. 2. Nauarr. d. c. consideret* & est de Iure diuino ex *Conc. Trid. loc. cit. ex Conc. Florent. ex c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.*
15 Dices an qui confitetur teneatur diligentem excusſionem facere conscientiæ, an vero sit satis confiteri, quæ memoriæ occurrunt? Respondeo non tenetur pœnitens omnem operam adhibere ad conseruanda omnia peccata memoriæ, vt integrè suo tempore confiteatur, quia nemo tenetur facere, quod potest, sed quantum decet pro rei qualitate, *Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. in fine Nauarr. c. 21. num. 35. Syl. confesſio 1. q. 2. in fine.*

Tenetur

16 Tenetur tamen ante Confessionem examinare conscientiam discurrendo per loca, tempora, negotia, &c.

17 Et qui hoc non facit peccat mortaliter, quia tenetur confiteri integrè, ergo tenemur ad diligentem discussionem, ita definit *Concil. Trid. sess. 14. cap. 15. de Sacram. Pœnit.*

18 Qui diligentiam humanam, aut mediocrem adhibet in examinanda conscientia satisfacit huic pręcepto; & voco humanam diligentiã, quam homines prudentes adhibere solent in grauioribus negotijs *Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. in fin. Tab. verb. communicare quæst. 29. Nauar. in c. Fratres de pœnit. dist. 5. nu. 66. 73. & seq. Petrus Sot. lect. 10. de Confess. Victoria q. 161. Scot. dist. 17. q. 1. art. 2.*

19 Si quis adhiberet eam diligentiam, quam probabiliter putat esse sufficientem maximè consilio Confessarij, etiamsi deciperetur, quia scilicet non esset verè sufficiens, excusatur à peccato, & Cõfessio esset valida. *Nauar. d. c. Fratres nu. 80. Caiet. vers. interrogationis in tertia interrogatione pream. de confess. Vict. q. 160. & 161. Melch. Can. & c.*

20 Hinc patet, quod diligentia, quæ ex se non esset sufficiens auxilio confessarij prudenter interrogantis fit sufficiens quando quis ad eum accedit animo respondendi ad interrogata, quod nota pro Confessionibus rusticorum *Caiet. & Nau. loc. cit.*

21 An in Confessione distinctè aperiendæ sint species peccatorũ? Respondetur affirmatiue. *c. desideret de pœnit. d. 5. Trid. cit. can 5. & 6.* nec satis est confiteri generalissimè, v. g. peccaui nimis contra legem Dei, nec est satis confiteri in genere peccatum, sed sunt exprimendæ species, quæ differũt in genere moris, secus si tantũ in genere naturæ, vt diuinationẽ in genere in aëre, &c. sicut nec furtũ auri, argenti, &c.

22 Non tamen aperiendæ sunt distinctè species reconditæ, seu latentes, quæ vix doctis sunt notæ *Caiet. q. 3. opusc. de Confess. Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. concl. 6. Vict. q. 176.*

23 Numerus peccatorum est etiam necessariò exprimendus *Syl. Confessio 1. q. 11. Sot. in 4. concl. 1.*

24 Quando non potest certus sciri numerus potest addi plus, vel minus cauendo extrema.

25 Nec sufficit dicere peccaui peccato luxuriæ, sed deueniendum est
26 ad eius species, quæ sunt simplex fornicatio, stuprum, adulteriũ, incestus, raptus, sacrilegium, peccatum contra naturã, de quibus *D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 1. Nau. c. 16. n. 3. Sum. in ver. luxuria, & in Alphabetico eodem verb.* vltimum est omnium grauissimũ vt *D. Th. probat. art. 11.*

27 & tribus modis peccatur nempe mollitie, sodomia & bestialitate, & habet plures species prima est mollities procurata adminiculo proprio, vel alterius. Secunda concubitus cum muliere modo indebito, vel extra vas debitum. Tertia est actus sodomiticus in eodem sexu, tam in masculo cum masculo, quã in femina cum femina; hinc quan-

28 do in casibus reseruatis inuenitur reseruatus actus sodomiticus, intelligitur de concubitu masculorum, si inuenitur reseruatum vitium
29 contra naturam intelligitur de omnibus tribus speciebus prædictis *Sum. Cor. Conf.* & sic procedendum est de singulis peccatis mortalibus discurrendo per eius species de quibus dicetur *in 2. p. c. 1.*

30 Luxuria habet suas filias, quæ sunt octo videlicet cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & desperatio futuri sæculi, de quibus *Scrut. Sacer. tract. 3. p. 1. fol. 80.*

31 Sub dicta luxuria includitur desiderium vxoris alienæ, oscula, tactus, amplexus impudici, ornatus, fucus vani, & quæ ordinantur ad rem veneream, puta literæ amatoriæ, delectatio amorosa, & similia, de quibus omnibus *D. Thom.* hæ ergo species omnes sunt distinguendæ, nec sufficit in genere dicere peccatum.

32 Huiusmodi personis luxuriosis est deneganda absolutio in multis casibus, præcipuè quando sumus in concubinarijs, tam masculis, quã
33 fęminis, qui ad tria debent obligari, antequam detur absolutio. Primo, vt omnino separentur. Secundo, vt proponant, & promittant nũquam accessuros. Tertio, vt remoueatur omnis occasio recidiuandi.

34 Sunt etiam prædictis personis remedia aliqua danda pro auersione à peccato luxuriæ, & talia possunt esse, exageratio fęditatis, enormitatis, & grauitatis luxuriæ, iniunctio pœnitentiarum exageratiorum, seu mortificatiuarum, & optimè est solutio alicuius quantitatis pecuniæ toties quoties incidat in tale peccatum carnis (si pœnitens habeat possibilitatem,) frequentatio Sacramentorum Confessionis, & Communionis, fuga malarum cõuersationum, euitatio otii, abominatio solitudinis, amor occupationum, lectio librorum spiritualium, auscultatio verbi Dei, visitatio hospitalium incurabilium.

35 Et si quis confessus est decies peierasse, & postea recordatur pluries se comisisse hoc peccatum, si excessus est notabilis, tenetur confiteri, alias non, ex *Sot. loco cit.*

36 Quando per consuetudinem vel tempus peccandi potest fieri coniectura numeri satis est exprimere tempus, idest quandiu perseuerauit in illo peccato *Caie. q. 3. de Conf.* Sed *Sot.* tutius putat huiusmodi personas debere confiteri verisimilem numerum cum suis circũstantijs, vt quoties in hebdomada, vel mense, cum quibus personis perpetrauerit delictum, quia non omnes, qui sunt in statu peccati sunt pares in peccando.

37 Vbi nota *ex Nau. in c. consideret in princ. de pœnit. & remiss. n. 46. & in Man. c. 6. n. 16.* quod numerus peccatorum multiplicatur quoties peccatum iteratur, secundum actum, etiamsi voluntas eadem peccandi semper duret, vt latro, qui habet voluntatem semper furãdi secundum actum internum committit vnum peccatum, sed quoties

actu furatur toties peccat secundum actum externum.

38 Omnes actus interni, & externi, qui solum sunt via ad vnum peccatum etiamsi illi actus fuerint interrupti, faciunt tantum vnum peccatum, vt preparare arma, equos, & similia vt eat ad occidendũ inimicũ, quamuis interrumpat actũ voluntatis, verbis, somno, &c. tamen vnus reputatur actus in genere moris, etiamsi in genere naturæ sint plures actus *Nau. c. 6. n. 16. & d. c. consideret n. 48. Caie. to. 1. opus. 17. q. 3.*

39 Et propterea satis est in Cõfessione exprimere principale peccatũ, nempe homicidiũ *Sot. d. 18. q. 2. ar. 4.* sed si adiungantur actus, qui non necessariò comitantur dictum actum peccandi, vt via ad illud, sunt distinctè exprimendi in Confessione, quia sunt distincta peccata v. g. si quis dum furatur blasphemat *Nau. c. 6. num. 18.*

40 Quod si actus voluntatis sunt interrupti per actum contrariũ pœnitentiæ sunt distinctè confitendi, quia sunt distincta peccata, actus enim priores non possunt coniungi cum posterioribus; quia fuerunt interrupti per actum contrarium v. g. qui habet animum occidendi inimicum postea dolet, & proponit non occidere, sed iterum ex inde deliberat occidere, non est vnus actus, sed duo, & sic de alijs.

Si vero interrumperentur per actum non contrarium, sed diuersum, vt somno, verbis, &c. Sic esset vnus actus tantum *D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 4. Nauar. c. consideret in princ. num. 48.*

41 An autem continuatio eiusdem peccati sit circumstantia aggrauans *Caiet. tom. 1. opusc. tract. 21. resp. 15.*

42 Ex dictis infertur quãdo aliquis vno impetu fertur in plures actus, quorum vnus est via, vel consequens ad alium reputatur vnum peccatum, v. g. si quis percuteret clericum pluries vno impetu, vna reputatur percussio *Nauar. c. 6. num. 17.*

43 Si tamen aliquis proferat pluries iniurias distinctas cõtrariò sunt plura peccata, vt si appellet furem, falsarium, hæreticũ, sunt tria peccata specie distincta, quia in genere moris differunt specie, sic qui maledicit omnibus Apostolis erit vnum peccatum, quia pro vna persona sumuntur, sed si blasphemat D. Petrum, & alios Apostolos, erunt duo peccata *Nauar. cit. num. 18.*

44 Qui nocte integra dormit cum muliere, & decies peccat cum ea, tenetur explicare numerum, & non sat est dicere dormisse nocte integra cum muliere *Nauar. ibidem num. 17.*

45 Qui se polluit, & cõcupiscit virginẽ, viduam, nuptã, cognatã, & monialẽ cõmittit, quinque peccata distincta specie cũ mollitie *Nau. n. 18*

46 Qui puellam persequens multos actus externos facit interpolatos, & interruptos pluries peccat.

47 Circunstantiæ peccatorũ sunt etiam necessariò aperiendæ in Confessione, est autem circunstantia accidens actus humani.

48 Sunt septem quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

49 Quarum aliæ sunt impertinentes, aliæ pertinentes, & hæ aliæ sunt minuentes, aliæ aggrauantes peccatum, aliæ mutantes speciem, aliæ non mutantes speciem.

50 Impertinentes non sunt confitendæ.

Minuentes quando mutant speciem facientes de mortali veniale, sunt etiã cõfitẽdæ, vt in furto leui, vel cõmisso in extrema necessitate.

51 Minuentes, quæ relinquunt peccata in sua specie nõ sunt cõfitendę *Nau.c.6.n.5.* addo tamen quod cum multũ minuunt, & timetur scandalum Confessario, vel prauum iudicium est vtile illas aperire *Iux. Bonauen.d.17.q.vlt.* quando vero non minuunt notabiliter non sunt dicendæ iux. *Palud.d.16.q.3.art.3.*

52 Aggrauantes, quæ speciem mutant, de fide sunt confitendæ *Trid. sess.14.c.5.* ex *c.consideret de pœnit.d.5.* illæ autem [redacted] mutant speciẽ, quæ faciunt de veniali mortale, quæ dicuntur aggrauari in infinitũ, vel quæ addunt actui nouam deordinationem, seu deformitatem.

53 Aggrauantes notabiliter intra eamdem speciem, puto necessariò esse confitendas *Aldisiod.de conf.c.3. Alens.4.p.q.67.memb.3.a.2.Gab. d.17.q.1.Mars.q.12.ar.1.Maior.d.12.ar.4.Sot.d.18.q.2.ar.4.concl.7 Can.relect. de pœnit.Adr.in 4.q.de confess.Vict. q.176.Enr. lib.1. de Sacram.c.7.§.6.* quia furari mille aureos laico est grauius peccatũ, quàm furari duos ab Ecclesia. Item per multos dies persistere in proposito occidendi aliquem, & postea occidere est grauius, quam ex ira statim occidere. Item incestus cum matre, filia, &c. non differt specie ex *D. Thom.2. 2.q. 184.ar.9.* & tamen nemo tacebit tuta conscientia eam circumstantiam in Cõfessione, imò *Nauar.* putat hanc circumstantiam mutare speciem *c.7.n.4.& c.16.n.3.* Contra hanc sententiã est *D.Bonau. Syl. confess. 1. q. 9.& alij ex Conc.Trid.* quod dicit esse aperiendas circumstantias, quæ mutant speciem, ergo &c. quæ sentẽtia non procedit quando circumstantia illa facit peccatũ reseruatũ, vel habet annexam excomunicationem, vel quam Confessor interrogat nec potest sine speciali damno sileri *Nauar.c.6.num.9.*

54 Quando autem quis obliui scitur circumstantiæ necessarię non est necesse simul cum illa peccatum iterum confiteri, sed satis est dicere circumstantiam *Nauar.c.6.nu.20.& in c.consideret num.204.*

55 Plura de circũstãtijs in Alphabetico verb.peccatũ vers.circũstãtia.

56 Licet peccata sint nota Confessario, adhuc sunt cum circunstãtijs confitenda, quia nõ scit vt Iudex, & Christi Vicarius in forma iudicij *Syl.confessio 2.q.3.Nau.c.consideret.n.61.Can.in relect.de pœnit.*

57 In Confessionibus generalibus an liceat omittere aliquod peccatum? Dicendum quod si præcedentes nõ fuerint validæ tenetur confiteri omnia quando dicit se velle iterare præcipua quædam, causa deuotionis non tenetur alia dicere. qui tenetur ex statuto, tenetur omnia iterum confiteri *Enr. lib. 5. cap. 16. §. 6.* Qui omittendo

putaret

putaret se peccare, peccaret quidem mortaliter ex conscientia erronea.

58 Sed difficultas est qui dicit se velle confiteri generaliter, & tamen aliqua tacet spontè, an peccet mortaliter? & aliqui affirmant *Vict. quæst.* 166. *Ledes. quæst.* 8. *art.* 2. *dub.* 15. Alij secus sentiunt *Enriq. lib.* 5. *cap.* 12. *in gloss. littera D, & cap.* 16. *§.* 6. *Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5. circa principium non esset inquit dimidiatio diuersis confiteri ea, à quibus est rite absolutus, licet posset esse genus hypocresis *Nauarr. cap.* 21. *num.* 40. vbi dicit licere grauia peccata confiteri vni, & leuia alteri Confessori ordinario, dummodo non sit mala intentio.

59 Item si quis vult Confessiones particulares iterare mortalium, vel venialium, de quibus legitimè est confessus, licet non omnia confiteatur, non dimidiat: Imò licet in tali casu intendat generalem omnium Confessionem facere, potest hodie partem confiteri, & ab illis absolui, & cras aliam partem, & tunc absolui, & sic per hebdomadam: Ita *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5.

60 An liceat in aliquo casu dimidiare Confessionem? Respondetur ob impedimentum naturale morale, & legale. Primum quando morbo correptus in articulo mortis, quis non potest loqui. Secundũ quando sine periculo sui, vel alterius, vel scandalo, vel sine reuelatione complicis, vel peccati alterius non potest confiteri peccatum. Tertium Quando habet casus reseruatos Superiori, de quibus omnibus in Alphabetico, verbo Confessio, & de hoc vltimo dicetur etiã in 2. *p. c.* 19.

61 Confessio in quinque casibus semel facta est iteranda, nempe defectu contritionis, Cõfessionis, satisfactionis, pœnitentis, & Confessarij *Sot. in* 4. *q.* 3. *ar.* 3. *Nauar. c. Fratres de pœnit. d.* 5. *& in Man. in c.* 9.

62 Altera conditio cõtenda est, vt sit lachrymabilis, idest cũ dolore.

63 An autem de singulis peccatis sit necesse habere singulas contritiones, vel sufficiat vna de omnibus in generali? Est distinguendum an in ordine ad Confessionem, vel extra Confessionem. In Confessione Sacramentali, licet non sit necesse quod cuilibet peccato mortali singillatim correspõdeat sua propria detestatio, ita scilicet quod quot fuerunt peccata mortalia, tot oporteat esse detestationes, est tamen necessariũ, quod displiceãt pœnitenti peccata à se patrata nõ tãtum in generali quæcumque commisit contra Deum, sed etiam in speciali, putà decem furta, mille blasphemias, centũ adulteria, & hoc quo ad peccata, quorum memoria subest, itavt ad omnia, & singula contritio feratur: Ratio est quia Confessio Sacramentalis fit humano Iudici, qui non potest iudicare nisi de cognitis, sed ea quæ dicuntur in generali sunt incognita: ergo in speciali debent explicari: ergo & similiter contritio in speciali debet ferri ad omnia, & singula peccata actualiter, extra vero Confessionem Sacramentalem sat esse, quod fe-

tur ad omnia in generali: Videatur *Caiet.3.p.q.87. art. 1. Pet.Sot. lect.13.de pœnit.in fine,Vict.q.116.Nau.c.1. num.25.*

64 An dolor debeat esse maximus an quilibet sufficiat, Dicendum, quod in parte sensitiua non requiritur maximus, licet aliquid dolor sensitiuus requiratur in parte rationali, idest in voluntate,dolor de peccato commisso debet esse summus appretiatiuè, seu comperatiuè ad alios dolores non autem in se *Bonauent.in 4.dist.16.q.1. Pet.Sot. lect.14.Enriq.lib.4.de Sacramentis cap.27.*

65 Nec debet homo dolere magis de vno, quam de alio peccato, sed satis est ad obtinendam illius remissionem dolere de omnibus actualiter in genere,*D.Thom.in add.q.3.art.3. ad 2.*

66 Tertia & vltima conditio est parere parata, idest quod pænitens sit paratus ad satisfactionem debitam arbitrio Confessarij, quoad hoc plura in tractatu de Indulgentijs dum actum est de satisfactione.

De Contritione.

67 Si in Iubileo non præcipitur Cõfessio, sed tantum contritio in tali casu eam habere debet,est autẽ Contritio, vt est actus virtutis pœnitentiæ dolor perfectus voluntariè assumptus, propter Deum pro peccatis, Contritio autem vt est pars Sacramenti pœnitentiæ habens relationem ad alias partes, est dolor perfectus volũtariè assumptus propter Deum cum proposito confitendi & satisfaciendi *D.Thom.in add. q.1.art.1.Sot.dist.17.q.2.art.1.* vel est detestatio peccati quatenus est offensa Dei cum proposito emendandi vitam confitendi & satisfaciendi cum spe veniæ diuinitus obtinendæ *Trid.sess.14.c.4.de Sacram.pœ-*
68 *nit.* non autem requiritur dolor sensus,sed detestatio peccati,quę est in voluntate, nec qualiscumque dolor est contritio, sed dolor de pec-
69 cato,quia est offensa Dei.*can.charitas de pœnit.d.2.D.Tho.q.85.ar.3.* & ad veram cõtritionem requiritur cessatio à peccato.& propositum mutandi vitam,quæ necessario coniuncta sunt cũ detestatione *D.Tho. q.88.ar.3.Adrian.Quolibet.5.art.3.Caiet.q.1.de contrit.*

70 Pro impetranda huiusmodi contritione plura dantur remedia.Primum vt homo non opponat obicem gratiæ Dei præuenienti reluctando inspirationes. Secũdum,est priuatio rei caræ.Tertium,flagella circa bona famę,& honoris.Quartum,infirmitates,quæ vt plurimũ mittuntur,vt homo resipiscat.Quintum,est imaginatio mortis imminentis. Sextum, repręsentatio Iudicij vniuersalis. Septimum, repręsentatio pœnarum Inferni. Octauum, auscultatio verbi Dei. Nonum, exempla flagellorum in persona aliena.

71 Modus autem acquirendæ huiusmodi contritionis facile colligi potest ex *Trid.sess.14.c.5.* nempe per examen conscientiæ per collectionem

ctionem numeri peccatorum, per detestationem iuxta Psalmum *recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ*, per ponderationem grauitatis, multitudinis, et fœditatis peccatorum per magrã fiduciam & spem, quæ haberi debet in Dei misericordia per propositum cauendi in futurum confitendi, & satisfaciendi.

72 Quadruplex propositum requiritur in pœnitente ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum; Primum est non peccandi de cætero. Secũdum seruandi omnia præcepta Dei, & abstinendi à peccatis. Tertium confitendi integrè peccata cum circumstantiis. Quartum satisfaciendi de offensis, honore & fama sublatis proximo.

73 Et ex his orientur tres actus detestatio seu displicentia peccati mortalis, intentio vtendi medio ordinato ad destructionem peccati, & exequutio operis, idest intentionis, seù destructionis peccati, sine quo non valet contritio.

74 Contritio debet esse, de propriis peccatis mortalibus, actualibus, prę teritis *Conc. Flor. & Trid. sess. 14. can. 1. Sot. d. 14. q. 1. art. 3. Caiet. verb. contritio*, non autem de venialibus pro quorum remissione sufficit dolor virtualis *D. Tho. 3. p. q. 87. art. 1.*

75 Est enim differentia inter remissionem peccatorũ venialiũ, & mortalium, quo ad remissionem venialium sufficit dolor seu displicentia virtualis, puta cum quis ita fertur secundum affectum in Deũ, & res diuinas, vt quidquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret displiceret ei, & doleret se commisisse, etiamsi actu de illo non cogitaret. Quod non sufficit ad remissionem peccatorum mortalium, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem Inquisitionem. In peccatis vero mortalibus Contritio in speciali debet ferri ad omnia, & singula peccata, non quod singulis peccatis mortalibus singula, & propria detestatio correspondeat, sed quia detestatio cum quis confitetur, puta decem furta, fertur ad omnia, & singula actualiter, Videatur *D. Thom. 3. p. q. 87. ar. 1. ad finem.*

76 Inter attritionem, & contritionem ea est differentia, quia Prima est perfecta. Secunda imperfecta. Prima mouet hominem ad pœnitentiã, respectu Dei, quem habet pro obiecto. Secunda respectu pœnarum inferni. Item respectu causæ, nam contritio oritur ex timore filiali, attritio vero timore seruili. Item ratione modi, quia contritio dicitur quando peccator dolet dolore intrinseco de peccato commisso super omni detestabile, attritio vero, non super omne detestabili.

77 Quando ex attrito quis fit contritus virtute Sacramenti ipsa attritio non fit contritio *Nauar. cap. 1. num. 38.*

78 Ad Sacramentum Pœnitentiæ fructuose suscipiendum non sufficit attritio cognita secũdum *Nau. in Man. c. 1. n. 11.* Probabilior tamen mihi videtur sententia affirmatiua, & magis consonans *Sac. Concil.*

Trident. sess. 14. cap. 4. vbi dum de Attritione loqueretur, asseruit quod ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandā disponit, cum ergo absolutè Concilium dicat, quod Attritio in Sacramento Pœnitentiæ ad gratiam impetrandam disponat, non est apponenda ista limitatio, quod sufficit attritio, dummodo existimetur Contritio. Nam si id esset necessarium, Concilium id declarasset, ne in re tanti momenti ad salutem parum securos nos relinqueret: *Ita Lopez* & *optime p p. sui Instr. c. 11. §. Vltimo stabilitur hæc nostra, &c.*

79 Nec dolor propter solam pœnam, sine amore saltem virtuali, vel odio peccati sufficit ad absolutionem Sacramentalem *Nauar. cap. 1. num 44.* Plura de contritione *in Alphabetico verb. contritio.*

80 Sed quomodo se geret cōfessor in danda absolutione dum ex discursu Confessionis pœnitentis nullum peccatum nec mortale, nec veniale colligere potuit? Respondeo poterit prudens Confessor procuraré, vt pœnitens in fine Cōfessionis dicat hæc vel similia verba videlicet.

Dico meam culpam de omnibus cogitationibus prauis, de temporis amissione, de verbis otiosis, & omnibus defectibus, quos commisi contra diuinam Maiestatem in toto tempore vitæ meæ, quorum non recordor, quæue non cognosco, ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce seruo tuo; & sic prolatis prędictis verbis, vel similibus poterit prosequi secundam partem Confessionis generalis dicendo. Ideo precor &c.

81 Quando Sacerdos non recordatur dedisse absolutionem, nec pœnitens eam recepisse, in tali casu potest repeti aliquod peccatum, & dare absolutionem, vel absoluere sub conditione, puta si es absolutus non te absoluo, &c. si non es absolutus ego te absoluo, &c.

82 Dices, an qui non habet conscientiā peccati mortalis teneatur cōfiteri pro Iubileo consequendo? *Nau. not. 18. n. 17. & not. 30. n. 6.* cum variis ibi notatis dicit non teneri, sed oppositū videtur probabilius, quia absolutè iniungitur vt reliqua opera, *Suar. d. 53. sect. 3. num. 13.*

83 An autem requiratur Confessio generalis peccatorum ritè Confessorum dicitur non requiri ex *Nau. not. 18. nu. 16. & 17.*

84 Quod autem opera pro consequutione Iubilei necessario facienda sint in gratia, aliqui negant, alij affirmāt, alii quod homo sit in gratia tempore operis principaliter instituti, vel tempore vltimi operis, & demum alij communiter conueniunt, quod quando est idem tempus acquisitionis Indulgentiæ, & operis iniuncti, tunc requiritur, quod opus fiat in statu gratiæ vt *Cord quæst. 24. de Indulg. prop. 1. Nauar. not. 19. nu. 20.* & quoad visitationem Ecclesiarum an debeat fieri in gratia, licet probabile sit ante omnem visitationem necessariam esse Confessionem, & ad tollendum scrupulum, vt saltem adsit contritio cum proposito confitendi ante vltimā visitationem, & tutius ac magis

gis pium sit confiteri antequam inchoetur visitatio, nihilominus postrema Ecclesiarum visitatio semper facienda est in gratia, vt est opinio nonnullorum Doctorum citatorum *à Binz. lib. 5. cap. 15. dub. 4.*

85 Quando autem peccatum veniale impediat fructum Indulgentiæ exponit *Nauar. not. 32. num. 44. vers. deuotè & not. 19. num. 6.* vbi ait, quod si in opere conficiendo venialiter peccatur non acquiritur Indulgentia ex *Adria. de Indulgentijs colum. 12. vers. 4. conc.* quod intelligit *Nauar.* quãdo ex se illud faceret, secus si alij mãdato illius, sufficit enim quod id principalis bene mandet vide *Binz. lib. 5. cap. 15. dub. 8.* vbi si præcedat peccatum veniale visitationem Ecclesiarum non impedit, asseritque arctam esse opinionem *Nauarri* cum deuotè intelligatur, idest vt ille actus visitationis fiat cum omni deuotione possibili, & omni humilitate, vnde si visitans habeat peccatum mortale, & visitet, non per hoc non consequitur Iubileum, addit etiã dummodo in visitando, non concurrat vana gloria, vel visitet recreationis causa, & quando cum peccato veniali consequitur Iubileum, non consequitur remissionẽ illius peccati venialis cuius habet complacentiam, & delectationem, & si cum tali peccato veniali moreretur iret ad purgatorium per aliquod temporis spatium, &
86 est opinio non contemnenda, remedium ergo erit vt licet quis peccet venialiter in visitando Ecclesiam, habeat tamen aliqualem displicentiam, vel in ipso ingressu Ecclesiæ, vel in ipso actu orandi, & ita consequetur Indulgentiam illorum peccatorum venialium, quæ fuerunt contracta in via; licet enim peccatum veniale remittatur per aquam benedictam, & cętera sacramentalia, remittitur tamen mediante displicentia illius peccati, alias consequens Iubileum cum peccato veniali assimilatur vulneri, quod non solum inducit culpam, quæ facit Animam frigescentem, sed etiam debet persoluere pœnã iuxta quantitatem, & qualitatem peccati venialis vide plura circa hanc quæstionem *p. 2. cap. 15.* dum agitur de ijs, qui possunt Indulgentias consequi,

87 Remedium quod dari potest illis, qui completa visitatione Ecclesiarum peccant mortaliter, & ad patriam volunt redire, est vt iterum visitent Ecclesias, & denuo suscipiãt Iubileum, si adhuc durat, remissionem verò peccatorum anteriorum acquisitam per dictum Iubileum nõ propterea amiserunt ob peccatum mortale subsequutum post
88 visitationes factas, quia pœna eorum per illum semel sublata & extincta non potest reuiuiscere, semel enim extrinctum amplius reuiuiscere non potest *cap. fin. de pœnit. dist. 4. arg. l. qui res §. Aream ff. de solut. vid. Nauar. not. 34. numero. 7. Binz. lib. 2. cap. 15. dub. 26.*

Quid

89 Quid dicendum si peregrinus visitauerit omnes Ecclesias, & cætera seruauerit, quæ bulla mandat, peccata confessus fuerit, & Communionẽ sumpserit, dum peruenit ad patriã animaduertat per se, vel per Confessorem Confessionem suam factam Romę fuisse nullam, & inualidam ob aliquos defectus essentiales, & circumstantias, sed bona fide in lucrando Iubileo confessus sit peccata sua?

Dico quod sufficit, vt intra annum Iubilei confiteatur integrè, & absoluatur, quia consequitur Indulgentias, & Iubileus suum sortie-
90 tur effectum, licet enim quando conceditur priuilegium vt quis possit consequi remissionem pœnę non intelligitur nisi semel tantum *l. bo-*
91 *nes ff. de verb. signif.* tamen hæc regula fallit quando concessio prima vice fuit inutilis, & inualida, quia tunc habetur pro infecta *Nauar. not. 32. num. 39. vers. 4. quod si.*

92 Hinc infertur quod si quis dixit Missam in Altari priuilegiato, & aliquid defuit pro liberatione Animę à Purgatorio, potest iterum celebrare pro illius liberatione, quia regula est, quod vel omnino lucratur, vel nihil lucratur *l. hæc conditio ff. de cond. & demonst.* ratio est. *quia* primus actus fuit inualidus.

93 An completo Iubileo possit quis absolui ab excõmuni cationibus, & reseruatis oblitis. Resp. posse absolui à proprio cõfessario, qui videlicet potest illum absoluere à peccatis mortalibus ex *Nauar. c. 26. num. 13. & in cap. consideret §. cautus num. 30. de pœnit. dist. 5. Adrianus 4. quæst. 4. de Confess. Gab. in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. dub. 2. in fine, Syl. confessio primo q. 19. in fin. Caiet. vers. casus Suar. diip. 31. sect. 4. num. 12. & 23. tom. 4. Tol.* tamen *lib. 6. cap. 26.* intelligit, dummodo confessio non fuerit inualida scienter, tunc enim neque peccata confessa, neque oblita desinerent esse reseruata, nisi confessus esset Superiori, qui extra Sacramentum potest tollere reseruationem, & ita exponi potest Caiet. vers. casus, & docet *Suar. disp. 31. sec. 4. num. 9. &* 24. cum ergo peregrinus Roma reuersus in patriam recordatur huiusmodi peccatorum, & casuum reseruatorum nõ sit in scrupulo, cum censeatur absolutus ab omnibus, illa enim absolutio, non solum se extendit ad peccata confessa, sed etiam ad oblita, & quando rursus confitetur possunt illa peccata reseruata, & excommunicationes etiam confiteri, & absolui, nec dubitet confessor quod remaneat illa reseruatio casuum, seu censurarum, sufficit enim vt absoluatur à peccato, quia tantum remanet obligatio confitendi cuicumq. Sacerdoti qui bene hunc absoluere potest *Couar. in cap. Alma materp. p. §. 11. num. 12.*

94 An idem dicendum sit de votis oblitis, puta quis est confessus, & contritus, & lucratus est Iubileum Romę, dum peruenit ad patriam recordatur non commutasse aliqua vota, quę habebat, quæritur, an

militer

militet eadem ratio, quæ in prędictis reseruationibus & censuris, vt scilicet possint similiter vota oblita commutari à Cõfessore in dicta eius patria, virtute Iubilei? Resp. per multos annos dubia mihi fuit huiusmodi quęstionis resolutio ob variam Doctorũ opinionem *Enriq.* namq. tenet talem confessorem posse commutare virtute prioris Iubilei, & quod eadem sit ratio in votis, quę in casibus reseruatis, & censuris, ita *tract. de Sacram. seu de Indulg. lib. 7. cap. 11. n. 4.*

Emanuel tamẽ Eruita de Indulgẽtijs contrariũ tenet, quia in absolutione comprehenduntur peccata, & censuræ non autẽ vota, quæ non sunt huiusmodi & ideo inquit, non militat eadem ratio, sed diuersa.

Recentiores huic vltimę opinioni adhęrent, prout, & ego adhęreo, quidquid dicat *Enr.* vota enim singula commutantur, non absoluuntur generali absolutione vt peccata, intellige nisi expresse commutasset oblita, vt solet aliquando fieri cum scrupulosis, vel cum leuiter mouentibus. Aliter *Enr.* cit.

95 Idem intellige, si quis velit commutare oblita vota in secunda hebdomada Iubilei, & cum eodem confessore.

96 An vigore Iubilei possit Confessarius deputatus commutare iuramentum de adeundo Hierosolymam, vel limina Apostolorum resp. non posse, quia à diuersis non fit illatio *Nauar. cons. 3. de iure. iuran. & in man. c. 27. num. 275.* datur enim potestas commutandi vota, non iuramentum *Syl. Iuramentum 5. q. 3. & 6. Tabi. iurare quæst. 20.* intellige de Iuramentis, quæ concernunt Dei cultum, & religionem nam quę fiunt homini solum possunt ab eodem remitti, cui facta sunt *Syl. Iuramentum 5. q. 3. & 6. Tab.* cit.

97 An relicto Confessario electo vigore Iubilei, possit quis eligere alium, & absolui à reseruatis Respon. affirmatiue si ad huc durat tempus primę, vel secundæ hebdomadæ *Enr. lib. 2. cap. 10. numero 8.* sed si vtraque elapsa hebdomada non durat nisi tempus quod à priori fuit legitimè prorogatum, secus dicendum esset.

98 Qui cæpit facere Iubileum cum intentione illũ exequendi, & confitetur infra tempus statutum, & absoluitur à censuris, & reseruatis à Confessario approbato electo, & etiam aliqua ex iniunctis cæpit facere, & postea mutata intentione non implet reliqua opera, adhuc dicitur vere absolutus, nã absolutio nõ datur sub conditione, & ideo Confessio fuit valida dummodo aliunde non vitietur, Indulgentiam tamen non cõsequitur *Nauar in miscell. de oratione num. 129. & 130. alias 93. & cons. 19. de pœnit. & remiss. Suar. disp. 31. sec. 4. num. 23. tom. 4. & Nauar. dicto. cons.* respondet ad obiecta, præcipue, quod propterea datur occasio delinquendi, & fraudandi fructum Iubilei sub pretextu, quod aliud non quæratur, nisi absolutio à reseruatis, quia loquimur, quando iste est recte contritus, & cum

pro-

proposito firmo acquirendi Iubileum, & exequendi opera, iniuncta licet postea mutet intentionem, quando autem fraus concurreret, non esset vtique absolutus nec à reseruatis, nec à non reseruatis, quia Confessio non esset integra, quia taceretur ista fraus,

SVMMARIVM.

DE COMMVNIONE.
Cap. XV.

1 SI in Iubileo præcipiatur Cōmunio est aduertendū quod hoc sacramētū Eucharistię tripliciter sumi potest, primo sacramentaliter tantum vt peccatores, qui sacramentum actu accipiunt non tamen gratiā sacramenti *c. quid est, de consec. dist. 2.*

2 Secundo spiritualiter tantum, vt cum accipitur in voto & desiderio, & per actum interiorem fidei viuæ, & deuotionis sentitur eius effectus *c. quid paras, de consec. dist. 2.*

3 Tertio Sacramentaliter & spiritualiter simul, cum quis recte dispositus actu accipit sacramentum, & eius effectum *d. cap. quid est de consec. dist. 2. Trid. sess. 13. cap. 8. can. panem, & can. qui discordat can. quia passus de consec. dist. 2. D. Thom. quæst. 80. art 1. sot dist. 12. quæst. 1. art. 1. syl. Eucharistia 3. q. 1.*

Hoc vltimo modo cōmunio est recipiēda pro adimplendo Iubileo.

5 Immunditia corporalis, vel nocturna pollutio an impediat sumptionem Eucharistiæ? Respon. quoad primū cum *D. Tho. in 4. dist. 9. art. 4. q. 3. Alens. 4. p. quæst. 47. memb. 2. syl. Eucharistia 3. q. 9. Gab. in can. lect. 10.* quod cum cibus iste non sit corporis, sed mentis magis in eius sumptione consideranda est immunditia mentis quam corporis, quare si immunditia corporis sit perpetua seu diuturna non est abstinendum vt accidit in leprosis, & patientibus fluxus seminis, vel sanguinis, dummodo possint sine periculo, & irreuerentia communicari *Guido c. 9 de Eucharistia*; si immunditia corporalis sit temporalis; & facile purgabilis, qui est mente bene dispositus non prohibetur sumere, quamuis possit ad tempus laudabiliter abstinere propter irreuerentiam *cap. ad eius de consecrat. dist. 5.*

6 Quando pollutio est peccatum mortale si est volita, & procurata, qui ante Confessionem sumit peccat mortaliter.

7 Post Confessionem nulla pollutio impedit eodem die communicare sub peccato mortali *Palud. dist. 9. quæst. 3. art. 1. Nauar. cap. 21. num. 51.* contra *Couar. clem. 1. de homicid p. 3. num. 6.*

8 Qui confitetur causam pollutionis antequam sequatur non tenetur iterum confiteri pollutionem sequutam ante Communionem ex *Nauar. loc. cit.* licet *Sot. art. 7.* dicat esse tutius confiteri.

9 Si pollutio sit mortalis est peccatum veniale post Confessionem

intra

infra eundem diem Eucharistiam sumere propter irriuerentiam ob mentem multum distractam D. *Thom. opusc.* 64.*cap*.17.*&* 18.*Vict. quæst.* 81. nisi quis communicaret iusta de causa *Gab. in can. Miss. lect.* 10.vel magna deuotione pœnitentis, vel si nō sentit distractionē.

10 Quando pollutio non prouenit ex peccato, puta quia prouenit ex superfluitate naturæ &c. nullum est peccatum sumere eodem die *Palud. dist. quæst.* 3. *art.* 1. *conclus.* 3. *D. Thom. q.* 80.*art.* 7. 1

11 Si prouenit ex peccato veniali, puta ex copula cogitationibus negligenter expulsis &c. est consilium Sanctorum eo die abstinere, qui tamen sumeret deuote non peccaret. *Ledes. dub.* 3 *p*. 4.*q*. 21. *art*.7.

12 Dices cur somnium homicidij, vel alterius peccati non ita impedit, Respon. quia non inducit corporalem immunditiam nec tantam distractionem. *D. Thom. quæst.* 80. *art.* 7. *ad quintum, Ang. Eucharistia* . 4. §. 33. 2

13 Post legitimum concubitum factum causa procreandæ prolis non est peccatum nec veniale eod. die sumere Eucharistiam *D. Thom.* 3. *p. q.* 8. *art.* 7. *ad secundum, sot. dist.* 19. *q*. 1. *art.* 7.

14 Si fiat causa delectationis esset veniale tantum *Caiet. vers. Communio sacramentalis Syl. Eucharistia* 3. *q*. 11. *cap. vir cum propria* 33. *quæst.* 4. à quo peccato excusat si deuote accedit nec sentitur distractio.

15 An post Communionē liceat eodem die petere debitum ? Respon. reddere semper licet, petere vero ex *syl. Eucharistia* 3. *q*. 11. *Palud. q.* 3. *art.* 2. *concl.* 3. *Ang. Eucharistia* 3. est veniale, tamen si bona fide neque est veniale, & *cap. omnis homo de consec. dist.* 2. est de consilio non de præcepto & sufficit abstinere per 24. horas. 3

16 Sumpturus Eucharistiam debet esse ieiunus *c. liquido de consecratione dist.* 1. intellige de ieiunio naturæ. *Nauar. cap.* 21. *num.* 53. intellige à media nocte præcedente.

17 Qui neque dormiuit post sumptum cibum, neque digessit, quamuis ante mediam noctem commederit adhuc censetur ieiunus *D. Thom.* 3. *p. quæst.* 80. *art.* 8. *ad* 4. *cap. ex parte de celebra. Miss. Nauar. cap.* 21. *num.* 53.

18 Hinc confutatur gloss. *in d. c. ex parte & c. si constiterit. de accut.* quę loquitur de punitione Præsbiteri non ratione digestionis, sed quia pernoctauerat in taberna & cibum sumpserat post mediam noctem. *Syl. Eucharistia* 3. *quæst.* 7.

19 In suscipiente Eucharistiam plures requiruntur cōditiones; primo vt sit instructus in fide, & fide Catholica & credat firmiter se recipere vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem Christi. Secūdo quod accedat facta discussione & examine suæ cōscientię. Tertio vt habeat actualem deuotionem. Quarto vt habeat reuerentiam

tanto

tanto Sacramento interiorem, & exteriorem; Interior reuerentia, vt sit sine peccato præcipuè, vltimo vt sit ieiunus nisi causa infirmitatis excusetur.

20 An aliquandiu post Communionem sit abstinendum à cibo? Respõdetur nullum de hac re esse præceptum *Angel. Euch. 4. §. 42. & c. tribus de consecrat. dist. 2.* est de consilio, non de præcepto. Plura de Eucharistia in Alphabetico verb. Eucharistia.

SVMMARIVM.

Accessus ad Vrbem requiritur pro consequendo Iubileo. 1.
Accessus ad Vrbem, qua intentione fieri debet tempore Iubilei. 2.
Fides Catholica tempore Iubilei non modicum exaltatur. 3.
Apostoli exultant tempore Iubilei, suas Basilicas frequentare cernentes. 4.
Diabolus confunditur, & Angelorum exercitus tempore Iubilei gaudet. 5.
Fructus sanctarum peregrinationum quis sit. 6.
B. Brigita à Christo admonita laborem peregrinationis suscepit. 7.
Romanæ plateæ dicuntur auro intextæ, & SS. Martyrum sanguine rubricatæ. 8.
Peregrinus quanam debeat meditari Romam petens tempore Iubilei. 9.
Meditanda sunt tempore Iubilei ea, quæ & Beatæ Virginis peregrinationem concernunt. 10.
Christus peregrinatus fuit, & quando. 11.
Hospitalitas in peregrinos exercenda tempore Iubilei. 12.
Peregrini quomodolibet Romam accedant tempore Iubilei, fructum Indulgentiarum consequuntur. 13.
Qui sani sunt, si curru, vel equo Romam accedant tempore Iubilei an fructum Iubilei consequantur aliqui dubitarunt. 14.
Peregrini quæ facere debeant tempore Iubilei antequam è patria discedant, & quæ in itinere. 15.
Indulgentia tempore Iubilei æque conceditur Romanis Ciuibus, & alijs peregrinis, ex longo itinere Romam petentibus. 16.

De

De accessu ad Vrbem. Cap. XVI.



1 ECVNDVM opus est accessus ad Vrbem, & peregrinatio, nisi ibi quis fuerit, qui quidē accessus erit, non vt illius admiranda monumenta videat, vel vetustatis exempla conspiciat Thermas, Circulos, Amphiteatra, altissimas columnas, celsos Obiliscos, superbas Piramides, Arcem Capitolinam, molemq.
2 Adrianam cernat, sed vt Beatorum Apostolorum Basilicas visitet deuotè, eorumq. corpora humillimè veneretur, & cæteras Sanctas adoret reliquias, & veterem illam à Patribus commendatam Romæ Vrbis pietatem in Marty rum frequentatissimis memorijs visitandis inspiciat; huiusmodi namque peregrinatio ad honorem Dei, & exaltationem Fidei ordinatur, nam per hoc, quod ex tali peregrinatione Sancti Apostoli honorantur, Deus in ipsis se reputat honorari. Ipsi enim pro Christi honore conseruando, & dilatando se ipsos exposuerunt supplicijs in vita pariter, & in morte, ipse autem Dominus se honorantes honorare decreuit; vnde 1. *Reg.* 2. *quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me erunt igno-*
3 *biles*. Ex hac peregrinatione Fides Catholica non modicum exaltatur, eo quod ex omnibus Christianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, Basilicam scilicet S. Petri, ex hac peregrinatione verificantur verba Christi Petro dicta videlicet. *Ego rogabo pro te, vt non deficiat fides tua, tu aliquando conuersus confirma Fratres tuos*, vndiq. enim cateruatim ruunt fideles populi ad illius Basilicam, fidem Catholicam profitentes, vnde fit, quod eius fides, secundum Christi promissionem non deficit, sed magis proficit manifestissimis incrementis, olim enim esse poterat, quod Bernardus dicit, *an non limina Apostolorum magis ambitio, quam deuotio terit?* sed nunc
4 è contrario potest dici, quod deuotio non ambitio limina Apostolorum terit, & eorum Basilicas frequentat, seu frequentare facit, ex quo multum Beatissimi Apostoli exultant cernentes suas Basilicas à Populo Christiano cum intenso feruore fidei populosius, & frequentius quàm solerent, & vrgente populi deuotione accedentium, ordine non seruato, impetuosius frequentari, non fuit à diebus antiquis
5 tanta deuotio, nec tantus fidei feruor in populo Christiano, ex quo gaudent non solum ipsi Apostoli, sed totus etiam celestis exercitus, &

con-

confunditur diabolus *gloss. in Extrauagan. comm. Antiquorum vers.*
6 *confitebuntur §. peregrin. de pœnit. & remiss.* De fructu autem huius, & aliarum sanctarum peregrinationum à multis Sanctis, & Regibus ac Principibus susceptarum, vide quæ fusè describit *Benz. lib. 6. c. 1.* vbi confutat opiniones nonnullorum asserentium inanes esse peregrinationes, *& c. 2.* eiusdem libri probat vetustissimum esse in Ecclesia
7 Dei peregrinationum institutum, notatq. verba Christi, quibus admonita B. Brigita ab ipso Christo anno 1350. laborem peregrinationis suscepit, dum illi Christus sic est alloquutus. *Proficiscere Romam,*
8 *illic enim plateæ sunt auro intextæ, & sanctorum sanguine rubricatæ, ibi propter condonationes, siue indulgentias, quas promeruere sancti, compendio venitur ad cælum, manebis autem illic, donec videas Sanctissimum Pontificem, & Imperatorem;* Et post annos multos præcepit illi Christus, vt iret Hyerosolimam, vbi mira audiuit à Domino, &c. *Suri. in vita eiusdem sanctæ die 25. Iulij* plura ad hanc peregrinationis materiam facientia videri poterunt apud eumdem *Benz. d. lib. 6. c. 1. ad decimum, quod est vltimum.*

Vt autem hæc sancta peregrinatio cum fructu spirituali, & pietate
9 fiat, meditari debet peregrinus in peregrinationum exercitatione esse statum, quoad Dominum in hoc mundo peregrinamur, atque in hac mortali conuersatione ita versari, vt tanquam aduenæ ad patriā cælestem suspiremus ex *Dauid Psal. 118. cantabiles mihi erant iustificationes in loco peregrinationis meæ,* Peregrini enim sumus, & hospites super terram ad *Heb. 11.* Et vt onus itineris peregrinationis
10 spirituali dulcedine subleuetur, aliqua puncta ex vita Christi, & B. Virginis meditanda sunt, maximè ea, quæ peregrinationis effigiem
11 præleferunt iux. *Psalm. 68. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ,* cœpit namque peregrinari non solum cum primum natus est, sed etiam antequam illum pareret Beata Virgo, dum Elisabeth in montana visitauit, & post natiuitatem dum ductus fuit in Bethlehem, & Hierusalem, & in templo præsentatus, deinde à Nazareth in Aegyptum cum Sancto Iosepho, è Nazareth ad templum, postmodum Hyerosolimam ascendit, nonnullas postea circuiuit Ciuitates prædicando, & populum docendo, dum ex Iudæa in Galileam proficiscitur, pertransijt per Samariam, & tempore passionis ad diuersos Principes, & tribunalia ignominiosè ductus, & demum à morte ad vitam, & in vita iunxit se discipulis post resurrectionem, & ab hac vita ad æternam patriam euolauit, atque ascendit.
12 Quod autem bona sit, & sancta hospitalitas in peregrinos, & illis humanitatis officium sit impendendum docet *Leuit. 23. Tob. 3. Ioann. 13. ad Roman. 12. ad Hebr. 13. 1. Pet. 4. Matth. 25. August. contra hæreses, & lib. 2. quæst. Euangel. Chrisostom. Homil. 44.*

Gen & super Matth. Hom. 11. Greg. super 1. Reg. & in Regis. Gen. 28.

13 Nota quod siue peregrini pedestres, siue equestres, siue bigis accedant ad Vrbem, siue Ecclesias visitent, semper lucrantur Iubileum, omnibus enim æqualiter prodest, licet pedestres maius meritum acquirant, & valeat plus gradus vnius meriti, quam quinquaginta

14 Indulgentiæ, licet *Io. And. dub.* 13. dicat quod qui sanitate gaudet, si curru, vel equo accedat, fructum Iubilei non acquirat, quæ doctrina reijcitur, & prima amplectitur communiter, intellige tamen, dummodo cætera necessaria ad Iubileum requisita adimpleantur.

15 Quæ autem facere debent peregrini antequam è patria discedant, quæue in itinere seruare debeant, vide *infra*, *& in meo Formulario vers. Iubileus*.

Illud non est prætereundum, quod *Gloss. notat in Extrauag. Antiquorum vers. confitebuntur §. quia ergo, de pœnit. & remiss.* quod Indulgentia tanta conceditur in anno Sancto Romanis, qui visitãdo Basilicas parum laborant, quanta eis, qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, & Hispaniarum finibus veniunt, cũ magnis laboribus, & expẽsis, cũ in his Indulgentijs conferendis nõ quantitas, sed genus operis attendatur, licet maius meritum habeant, qui magis laborant vide *D. Thom. in add. ad 3. par. quæst. 25. par. 2. ad 4.* Indulgentiæ enim non proportionantur labori operarij, sed meritis Christi, & Sãctorum, quæ dispensantur *Ioan. Monac. in d. gloss.* addit aliam rationem, de qua *Benz. lib. 5. c. 15. dub. 1.*

Quæ autem sint seruanda ab ijs, qui Romam veniunt pro consequendo Iubileo, quid Episcopus seruabit cum Clericis, & Laicis, quasvè litteras dimissoriales, & commendatitias concedere debeat infra & in Formulario verbo Iubileus.

S V M M A R I V M.

Visitatio Ecclesiarum est tertium opus adimplendum, pro consequutione Iubilei. 1.

Quæ Ecclesiæ visitandæ sint tempore Iubilei, & à quibus Romanis Pontificibus fuerunt præscriptæ. 2.

Quatuor tantum, & non septem Ecclesiæ visitandæ sunt tempore Iubilei, qui vero septem visitauerit opus perfectius exercebit. 3.

Septem Vrbis Ecclesiæ repræsentant septem loca, in quæ versatus est Christus tempore suæ passionis. 4. 47.

Quatuor Ecclesiæ Vrbis debent saltem semel in die visitari tempore Iubilei. 5.

Dummodo in eodem die visitentur quatuor Vrbis Ecclesiæ tempore Iubilei, etiamsi per interruptas horas, fructus Indulgentiæ obtinetur. 6.

Visita-

DE

De Visitatione Ecclesiarum. Cap. XVII.

1 VISITATIO Ecclesiarum est tertium opus adimplendum pro consequutione Iubilei, Ec-
2 clesiæ autem visitādæ tempore Bonifacij VIII. fuerunt Basilicæ Apostolorum Petri, & Pauli tantum; tempore Clem. VI. addita fuit Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, eo quia in ea baptizatus fuerat Constantinus Imperator à B. Syluestro Papa; tempore vero Greg. IX. vsque ad Clementem Octauū prædictis tribus adiūcta est Ecclesia S. Mariæ Maioris, vt patet ex eius Bulla, & sic istæ quatuor Ecclesiæ vsque ad dictum Clementem visitari debuerunt, prout etiam idem statuit Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla sequentis anni Iubilei.

3 Cæterum si ad maius meritum consequendū, quis iuxta antiquissimam consuetudinem, omnes septem Ecclesias visitare voluerit, adiungēdo Ecclesiam S.Sebastiani, S.Crucis in Hierusalem, & S.Laurentij extra muros, maioris quidem perfectionis opus exercebit, etsi ad Iubileam Indulgentiam consequendam omnes septem Ecclesias visitare necesse non sit.

4 Repræsentant autem hæ septem Ecclesiæ septem loca, in quibus Saluator noster tempore suæ acerbissimæ passionis versatus est, nempe cœnaculum, vbi instituit Sanctissimum Eucharistię Sacramentum, Hortum vbi sudauit sanguinem, Domum Annæ, & Caiphæ, vbi alapam recepit; Domum Herodis, vbi fuit delusus; Prætorium, & Domum Pilati, vbi fuit flagellatus, & ad sententiam condemnatus; & Caluarium montem, vbi tandem fuit crucifixus.

5 Item quatuor Ecclesiæ debent saltem semel in die visitari, non autem vno die vnam, altero die alias, in bulla enim dicitur in die non diebus, & aduerbium semel adiunctum verbo diei significat, vt vno & eodem die fiat *arg. tex. in l. in delictis §. etsi extraneus ff. ad legem aquileam, vide Nauar. not. 32 num. 41. Enr. lib. 7. c. 14. §. 5. D. Tho. in quarto dist. 20. q. 3. art. 4. Nauar. in Miscell. de orat. num. 128. & cons. 9. de Priuil.*

Visitatio est facienda per se ipsum non per alium, earumdem Ecclesiarum, & non aliarum.

6 Benè tamen ista visitatio fieri potest per partes interruptas, alias siquidem Ecclesias visitando ante prandium, alias post prandium,

alias diluculo, alias alijs horis, vel ſub noctem, dummodo omnes ſub vno die viſitentur, *Nauar.de horis canon.cap.10.num.40. & de Indulgentijs not.32.nu.41.* & an iſti dies debeant eſſe continui? *gloß. & tex.in Extrauag. Antiquorum verſ.continui de pœnit.& remiß.& gloß.ibidem verſ.ſaltem ſemel.*

7 Inſuper dictarum Eccleſiarum viſitatio, ſaltem ſemel in die faciēda, debet per triginta dies cōtinuos, aut interpolatos, ſi Romani, aut Incolæ Vrbis fuerint, ſeu per quindecim dies ſi fuerint peregrini, aut alij exteri deuote fieri, & ita ſonat Bulla Sanctiſſimi Vrbani VIII.

8 Talis viſitatio Eccleſiarum ad effectum lucrandi Iubileùm etiā nocturno tempore fieri poteſt, & talis eſt fidelium conſuetudo, & durante anno ſancto id efficitur, & partes integrales eiuſdem anni ſancti ſunt, tam nocturnum, quam diurnum tempus. *Enr.lib.7. cap.14.nu.5.* quid autem dicendum ſit de Indulgentijs pro certo die feſto conceſſis infra *p.2. de Indulg.* dicetur.

9 Eſt talis numerus impoſitus, quia ex frequenti, & repetita dictarū Eccleſiarum viſitatione Sancti maiori cumulantur honore, gloria accidentalis accreſcit, imitatio eorum in animis fidelium augeſcit, & ad denotandum arduum opus maximè pœnale, & laborioſum, & conſequenter mirificè ſatisfactorium.

10 Aſſignatur autem minor numerus Exteris, quam Incolis ob laborem ſuſceptum in itinere, imò ſolent Romani Pontifices aliquādo ad tres, & paucos dies reducere, habita conſideratione ad labores, ſudores, incommoda, pericula, impenſas, & alias graues moleſtias in itinere paſſas, & ne peregrini diutius in Vrbe commorantes grauioribus onerentur impenſis, ſic feciſſe legitur Nicolaum V. anno 1450. refert *Io. And.in tract.de Iubileo.*

11 Romani non ſunt intelligendi, qui ſola origine propria, vel paterna Romani ſunt *iux. tex. in l. Ciuem facit C. de Incolis lib.10. l.aſſumptio ff.ad munic.* Nam *ex Nau.not.32.n.42.* qui natus eſt in Vrbe vel oriundus ab ea, ſi habitat in Hiſpanijs, vel Gallijs, vel in Italia extra Vrbem, veniens ad acquirendum Iubileum ſatisfacit viſitando per quindecim dies, ſicut alij peregrini, quia licet alias domicilium originis præferatur domicilio habitationis *iux.notata in l.cum quædam puella ff.de Iuriſdict.omn. iudic.* quoad hoc tamen præualere videtur domicilium habitationis, & ratio, quæ habetur de peregrinis, puta ratione itineris &c. habet etiam locum in illis ac in penitus extraneo, & eodem Iure ſunt cenſendi *l.illud ff.ad legem aquil, c.dudum 2.de elect.* & ſic intelligitur qui perpetuo, vel per longum tempus habitationem, & domicilium in Vrbe habuerunt, ſiue originarij, ſiue aduenæ ſint, ſiue habeant animum perpetuò in Vrbe commorandi, ſiuè non, illud autem longum tempus, vel annus, vel ad minus medietas

eius intelligi debet *arg.tex.in l.absens §. perinde ff. de re iudic.* Hinc
12 *Io Monac.* ex mente Sixti Papæ dixit, quod Curiales omnes in Curia manentes, Cardinales, & Episcopi, qui ad tempus incertum manent in Vrbe, animo ab ea discedendi, tenentur ad visitandum per triginta dies, quia hi verè non peregrinantur, quę doctrina Nauarro non placet cum in diplomate de Romano expressè habeatur, & propriè Romani sunt, qui ex Vrbe originem trahunt *l. Ciuem C.de Incolis lib. 10. l. assumptio ff. ad municip.* & domicilium suæ originis non potest quis per mille annos mutare *Boer.decis.13. num.3. Inno.c.1.de Cler. non resid.*

13 Incolæ intelliguntur studentes, negociatores, &c. *gloss.d.Extrauag. Antiquorum & Vnigenitus, & ex Nauar. d.not.32.n.43.* intelligendi sunt, non solum qui sunt incolæ, sed qui sunt habitatores eius ad aliquod tempus certum habitantes, vel adeo magnum certum, vt merito debeant haberi pro habitatoribus eius, qui non sunt verè Incolæ, nec contrahunt domicilium, ratione cuius, Incolæ ordinari possunt à Vicario Vrbis *iux. cap. cum nullus de tempor. ordin. lib. 6.* Is enim est verè Incola, & contrahit domicilium ex *Algiat. in l. pupillus §. incola ff. de verbor. significat.* qui cum sit aduena in aliquam ciuitatem ea mente habitandum venit, vt ibi perpetuo sit, summamq. rerum suarum habeat *l. 1. & 3. vbi Ioan. de Platea C. de Incolis lib. 10.* & sic nec Romani habitantes in Vrbe dicuntur Incolæ, qui non sunt aduenæ, nec Curiales, & alij quamplurimi, qui sine animo perpetuo in ea manendi, eam ad aliquod tempus incertum, vel certum magnum habitant.

14 Peregrinus dicitur ille, qui vadit Romam ad hoc opus, videlicet lucrandi Iubileum *arg. tex. in cap. conquerente de Cler. peregr. & c. tua nos, cum seq. eod.* sub dicto verbo veniunt etiam forenses, de quibus *Extrauag. Bonif. & Clem. 6.* Exteri vero, qui non eunt ob istam caussam, sed sunt ibi, vel eunt pro alijs negoijs, etiam consequentur, licet *Nauar. d.n.32. nu.44.* largo modo talem peregrinũ appellet ex *c.1. c. inter quatuor, & tot. tit. de Cleric. Pereg.*

15 Si forenses, idest, qui veniunt de foris, non venerunt causa peregrinationis, attamen videntes huiusmodi Indulgentiam, illam consequũtur, vere illam lucrantur secundũ *gloss. in Extrauag. comm. antiquorũ vers. Forenses de pœnit. & remiss.*

16 An qui alias debet visitare Ecclesias, vel ex voto, vel ex alia obligatione possit per huiusmodi visitationem satisfacere obligationi, & Iubileo? Respondet *Sylu. Indulgent. num. 18. quæst. 6. vers. 3. & Ang. eod. num. 16.* negatiuè, licet *Cord. quæst. 18 de Ind. prop. 3. Greg. de Valent. lib. de Indulg. c. 7. & alij*, quod possit vtrique satisfacere obligationi. Sed prima opinio verior mihi videtur, quia opera impo-

ſita à Summo Pontif. pro conſequutione Iubilei debent eſſe voluntatis, & non neceſſitatis.
17 Si quis incœpit Eccleſias viſitare in gratia, ſi poſtea peccauerit mortaliter, non tenetur denuo incipere viſitationes, poteſt enim confiteri, quia quacunque hora ingemuerit peccator amplius peccato-
18 rum ſuorum non recordabor, & vtile per inutile vitiari non debet *de regul. iur. lib. 6. cap. vtile*, non eſt enim neceſſe tempore Iubilei, vel viſitationis Eccleſiarum nullum peccatum mortale committere,
19 quamuis laudabilius eſſet ab illis abſtinere, & ſi quis ſemper eſt in peccato mortali, & in vltima die viſitauerit Eccleſias, ſed antequam viſitauerit vltimam Eccleſiam, vltima die cõfitetur peccata ſua bene lucratur Indulgentiam, attenditur enim vltimus terminus conſequendi Iubileum, vt ſit in gratia, & conſiſtit in illa vltima viſitatione, ſed de hoc infra fuſius, vide interim *gloſſ. in Extrauag. comm. antiquorum, verſ. confitebuntur, §. item quæritur de pœnit. & remiſſ.*
20 Viſitatio Eccleſiarum non poteſt fieri antecipate, puta viſitãdo ſex Eccleſias ad effectum ſatisfaciendi pro ſequenti die, ſicut non poteſt quis dicere vno die totum id, quod in tribus tenetur, quia ſi quis tenetur dicere ſeptem Pſalmos in ſeptem ſeptimanis, non ſatisfacit ſi dicat in vna, *Rod. in ſumm. de Iub. c. 184.* vbi allegat *Nauarr. de Iubileo not. 32. nu. 41. & in Miſcell. de orat.*
21 Quid dicendum de illis, qui lucrandi cauſa Iubileum Romã petunt, vel aliquas ex conditionibus adimplere incipiũt, ſed infirmitate, vel morte præuenti, iter, vel conditiones perficere minime poſſunt, lucrantur ne Iubileum?

Dubiam & ſubtilem ait eſſe quæſtionem *Paul. lib. 3. c. 5. §. igitur*, cũ Doctores plurimi partem affirmatiuã teneant, ea potiſſimũ ratione, quod à lege fingi ſolet inceptum pro completo haberi, ſi vlterius perfici, & adimpleri neque res, neque tempus patiatur, plurimi vero partem negatiuam amplectũtur ex *Iu. Conſ. in l. 1. ff. de cond. & demonſt. & l. Mauius, l. quoties ff. de verb. oblig. vbi Bart. Paul. de Caſtro, & cæteri Doctores* aſſerentes, quod ſi conditio, quem expoſtulat, finem non ſit ſortita, non perfecta, ſed incœpta tantum dici debet, & hanc affirmat ipſe *Paul.* eſſe veriorem opinionem.
22 Hinc Romanus Pontifex in bulla, quam de Iubileo cõdidit ad tollendam omnem ambiguitatem, & perplexitatem apertis verbis declarat huiuſmodi perſonas lucrari Iubileum per infraſcripta verba, videlicet, *quoniam euenire poteſt, vt ex ijs, qui hac de cauſa iter aggreſſi fuerint, vel ad Vrbem ſe contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipſa vrbe morbo, vel alia legitima cauſa impediti, aut morte præuenti præfinito dierum numero non completo, ac nequidem fortaſſe incboato præmiſſa exequi, ac Eccleſias, & Baſilicas huiuſmodi abire nequeant.*

Nos

Nos piè prompteq. illorum voluntati, quantum in Domino possumus benigne fauere cupientes, eosdem vere pœnitentes. & confessos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si Ecclesias, & Basilicas prædictas, diebus à nobis præscriptis, re ipsa visitassent, & sic votum pro facto in hoc casu reputatur, & acceptatur à summo Pontifice *c. magna, de pænit. dist.* 1. *Nauar. not.* 19. *numero* 4.

23 Sed an Romani comprehendantur ita vt si morte præuenti impediti fuerint, quin visitationes perficere valuerint, consequuti etiam videantur Iubileum? Respon. negatiuè, quia verba Bullę tantum de peregrinis loqui demonstrant.

24 Vt autem sciatur an Indulgentia Iubilea lucretur in medio, vel in fine visitationum Ecclesiarũ *Zerol. verb. annus §. ad octauum p.* 2. *& verb. Indulgentia p.* 1. *ver. ad* decimum, vbi affert, *Nauar. & Sot. in* 4. *dist.* 21. *quæst.* 2. *art.* 3. *col.* 4. dicit posse quem visitare Ecclesias, & finita visitatione confiteri, & communicare, & tunc lucratur, quod si in Vrbe non fecerit, sed tantum Ecclesias visitauit & postea reuertitur ad patriam, in toto illo anno habet tempus pro adimplendo Confessionem, & Communionem, in tantum, quod si vltimo die anni hoc faciat, tunc lucrabitur Indulgentiã, quę doctrina, licet sit vera vt *Zerul. d. verb Indulg. vers. ad decimum*, & *Sot. cit.* tamen

25 videtur satis larga, & quamuis in moralibus potius large, quã stricte procedatur, nihilominus hoc fallit, si annus sanctus cõcedatur pro secũdo anno extra vrbem per duos menses, quia illis duobus mensibus tãtum durantibus hoc potest exequi, nisi aliter à summo Pontifice statuatur.

26 Hęc omnia quoad visitationem Ecclesiarum tempore anni sancti; in reliquis Iubileis, qui infra annum indicuntur per summos Pontifices.

Solet etiam iniungi visitatio Ecclesiarum, quę est de forma Indulgentię *Graff. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 20. *&* 25. debet fieri cum intentione actuali lucrandi Indulgentiam, quia si principaliter fiat ob alias causas, v. g. causa aspiciendi mulieres, non lucraretur Indulgentiam

27 *Nauar. cap. si quando de consec. dist.* 1. *cap.* 6. *§.* 14. & debet fieri

28 in eisdem Ecclesijs, quę statuuntur. Qui illas pluries visitauerit in die, non propterea consequetur plures Indulgentias, quia pro vnica actione, & vnica die conputatur.

29 Hæc visitatio non potest anticipari, hoc est fieri hodie pro crastina die *Nauar. n.* 32. *num.* 41. *vers. semel. in fine*.

Potest fieri etiãianuis clausis nisi ex verbis Indulgentiæ aliud colligatur, *Tab. q.* 21. *Suar. dis.* 52. *sect.* 1. *num.* 5. *&* 7. *&* qui propter turbam non potest ingredi, visitando extra Ecclesiam etiam

lucra-

30 lucratur si fecerit cætera, quæ imponuntur, *Tab. loc. cit. verb. indiuidua, & num. 22. Suar. ibid. num. 7.* vbi ait pendere ex tenore concessionis.

32 Quando dicitur fieri huiusmodi visitationes per quindecim dies, intelliguntur de diebus tẽporalibus, & sic siue de die, siue de nocte, dũ-
33 modo nõ fiat pro certo diei festo, quia tunc intelligitur à primis vesperis vsque ad secundas vesperas inclusiue *Mand. in prax: signatu-*
34 *ræ tit. gratia* vbi quoad primas vesperas nocturnum tempus nunquam intelligitur.

35 Hinc aliàs diximus, quod quoniam Iubileum non est perenne, hoc est nisi concessum pro certo determinato tempore à Vesperis ad Vesperas, non potest nisi semel lucrari, secus est de indulgentia perenni, qualis est quadraginta dierum concessa visitãtibus Ecclesiam Beati Petri, hæc enim pluries lucrari potest, *D. Tho. in 4. dist. 20. q. 2. art. 2. licet Palud.* dicat quod nec perennis potest lucrari bis in die
36 ne ludibrio sit Indulgentia, quæ ratio non concludit in eo, qui statutis horis, vel alijs vadit ad talem Ecclesiam orandũ, vel audiendum verbum Dei deuotionis causa, non autem ob fraudem, & irrisionem *Nauar. not. 31. num. 36. & not. 32. not. 47. Tol. lib. 6. c. 28. Graff. lib. 4. cap. 15. num. 16.*

37 Prædicti quindecim dies intelliguntur etiam interpolati, quia fit connexio ex præteritis cum sequentibus, *gloss. Extrauag. antiquorum ver. continuis & vers. saltem de pænit. & remiss.*

38 Non est necessarium, sed rationabile orare ante altare maius, nisi exprimatur in forma Indulgentię.

39 Illi qui veniunt è longinquo ad visitandas Ecclesias an tantum lucrentur, quantum illi, qui visitant è vicino, dictum est affirmatiue quoad Indulgeutiam, secus quoad præmium essentiale, & accidentale.

40 Si autem moriantur in via an lucrentur Indulgentiam? pendet ex concessione. in Indulgentia Iubilea anni sancti, dictum est lucrari, quia specificatur in bulla.

41 Visitatio est deuote facienda, idest sine peccato mortali, & veniali quoad fieri potest, vnde *Cord. q. 21. Coro. 1.* dicit causam piam Indulgentię non esse solum visitationem corporalem sed deuota visitatio, quia hęc est ad Dei honorem, *ex Adri. in 4. de Indulgentijs,* & per deuotam visitationem & presentiam intelligitur etiam fidelis & protestatiua fidei, & obedientiæ Ecclesiæ actualiter seu virtualiter ex se, aut ex genere suo, aut ex circumstantia, seu relatione aliqua, nisi aliter statuatur

42 Et licet *Nauar.* dicat quod si visitetur cũ peccato veniali quod nõ lucretur indulgẽtia, nihilominus est opinio nimis arcta, & deuote intelli-

telligitur vt actus ille fiat cum omni deuotione possibili.

43 Indulgentię, quę conceduntur in visitandis stationibus Vrbis, licet tempore Apostolorum paucissimæ fuerint, fuerunt tamen ampliatæ à Diuo Greg. & hodie ad infinitum numerum redactæ; Gregorius namq. Magnus ann. 590. & 5. post Christum natũ ingruẽte per totam Italiam maxima & inexplicabili peste, quasdam Romæ elegit Ecclesias, vbi statis certisque diebus conueniente populo à Sacerdotibus Diuina celebrarentur, vt vero libentius ad ea populus conueniret Indulgẽtiam septem annorum instituit, & eas stationes appellauit, quod vsque ad hæc tempora seruatur *vide. D. Tho. in quarto dist. 20. quæst. 1. art. 3. quæstiuncula 2. & Breuiar. Cron. fol. 371. Suar. disp. 49. sect. 2. numero 12.*

44 Dicuntur stationes à stando, quia Xpiani conueniebant ad audiendum verbum Dei, & erant stantes, *vt in psalmo 121. stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hyerusalem*, vel ad similitudinem disciplinæ militaris, milites enim habent certas suas stationes in diuersis locis vbi faciunt excubias, seu vigilias & milites stationarij dicuntur.

Vel statio præsidium appellatur, & salutis propugnaculum, hinc pręsidium statiuum *Cic. X. Philipp. hæc mea vigilia hoc præsidium statiuum.* &c. statio dicitur locus ad custodiam designatus ex *Cesa lib. bell. ciu.* vnde stationarij milites, qui custodiam Ciuitatis in stationibus vigilant alias Præsidiarij dicti *l. liminarche, vbi Bal. in l. fin. ff. de ser. fugit. Couar. l. 4. c. 19. post. n. 4. l. p. §. penul. ff. de off. pref.*

Ad hanc similitudinem dictæ sunt stationes spirituales, quia cum Ecclesia multas persecutiones passa sit à tyrannis, summi Pontifices monebant vt fierent stationes orando, & audiendo verbum Dei in tali, vel tali Ecclesia, & ita Christiani latebant in illis ob metum tyrannorum.

Has stationes D. Greg. instituit cum Indulgentia septem annorum. D. *Tho. dist. 20. Turrecr. cap. mensuram de pœnit. dist. 1. Rod. quæst. 88. art. 1.*

45 Qui stationes piè visitauerint à Deo pręseruantur, & custodiuntur *Quintil. Mand. de Ind.*

46 De Indulgentijs, quæ acquiruntur a visitantibus stationes in qualibet anni parte, & mense *Rod. quæst. 88. art. 2. q. 9. art. 1. & 12. q. 91. ad art. 1. & 3.*

47 Quæ autem sint istę Ecclesiæ dictum est supra num. 3. & n. 4. quæ deputatæ sunt in memoriam septem locorum principalium, in quibus tempore suæ acerbissimæ passionis Christus passus est, & sic in memoriã istorum locorum Ecclesia determinauit septem stationes in dictis Ecclesijs, nec non septem horas Canonicas.

48 Et quoniam non sicubi possunt haberi istæ Ecclesiæ, ideo statuuntur

tur altaria, quæ qui visitauerit lucrabitur Indulgentias, quæ annotantur in Tabellis vide *Nauar. not. 9.*

Solet Ecclesia Sancti Petri, & aliæ tres Maiores appellari Basilica quod idem est ac Eccesia *cap. 1. de Relig. Domi. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* propriè autem significat domum Regiam, vel palatium principis, sed per translationem hodie dicitur Eclæsia, quasi *Palatium* summi Regis, *Gloss. Extrauag. Antiq. vers. Basilicam de pænit, & remiss. Nauar. not. 32. num. 2. vers. Basilicas.*

SVMMARIVM.

Oratio est quarta conditio pro consequendo Iubileo. 1.
Orandi forma an statuatur in displomate Iubilei. 2.
Oratio pro quibus debet fieri. 3.
Orationis applicatio pro quo est facienda sufficit vt semel fiat. 4.
Oratio pro quibus debet fieri dum in diplomatè non statuatur. 5.
Oratio quid sit 6. 11.
Oratio potest esse vocalis, & mentalis, nisi aliud statuatur in diplomate. 7.
Orans breui an ita lucretur, ac orans prolixe. 8.
Oratio vacalis quæ dicatur. 9.
Oratio mentalis quæ dicatur. 10.
Oratio vocalis & mentalis quomodo differant inter se. 13.
Orationis vis, & effectus. 12.
Oratio an debeat fieri intra vel extra Ecclesiam. 14.
Orationis partes quatuor & quæ. 15.
Oratio habet vim merendi, & impetrandi. 16.
Oratio est actus religionis, & quare. 17.
Incensum offerebatur loco orationis in antiqua lege. 18.
Orare non solum oportet Deum, sed etiam sanctos, & quare. 19.
In oratione quæ petenda. 20.
Oratio potest esse viua, mortua, & mortifera, & quomodo. 21.
Orationis effectus qui. 22.
Oratio quomodo facienda. 23.
Attentio requisita in oratione quæ. 24.
Vagans in oratione an, & quando peccet. 25.

De

DE ORATIONE AC PRECIBVS fundendis pro conſequendo Iubileum ſeu Iudulgentias. Cap. XVIII.



1 VARTA conditio quę ponitur adimplenda
in Bulla Iubilei eſt, vt pro fidelium ac totius
Chriſtiani populi ſalute, pię ad Deum preces
fundantur, quibus verbis certa non apparet
2 data forma orandi, nec numerus precum ſta-
3 tutus, nihilominus orandus eſt Deus pro ijs,
de quibus fit mentio in diplomate, & pro illis
oratio eſt applicanda, pro quibus bulla præci-
4 pit, quæ applicatio, ſufficit vt ſemel ſit in men-
te habita, & ſufficit pro alijs vicibus. Quod ſi mentio non fieret poſ-
5 ſet orari pro viſitantium, & totius populi Chriſtiani ſalute, pro Ro-
mano Pontifice, pro pace, tranquillitate, conuerſione Infidelium &c.
6 Iſta oratio, quæ nihil aliud eſt, quam pius mentis affectus in Deum
7 poteſt eſſe vocalis, & mentalis, *Nauar. not. 32. num.* 48. dummo-
do non ſit determinata in bulla, putà quia in ea ſtatuatur, vt quin-
quies dicatur Pater, & Aue, vel pſalmus aliquis, &c. Et in hoc caſu
8 quando non eſt determinata oratio, ita lucratur, qui orat breui, ac
qui orat prolixè, omnes enim parem conſequuntur Indulgentiam.
9 Vocalis oratio dicetur, quando voce quis in qualibet Eccleſia an-
te Altare maius aliquas preces, & orationes, vel toties ſalutatio-
nem Angelicam, & orationem Dominicam recitat, vel viſitauerit
ſeptem altaria priuilegiata, diſtribuendo in vnoquoque vnum ex
ſeptem pſalmis pœnitentialibus, & quum deuentum fuerit ad altare
maius ibi recitantur litanię cũ orationibus, item poteſt quis ſummiſ-
ſa voce, quocumque linguarum genere orare.
10 Mentalis verò dicetur quando ſolamente abſque verborum pro-
latione quis orat, de qua oratione habetur in *cap. cantantes 92. diſt.*
& eſt verſus.

Non vox. ſed votum, non muſica cordula, ſed cor.
Non clamans, ſed amans clamat in aure Dei.

Adde *Aug. Epiſt. 29.* vbi Deus non colitur niſi amando. *Nauar. not. 32. num. 48. Pauli. lib. 3. cap. 4.* vbi de oratione tractans inquit orationem nihil aliud eſſe, quam piæ noſtræ mentis affectum, &

incel-

11 intellectus humani assensum quemdam in Deum, in quamdam sępe vocem prorumpentem, quid iuste petentem, cuius orationis verba, si certi temporis, numeri, & loci ordine quodam, & mensura composita proferantur à rite disposito homine, ei ita à diuina bonitate vis quædam, atq. virtus immittitur, vt à Sanctissimis Viris plurimis sacramenti huiusce peritis, tam difficilia ac impossibilia fere naturæ vi, incredibiliaq. peracta sint, vt ex quadam potius arte diuina, quam humana, vsque adeo vt non mortales illi, aut terreni homines, at diuini potius à cælestibus oriundi à gentibus habiti, & appellati sint.

12 Hinc ad Abel ob orationem respexit Deus. Enoch ad Deum precibus innixus longam, & probatam egit vitam. Noè precatus Deum diuinam iracundiam temperauit, & hoc humanum genus ab interminatione prorsus seruauit Abraham suis Deo effusis precibus, & cælos aperiri, & Angelos immitti, regrediq. per scalas, seu intueri, di-
13 uinaq. cælestium frui consuetudine, & sibi futura prediter meruit, *Gen. cap. 16. 17. & 18.* Quid enim oratione mediante non obtinuit Moyses, Esdras, Elias, Eliseus, Dauid, Daniel, & alij sancti Viri? *Pauli. ibidem* Quomodo autem differat oratio vocalis, & mentalis *D. Tho. 2. 2. quæst. 82. art. 1. & quæst. 180. art. 3.*

14 Oratio sufficit quod sit facta intra vel extra Ecclesiam ad quam orans ingredi nô valet, *Cord. q. 22. Rod. c. 184. num. 6. Suar. dip. 52. sect. p. n. 4. 5.*

15 Orationis quatuor sunt partes, prima est oratio qua homo accedit ad Deum, secunda petitio; tertia obsecratio, idest persacra obtestatio; Quarta gratiarum actio *prima ad Timot. 2. D. Tho. q. 83. a. vltimo* vl-
16 tra consolationem quā menti affert habet etiam vim merendi, & impetrandi quatenus procedit à charitate, & religione comitante fide,
17 & humilitate, est enim actus Religionis, quia per eam homo offert se
18 & exhibet Deo reuerentiā quatenus orando se illi subijcit & côfitetur se illius auxilio egere, in cuius figuram incensum offerebatur in antiqua Lege, *gloss. in psalm. 140. D. Tho. q. 83. art. 3.*

19 Non solum oportet Deum orare, sed etiam, & sanctos vt eorum precibus orationes nostræ exaudiantur *Apocal. 8. Conc. Nicen. 2. Trid. sess. 25.*

20 Determinate quædam petenda sunt & quidem Beatitudo, & media ad illam consequendam necessaria absolute petenda, reliqua vero conditionate si expediunt saluti *D. Tho. art. 5. & 6. q. 82.*

21 Oratio potest esse viua, mortua, & mortifera, prima fit à Iusto, & est meritoria, satisfatoria, & etiam impetratoria.

Secunda est facta in peccato, & non est meritoria gratię nec gloriæ, impetrat tamen de côgruo vt Publicanus *Luc. 16*, latro in Cruce &c.

si

si quis autem petat nomine Ecclesiæ, vt eius minister, exaudietur quidem, sed non proprio nomine.

Tertia nihil horum habet cum sit peccatum, sed improprijssime dicitur impetrare *D. Tho. art. 16. Gab. in can. Missæ Luc.63. Nauar. de orat. c. 20. num. 26.*

22 Effectus orationis est mereri, impetrare, & mentem spiritualiter reficere.

23 Est attente facienda, quæ attentio in vocali potest haberi tripliciter, vel ad verba cum recitantur, vel ad sensum verborum, vel ad finem idest Deum.

24 Ad hæc potest quis attendere vel actu, vel virtute, idest ratione primæ attensionis non interrupte per actum contrariũ voluntarie.

Ad merendum, & impetrandum satis est attentio virtualis ad vnum prædictorum trium D. *Tho art. 13.*

Ad spiritualem autem refectionem requiritur attentio actualis, *Nauar. de oratione c. 13. n. 18. c. 20. n. 31. Caiet. verb. hora & verb. Oratio c. 3. Syl. eod. q. 11.* hęc tamen intellige de oratione vocali, *Sot. lib. 10.* de *Iust. & Iur. q. 5. art. 5.*

In oratione vocali de præcepto sufficeret vna ex dictis attentionibus *Nauar. de orat. c. 21. à n. 34. & in Manual. c. 25. num. 105.*

25 Qui in orotione de præcepto voluntariè vagatur in parte notabili completa vagatione etiam in actu solum interiori peccat mortaliter, & tenetur iterare, quia actus pręcipitur cum sua circunstantia necessaria, sine qua non potest esse *D. Tho. quæstio. 85. art.* 13. *& 23. & in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2. quæstiunc. 4. Caiet. verb. hora, Adrian. Quolib.* 8. Nauar. *c. 13. de oratione n. 18. Sot. & cæteri communiter.*

Spontanea vero est tantum veniale si desit contemptus & scandalum. *Nauar. n. 49. & c. 20. n. 26. Med. q. 13. de orat Gab. 62.*

Vagatio inuoluntaria non est peccatum cum perueniat ex fragilitate naturæ.

Potest esse voluntaria non solum directe, vt quando quis vult actu distrahi, sed ex negligentia crassa *D. Tho. in* 4. *cit.* sed etiam indirecte, quia scilicet inter orandum vacat actibus, qui ex sui natura requirunt attentionem, quæ repugnat attentioni orationis, si enim non tollat totam attentionem non est peccatum mortale, etiam si difficile fieri possit *Nauar de Orat. c. 13. n. 13. ex* leuitate tamen materiæ est peccatum veniale vel nullum,

Plura de oratione in Alphabetico verbo Oratio, & verbo hora.

SVMMARIVM.

Eleemoſyna pro opere iniungi ſolet in Iubileis extraordinarijs . 1.
Eleemoſyna quomodo eſt intelligenda quando iniungitur in Indulgentijs . 1.
Eleemoſyna ſpiritualis in quibus contineatur . 1.
Miſericordiæ opera quæ . 2.
Eleemoſynæ effectus qui . 3.
Eleemoſyna an remittat peccatum ſicut baptiſmus ſtante ſcriptura, quæ de tali remiſſione mentionem facit . 4.
Eleemoſyna facienda cauſa Indulgentiæ, an debeat eſſe trina ſicut ieiunium . 5.
Eleemoſynam ſtatutam in Indulgentia qui non poteſt adimplere an lucretur Indulgentiam . 6.
Eleemoſyna cui ſit facienda . 7.
Eleemoſyna an poſſit fieri per alium . 8.
Eleemoſyna ſi non fiat per quem mittitur, an lucretur Indulgentiã . 8.
Eleemoſyna de quibus ſit facienda . 9.
Eleemoſyna an poſſit fieri de turpiter acquiſitis . 10.
Eleemoſyna an poſſit fieri de iniuſtè acquiſitis . 11.
Religioſi qui eleemoſynam facere non poſſunt, an lucrentur Indulgentiam . 12.
Eleemoſynam qui non poſſunt facere an lucrentur Indulgentiã. 12. 13.
Eleemoſyna quo ordine ſit facienda. 13.
Eleemoſyna an ſit facienda illis, qui ex ea ſumunt occaſionem peccandi . 14.

De Eleemoſyna.
Cap. XIX.

1 RÆDICTA quatuor opera ſolent adiungi in Iubileo ordinario, in reliquis Iubileis extraordinarijs apponi ſolet eleemoſyna, & ieiuniũ. Quando in diplomate Indulgentiarũ iniungitur eleemoſyna, intellige non de ſpirituali, quæ cõtinetur in multis cõtentis in hoc verſu

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Sed de corporali quæ continetur in ſequenti verſu.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quæ

2 Quæ omnia opera ſpiritualia, & temporalia miſericordiam complectuntur, & ſub verbo conſule eſt docere, quæ quidem eleemoſyna temporalis dicitur opus, in quo datur aliquid indigenti ex compaſſione propter Deum, de qua *Theol. in 4. diſt. 15. & 16. D. Tho. 2.2. quæſt. 32. art. 1. & in 4. diſt. 15. q. 2. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 24. Caiet. tom. 2. opuſc. tract. 5. Med. C. de eleemoſyna, Abul. in Matth. cap. 61. quæſt. 19. Summiſtæ verb. eleemoſyna, & verb. Miſericordia, Nauar. cap. 24. Grat. in cap. tria ſunt diſt. 45. in cap. non ſacris 86. diſt. cap. ſane de pœnit. diſt. 3.* & cæteri, & ego multa cumulaui *in Alphabetico verbo eleemoſyna* ſcitu digna, hic tantum aliqua ad materiam pertinentia attingam.

3 Primo, eleemoſyna multos producit effectus, præcipuè remittit peccata habetur *Eccleſiaſt. 3. ignem ardentem extinguit aqua, eleemoſyna extinguit peccata. Daniel 4. peccata tua eleemoſynis redime. Tob. 4. Eleemoſyna ab omni peccato liberat, & non patitur animas ire ad tenebras exteriores. Luc. 11. quod ſupereſt date elemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Matth. 5. Beati miſericordes. Luc. 16. facite eleemoſynam &c. Matth. 25. Damnantur reprobi &c. Amb. potior eſt eleemoſyna, quam baptiſmus, hic enim ſemel, illa ſæpe remittit peccatum.*

4 Sed an remittat peccatum ſicut baptiſmus, & cætera Sacramenta *vide in Alphabetico.*

5 An eleemoſyna facienda cauſa Indulgentiæ debeat eſſe trina, ſicut ieiunium, & viſitatio Eccleſiarum? Reſpondetur quod vna ſufficit *arg. tex. in l. Boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* nã ſi Papa voluiſſet, expreſſiſſet ſicut fecit de ieiunio, & viſitatione Eccleſiarum *Theſ. caſ. conſc. cap. 15. num. 17. lib. 4.*

6 Si à paupere non poteſt adimpleri, nec conſequetur Indulgentiam, niſi aliud exprimatur in bulla, & ſufficit ſi faciat minimam etiam vnius oboli, dum non eſt determinata quantitas, & in iſto caſu bona voluntas non ſufficit, quia requiritur operis impletio.

7 Poteſt fieri cuicumque, dummodo non ſit in diplomate expreſſum, cui ſit facienda.

8 Poteſt fieri per ſe, vel per alium, quia qui per alium facit, &c. ſed ſi is per quem mittitur eleemoſyna eam non faciat, an cenſeatur ſatisfeciſſe nec ne aliàs dictum eſt.

9 Dices de quibus ſit facienda eleemoſyna, an de acquiſitis per ludum? Reſpondetur quod poſſunt, quando iuſtè retineri poſſunt *D. Thom. diſt. 15. q. 2. art. 4. in fin. Syl. verb. ludus §. 13.*

10 An de turpiter acquiſitis, vt de lucro meretricum, lenonum, &c. Reſpondetur quod ſic, dũmodo iniuſtè non fuerint extorta cũ fraude *c. nõ ſane 14. q. 5. Syl. eleemoſyna 9.* vide *in Alphabet. verb. dominium.*

11 De iniustè autem acquisitis nullo modo potest fieri eleemosyna, puta de furtis, de rebus alienis, vel alteri debitis, &c. iuxta illud *Isaiæ 61. num. 8. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto*. *D. Thom. art. 7.* sed quomodo hoc limitetur vide *in Alphabetico verbo eleemosyna*.

12 An Religiosi qui nihil possident, & non possunt facere eleemosynam, eam nō faciendo lucrentur Indulgentiā? Respondetur quod possunt dare de proprio victu, de eo subtrahendo cum licentia Superioris, & pro eis valebunt alia opera, quæ loco eleemosynæ facient, iuxta tenorem Bullæ, vide *Fel. de Indulg.*

13 Quid autem dicendum de seruo, filiofamilias, vxore, &c. vide *in Alphabetico*, vbi etiam quibus personis, quo ordine facienda sit, à quibus, & quibus casibus obliget præceptum eleemosynæ.

14 Dices an sit facienda eleemosyna ijs, qui ex illa sumunt occasionē peccandi? Respōdetur quod non *c. omnis 5. q. 5.* excipitur casus extremæ necessitatis *D. Thom. dist. 15. q. 2. art. 7. quæstiuncula 2. Syl. eleemosyna §. 3.* licitum est tamen dare eleemosynam non inquirendo an pauper sit bonus, vel malus; quia charitas postulat, vt non suspicemur malum de proximo, quando contrarium non apparet.

S V M M A R I V M.

Ieiunium iniungitur pro opere in consequutione Indulgentiarum. 1.
Ieiunium vnde dicatur. 2.
Ieiunium malum, necessitatis, seu paupertatis, morale, & corporale quid. 2.
Ieiunium quid. 3.
Ieiunium requirit abstinentiam à numero refectionum, à certo genere ciborum, & horam debitam refectionum. 4. 5.
Dies ieiunij quomodo computetur. 6.
Vnica commestio an sit de essentia ieiunij. 7.
Ieiunium an frangatur si aliquid sumatur per modum medicinæ, vel pro conseruanda voce, &c. 8.
Ieiunium an frangatur per potum aquæ, seu vini. 9.
Symbolum vespertinum an frangat ieiunium, & quale esse debeat. 10.
Collatio vespertina quantum, & quid esse debeat. 11.
Comedere aliquid post collationem an sit peccatum. 12.
Collationem an liceat in mane sumere, & vesperi cœnare. 13.
Comedens pluries in die ieiunij quot peccata committat. 14.
Ieiunij hora quæ sit. 15.

Horam

DE IEIVNIO.
Cap. XX.

1 
EIVNIVM eſt vltimum opus, quod ſolet imponi pro conſequutione Iubilei, præcipuè extraordinarij.

De quo agendum eſt quantum ſpectat ad præſentem materiam tantum, de reliquis in Alphabetico verbo Ieiunium, & aliqua etiam in ſecunda parte, prout & de eleemoſyna, & oratione.

2 Ieiunium (quod à ieiuno inteſtino, quod vt plurimum vacuum eſt, dicitur *Abb.rub.de obſer. ieiun.Ariſt.lib.1. de part.anim. c. penult.*) in præſenti materia non intelligitur de malo, quod dicitur auaritiæ, miſeriæ, & tenacitatis, nec neceſſitatis, aut paupertatis, nec de morali quando quis ſe abſtinet à repletione ciborum *c.non mediocriter,cap. ſint tibi primo, & ſecundo, de conſec. diſtinct.1. cap. nihil eod.* neque de improprio, quod eſt abſtinentia à vitijs *Iſai.58.*

3 Sed de corporali Eccleſiaſtico, quod eſt abſtinentia à cibo ſecundum regulam traditam ab Eccleſia, de quo *Theol.in 4.diſt.15. & 16. D.Thom.q.3. & 22. q. 147. Summiſtæ verb. ieiunium, Couarr. lib. 4. var.reſol.c.20.Nauar.c.21.à num.11.Med. C.de ieiunio.*

4 Quod tria requirit, nempe abſtinentiam à numero refectionum, ne ſcilicet pluries, quam ſemel in die comedatur. Secundo, abſtinentiam à certo genere ciborum. Tertio, horam debitam refectionum *Med.q.1.Gab.diſt.16.q.3. Caiet.in Summ.ieiunium c.1.* duo priora ſunt de ſubſtantia, vltimum tamquam conditio neceſſaria.

5 Secundum, ideſt abſtinentia à certo genere ciborum, tria complectitur, nempe abſtinentiam à carnibus *c.Quadrageſimæ de conſecrat. diſt.5.c.ſtatuimus diſt.4.c.de eſu de conſecrat. diſt.3. c.vtinã diſt.76.* & ab ouis *c.denique diſt. 4.* Secundum abſtinere à carnibus, & non ieiunare, vt in ſextis Ferijs, & Sabbatho *cap.quia dies de conſec.diſt.5. d.c.de eſu.* Tertium eſt abſtinere à carnibus, & ouis, & comedere ſemel in die & hora competenti.

6 Dies ieiunij computatur à media nocte ad mediam noctem *Med. in Inſt.Confeſſ.c.4.§.10.*

7 Vnica commeſtio eſt de eſſentia ieiunij *Palud.diſt.15. q.4. art.4. conc.3.Ricc.q.6.ar.2.D.Tho.2.2.q.147.ar.6.Nau.c.21.num.14.*

8 Sumere autem aliquid ſiue ante, ſiue poſt prandium propter neceſ-

ſitatem

ſitatem non autem in fraudem ieiunij, ſed per modum medicinæ, ſiue curatiue, vt pharmacum, ſiue conſeruatiue, vt parum cibi pro debilitatè capitis, ſiue præſeruatiue, vt ſumere aliquid ne potus noceat, vel pro conſeruanda voce, &c. non eſt frangere ieiunium. *Gab. d. 16. quæſt. 3.*

9 Nec potus aquæ, ſeu vini quacumque hora frangit ieiunium, cum licet ſi multum bibatur poſſet eſſe peccatum ratione intemperantiæ.

10 Veſpertinum ſymbolum ſi eſt moderatum, etiamſi ſumatur ad ſedandam famem, & nutriendum, neque frangit ieiunium, communi iã vſu receptum, vt parum panis etiã edatur, vel ſeorſum ſolum, vel vna cum fructibus, herbis, vel alijs cibis leuioribus, cuiuſmodi ſunt ficus, vua paſſa, nuces, pira, poma, vel alia ex ſaccharo, vel melle confecta, vel piſciculus paruulus, nam conſuetudini eſt in hac re ſtandum, quãuis olim fortaſſe ſoli fructus comedi cœperint, & cum fructus ſoli per ſe ſumpti multis nocerent, panis etiam cœptus eſt adhiberi. Quiſque ex his ſumat, quod ſibi eſt vtile: *Caiet. in Summa verb. Ieiunium*, tantùm ne modum, & morem ſolitum excedat.

Dixi parum panis, ideſt, vt non excedat pondus quatuor vnciarum, ſeu vt aliqui volunt ſex omnibus computatis.

11 Qui ſurgit à menſa animo amplius non comedendi, ſi poſtea reuertatur ad comedendum *ex Nauar.* frangit ieiunium, ſecus alij ſi non intercedat multum temporis.

12 Poſt collationem aliquid parum comedere ratione vrbanitatis nullum eſt peccatum, alias ad veniale tantum attingit.

13 Non eſt licitum mane ſumere collationem, & veſperi cænare, quia contra conſuetudinem vniuerſalem, quidquid alij dicant niſi concurrat cauſa legitima, & licentia Confeſſarij ex *Caietan. in Summ.*

14 Pluries comedens in die ieiunij vnum peccatum committit ſecundum communem, licet aliqui aliter ſentiant, intellige dummodo non comedat carnes, quia tunc toties quoties, ratio diuerſitatis quia primum pręceptum affirmatiuum, ſecundum vero negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper.

15 Hora eſt ſeruanda iuxta vſum Eccleſiæ, quæ varia fuit *de conſec. diſt. 1. cap. ſolent, D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 7. & in 4. diſt. 15. q. 3. art. 3. quæſtiunc.* 3. communiter tamen reducitur ad meridiem in circa, groſſo modo computando, non eſt de eſſentia, ſed conditio neceſſaria, vt dictum eſt, & qui reliqua obſeruaret, ieiunaret verè etiamſi notabiliter præueniret horã ſine cauſa *Gabr. in 4. diſt. 16. q. 3. dub. 1. in fin. Angel. Ieiunium §. 2. Barthol. Med. inſtruct. Confeſſ. cap. 14. §. 10. & alij recentiores*, qui notabiliter præueniret peccaret morta-

liter, quia licet non sit de essentia, est tamen conditio necessaria, licet aliqui dicant venialiter anticipare per horam, ex rationabili causa nullum est peccatum vide *Caietan. 2. 2. quæst. 147. art. 7. Antonin. par. 2. tit. 6. cap. 2. §. 10. gloss. in cap. vnum horarium vers. ieiunantibus dist. 25.* & anticipare per exiguum tempus sine causa propter leuitatem materiæ est veniale.

16 Et qui sine causa anticipat horam adhuc tenetur ieiunare, & seruare, quæ sunt de essentia ieiunii.

17 Qui aliquid ex obliuione sumpsit ante horam excusatur à peccato non à ieiunio secundum *Paluda. dist. 15. quæst. 4.*

18 Differri potest hora ad libitum, dummodo fiat sine superstitione *Anton. §. 4. Syl. §. 14. Caiet. ieiunium Nauarr. cap. 21. nu. 27.* & quanto magis differtur plus est meriti.

19 Dispensatus in hora ieiunij non liberatur à ieiunio, prout nec dispensatus à lacticinijs.

20 Concesso vsu lacticiniorum, an censeatur & sagiminis? varia est sententia, statur tamen consuetudini.

21 Concesso vsu ouorum, intelligitur & lacticiniorum, nisi expressè prohibeatur, idem è contra secundum veriorem.

22 An autem habens bullam Cruciatæ sufficiat, quod ieiunet, comedendo oua, & lacticinia, iuxta tenorem Bullæ pro lucranda Indulgentia, in qua præcipitur ieiunium? Respondetur, secundũ aliquos, quod verè ieiunat, vt *Med. Angel. in Flo. lib. 1. de ieiunio quæst. 9. dub. 4. & 6. Rod. in summ. cap. 184. num. 10. Barth. Med. Institut. Confess. cap. 14. num. 10.*

23 *Nauarr.* vero *cons. 5. de obseruatione ieiuniorum, lib. 3.* absolutè contrarium sentit, quia Bulla Cruciatæ loquitur tantum de ieiunio Ecclesiastico, non autem de alijs, & à separatis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minorib.* aliud enim est ieiunium Ecclesiasticum, aliud quod imponitur, vel fit ob aliquam causam particularem, & dispensationes, quæ exorbitant à Iure communi, quale est prædictum, sunt odiosæ, & restringendæ, *cap. ea, & cap. odia de reg. Iur. lib. 6.* quæ *Nauarr.* opinio nimis scrupulosa videtur *Rod. loc. cit.* optimum tamen consilium est procurare à Confessore electo dispensationem, vel commutationem.

24 In alijs ieiunijs extra quadragesimam standum esse consuetudini præscriptæ, quoad oua & lacticinia, tenet *Nauarr. cap. 21. nu. 15.* an sit de iure Ecclesiastico scripto *Couarr. lib. 4. var. resolut. cap. 20. num. 15.*

25 Dispensatus ad carnes cẽsetur ad oua, & lacticinia, & etiã ad ieiuniũ, quia dispensatus ad maius, censetur dispensatus ad minus, sed abstinentia à carnibus est de essentia, & quid præstantius vnica commestione

mestione *D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 8. vbi Caiet. & recentiores.*
26 An dispensatus vt ieiunet, cum carnibus teneatur ieiunare? Respondetur quod sic, licet verè non ieiunaret, licet aliqui recentiores non teneri existiment.
27 Qui aliqua causa excusatur à ieiunio, & potest vesci in Quadragesima cibis quadragesimalibus si vtitur lacticinijs, etiam voluntate, vel iniuria peccat mortaliter.
Idem de alijs ieiunijs Ecclesiæ dicendum *Syl. §. 17. Antonin. 2. par. tit. 7. cap. 2. §. 10.*
28 Licet in eadem mensa, vbi licitè comeduntur carnes etiam comedere pisces, seruata temperantia. Dispensatus autem, vt secretè, & sine scandalo diebus pisculentis, carnibus vesci possit, non coram socijs, sed separatim ea comedere potest, vt alij ne videant, quod in quo potest Ecclesiæ obedit *Nauar. cons. 4. de obseruat. ieiun. lib. 3.*
Dispensatus ad cibos prohibitos si simul etiam comedit pisces in eodem prandio, peccat saltem peccato gulæ *Nauar. cons. 6. eod. tit.*
29 Non licet tempore ieiunij comedere plus solito, alias perditur meritum ieiunij, & peccatur contra sobrietatem, & temperantiam licet non contra præceptum.
30 Potest quis peccare in comedendo tempore ieiunij, quinque modis præcipuè, nempè comedendo properè, lautè, nimis, ardenter, studiosè, *cap. quinque de consec. dist. 5.*
31 Vigilia Penthecostes est ieiunanda per *cap. nosse & cap. de ieiunio 76. dist. gloss. in §. necessario sub cap. scire 76. dist. Nauarr. cons. 1. de obser. ieiun.* & declarauit Clemens Papa VIII. viuo vocis oraculo.
32 Ieiunium, quod solet imponi in Iubileis per tres dies, videlicet Feria quarta, sexta, sabbato, ijsdem diebus seruandum est, non autem potest anticipari, vel postponi, quia onus præfixum diei.
33 Qui cœpit ieiunare in dictis diebus, & postea desistit, vel non ieiunauit diebus statutis ex negligentia, vel obliuione, secundum aliquos Confessor potest commutare ante Communionem.
34 Solet in impositione dicti ieiunij iniungi clausula nisi excusetur ex aliqua iusta causa, & tunc possint commutari in alia opera per Confessorem, debet tamen Confessor cognoscere quænam sit ista causa, nempe an ratione ætatis, infirmitatis, &c. *Nauarr. cap. 21. num. 16.* vide *D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 4.* vbi *Caiet. vers. ieiunium*
35 Dixi ratione ætatis, hoc est senectutis, iuueni enim decem, & septem annorum non potest Confessor commutare ieiunium ratione ætatis, cum valeat ieiunare, nisi ex ieiunio illi adueniret notabile detrimentum, loquimur tamen de ieiunio Indulgentiæ *Rod. 184. num. 10.*
36 Si hæc ieiunia iniuncta incidant tempore Quadragesimæ, seu vigi-
 liarum,

liarum, vel quatuor temporum possunt adimpleri, & ambabus actionibus satisfieri *Sot.dist.19.q.2.art.1.*

37 Licet *Nauar.cap.11.num.4.vers.5. dicimus* dicat, quod non ieiunans in vigilia S.Matthiæ, quæ solet venire in Quadragesima, & quatuor temporibus, committat tria peccata, nihilominus contrarium aliqui, idest vnum committere, probabiliter sentiunt.

38 De ijs qui tenentur ieiunare, de causis, quæ excusant à ieiunio, de tempore, & quibus diebus sit ieiunandum *In Alphabetic. verb. ieiunium.*

SVMMARIVM.

Opus iniunctum est exequendum pro lucranda Indulgentia, nec sufficit esse in gratia. 1.

Indulgentia sub conditione, si conditio non extat, non lucratur. 1.

Opus integre est perficiendum. 2.

Promissio conditionata non habet locum, nisi conditione impleta. 2.

Indulgentiæ tantum valent quantum sonant. 2.

Indulgentiam non consequitur formam præscriptam non adimplens, & quid si peccauerit in aliquo genere. 3.

In quo actu debet quis esse in gratia, vt Indulgentiam consequatur. 3.

Pœnitens tenetur se disponere ad omnem pœnam, & dolorem vltra contenta in diplomate. 4.

Morte præuenti, & iter perficere, vel opera Iubilei non valentes prosequi aliquo impedimento, an Iubileum consequantur, & quid in alijs Indulgentijs. 5.

Opera iniuncta in Iubileo extraordinario an possint partim in vna hebdomada, & partim in altera fieri. 6. & 52.

Opera si non fiant statutis diebus, an lucretur Indulgentiam. 7.

Opera an possit anticipari, vel postponi. 8.

Regula plus soluit qui ante tempus soluit, quomodo intelligatur. 9.

Oratio, & eleemosyna simul statuta in certis diebus, an vno die possit vnum, altero autem die aliud fieri. 10.

Eleemosyna an sit facienda quoties est ieiunandum, & orandum. 11.

Pœnitentia iniuncta ieiunandi per septem dies semel in hebdomada, an posit adimpleri in duabus hebdomadis. 12.

Pœnitentia iniuncta an posit fieri anticipatè temporis præfixi à Confessario. 12. 13. 14.

Ieiunium impositum in tribus diebus veneris in memoriam Passionis, an posit anticipari. 13.

Pœni-

OPERA PRAEDICTA QVALITER sint facienda, & de nonnullis dubijs circa ea occurrentibus. Cap. XXI.



D consequendum Indulgentias quatuor requiruntur, duo ex parte dantis, duo verò ex parte recipientis. Ex parte dantis requiritur auctoritas, & causa, de quibus supra dixi. Ex parte vero recipientis requiritur charitas, & exequutio operis iniuncti, hucusq. de charitate visum est; sequitur videndum de exequutione operis, *gloss.* tamen addit quintum, nempe congruitas in tempore, idest quod Indulgentia lucretur in anno sancto *in Extrauag. Antiquorũ de pænit. & remiss. vers. confitebuntur § secundũ* & de hoc etiã dixi supra vide *Sot. in 4. dist. 21. D. Tho. in addit 3. p. quæst. 25. Alex. de Alez. dict. 20. Valen. p. 5. Suar. disp 52. sect. 2. & disp. 54. Bell.*

54. Bell. lib. 1. c. 12. Vigu. cap. 16. 56. verſ. 22. Sil. Indulgentia q. 3. & 19. Nauar not. 21.

1 Ad lucrandam Indulgentiam non ſufficit, quod quis ſit in gratia, & confeſſus fuerit peccata ſua, ſed debet exequi opus iniunctum *D. Tho. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 3. Nauar. not. 19. Suar. loc. cit. ſect. 5. & addit D. Tho. quod quando Indulgentia datur ſub aliqua conditione ea non extante Indulgentia non acquiritur.*

2 Et opus, quod iniungitur. integre eſt perficiendum. Promiſsio enim conditionata non habet locum niſi conditione impleta, & ſic intrat, regula Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant.

3 Et qui peccat contra formam præſcriptam, male opera iniuncta adimplendo non gaudet Indulgentijs, ſecus tamem eſſet, ſi peccaret in aliquo genere, quia poſſet abſolui, & conſequi Indulgentias cum ſatis ſit ſi reperiatur in ſtatu gratiæ in vltimo actu *Nauar. not. 19. num 20. & not. 32. num. 44. Tol. lib. 6. cap. 37. verſ. 3. Graff. lib. 4. cap. 15. num. 23.*

4 Pœnitens vltra ea, quæ iniunguntur in diplomate tenetur etiam ſe præparare, & diſponere ad omnem pœnam, & dolorem debitum ſuis peccatis *Nauar. not. 31. Tol. lib. 6. c. 27. in fin.*

5 Qui ſe præparauerint ad conſequendam Indulgentiam Anni ſancti puta cauſa Indulgẽtiæ conſequendę iter adeundi Romam arripuerit, & legitimè impediti, vel morte præuenti, vel peruenientes Viſitationes Eccleſiarum præſtitutas facere nequierint Indulgẽtiam lucrantur, quia in conceſsione ſolet exprimi, In alijs vero Indulgentijs *Nauar not. 19. num. 4.* negat niſi id ſimiliter ſpecificetur ideò ſtandum tenori conceſsionis.

6 Non poteſt pœnitens in Iubileis, qui veniunt infra annum, partem operum facere in vna hebdomada, partem vero in altera, ſed bene poterit, ſi non perfecerit in prima integraliter, denuo omnia facere in ſecunda & perficere quæ tenetur ſi durat Iubileum etiam in ſecunda hebdomada *Nauar. not. 19. & not. 32. num. 47. not. 34. n. 7. Theſ. for. Eccleſiaſtici p. 1. c. 7. num. 28.*

7 Dices ſi opera iniuncta non fiant ſtatutis diebus, an Indulgentia lucretur? Reſpond. non, ſi fuerint ſtatuta diebus particularibus vt de ieiunio, ſecus verò de alijs, putà de oratione, & eleemoſyna, quæ poſſunt differri vſque ad vltimum diem, dummodo non habeant etiam diem præfixam *Enr. lib. 7. cap. 10. Rodoriq. in ſumm. cap. 184. num. 2.*

8 Neque opera poſſunt anticipari, vel poſtponi, ſed fieri ſtatuto tempore *Nauar. conſ. 35. de pœnit. & remiſſ.*

Nec valet reg. plus ſoluit, qui ante tempus ſoluit, quia quando opus iniungitur in fauorem, & gratiam creditoris, vel ad aliquem finem

per-

perfectionem tunc non debet solui ante tempus, sed tempore statuto secus si esset in fauorem debitoris, nos sumus in primo casu.

10 Si Papa dicit, vt feria quarta & sexta fiat oratio cum eleęmosyna, si quis vno die tantum orauit, quantum alijs diebus tenebratur, vel tantum est elargitus eleemosynæ, quantum facere debebat tribus diebus, non lucratur Indulgentiam, quia strictè est intelligendum, excusatur tamen si ob ignorantiam probabilem seu obliuionem, aut inprudentiam ab his desistit, & paratus sit in Sabbatho predicta & maiora facere.

11 Si mandatur tribus diebus ieiunari, fieri eleemosynam, & orari non est necesse diebus illis ieiunij dare eleemosynam, & facere orationem, sed sufficit vt fiat eleemosyna, & oratio ante Communionem *Nauar. de orat. Miscell.* 58. *num* 222. & *miscell.* 60. *dub.* 2. *num.* 225. & ita fuisse à Greg. XIII. declaratum ad instantiam Patruum Societatis Iesu, refert *Sorb. in compend. verb. Indulgentia fol.* 325.

12 Ex his dicimus quod si confessor imponit pœnitenti, vt ieiunet septem dies semel in hebdomada, potest ista ieiunia facere in duabus hebdomadis, quia in gratiam pœnitentis & opus respicitur in maiorem commoditatem ipsius, secus esset, si non in fauorem debitoris, sed ob finem maioris perfectionis, tunc enim non licet anticipare, sed tenetur obedire tempore statuto, & præfixo.

13 Et si Confessor imponat pœnitenti, vt ieiunet per tres dies veneris in memoriam Passionis, tenetur tunc temporis ieiunare, vel si diceret, vt ieiunaret septem sabbatha in honorem B. Virginis, sic quando dicitur in Indulgentijs, vt ieiunetur feria quarta, sexta & Sabb. cum sint dies prefixi, non possunt anticipari *Nauar. de orat. cap.* 3. *num.* 23. *seq.* vbi etiam habetur, quod ei, cui datur pœnitentia tria psalteria pronunciandi tribus hebdomadis, siue tria Rosaria tribus sabbathis, vel ter psalmum, Miserere tribus diebus Veneris, vt facilius, & minori labore ea pronunciari possit satisfacere pronunciando ea in tribus primis hebdomadis, vel diebus, quia in eius fauorem adiectum fuit tempus.

14 Sed is, cui datæ sunt dictæ pœnitentiæ diuersis temporibus, vt magis duret ei memoria, & dolor suorum peccatorum, vt sępe recordetur Beatę Virginis, vel passionis Christi non satisfacit faciendo alijs diebus, quam præstitutis, quia non in fauorem pœnitentis tantum, sed potius in maiorem vtilitatem animæ ipsius, quæ est quidam tertius ad gloriam, & honorem Dei, & eius Matris, tempus ei fuit costitutum, & indeterminatum.

15 Vouens pronũciare septem Psalmos in septē hebdomadis sequentibus adimplet recitando eos in primis septem diebus, si pręfiniuit illud tempus, vt possit facilius, & minori cum labore recitare, non

tamen

tamen si præstituit, vt plus ei duraret memoria causæ, propter quam vouit, vel ad maiorem honorem Dei.

16 Infertur ex prędictis quod ieiunium, quod obligat quadragesima in meridie, si anticipetur per horam ante, non peccatur, secus si per tres, tenetur enim expectare horam præfixam, cum non sit in gratiam debitoris, sed in fauorem Ecclesiæ, & illud parum pro nihilo existimatur, potest tamen postponere horam comedendi, & quanto tardius, tãto melius, quia caro nostra flagellatur ampliando horã cibi.

17 Infertur etiam quod Indulgentiæ sunt stricti Iuris, & non sunt ampliandę, sed restringendæ *Nauar. cons. 1. de rescrip. cons. 35. & & 38. de pœnit. & remiss. not. 9. n. 8. de Iub.*

18 Et in dicto cons. 38. addit, quod si quis anticiparet communionem tempore, quo recipit Indulgentias communicando se die sabbathi pro die Dominico statuto in Indulgentia, non lucratur Indulgentias, nisi aliter cantet diploma.

19 Qui partem iniuncti operis implet, neque consequitur Indulgentiam secundum proportionem, nisi hoc ipsum in concessione Indulgentiæ exprimatur *Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 5. Antonin. p. 1 tit. 10. c. 3. §. 4. Suar. disp. 52. sect. 5. num. 3.* & intrat reg. illa, *qui cadit à sillaba, cadit à causa*, ratio est, quia est vnica concessio & indiuisibilis, sub tali determinata conditione, consideranda sunt tamen verba, an sint omnino determinata, aut distinctiua cum particula (aut) vide *Cord. quæst. 23.* vbi hoc verum existimat ex quacumq. causa quis omittat facere, siue ex infirmitate, siue ex paupertate &c. neque in beneficijs Principis voluntarijs, & sic conditionatis & modificatis voluntas reputatur pro facto; voluntas enim coram Deo pro facto reputatur, quod ad essentiale præmium, secus quoad accidẽtalia præmia, seu beneficia, secus etiam quoad homines *Rod. in summ. c. 184. num. 5.*

20 Si pars minima operis iniuncti prætermittatur, v. g. si in recitanda corona omittitur *Pater*, vel Aue, vel si in iniunctum ieiunium in materia leui frãgatur, quæ solum sufficeret ad venialem culpam, rem dubiam aliqui fatentur *Suar.* tamen *d. sect. 5. num. 4.* existimat non impediri effectum Indulgentiæ, quia parum pro nihilo existimatur, sed debet pars minima respectiue considerari, quia si Indulgentia imponat recitare quinquies Pater & Aue, si quater tantũ dicatur, nõ lucratur, quia respectu totius operis censetur magna pars.

21 Et si in hoc vltimo casu aliquo legitimo impedimento omittatur, & doleat secundum aliquos lucratur *argumento tex. in l. cum habere §. Stichus ff. de statu liber. l. fin. C. de cond.* inser vbi seruus qui non potest seruire per tempus determinatum non desinit acquirere libertatem *Rod. num. 5. cum ibi alleg.*

Lucra-

Lucratur ergo Indulgentia completo opere iniuncto; puta recitata corona, visitatis templis &c. dummodo fuerit in gratia in illo vltimo actu, licet à principio fuerit in peccato mortali *Suar. disp. 52. sect. 2. nu.* 7. effectus enim Indulgentiæ non datur successiue, sed in instanti *Suar. ibid. num. 8. &* ita sunt in vsu indulgentiæ, quamuis non repugnet posse concedi etiam per partes *Suar. ibid. num. 9.* v. g. Indulgentia quæ conceditur audientibus Diuina officia in festo Corporis Christi, vt propter singulas horas Canonicas certa Indulgentia consequatur, quæ potest dici pars, respectu integrę Indulgentiæ totius diei, quæ singulæ partes fiunt in instanti, quando scilicet singulæ horæ consumuntur.

23 Dices si detur Indulgentia recitanti Psalmum si dimidium recitauerit, an lucretur dimidiam Indulgentiam? Rospond. lucrabitur, quia incohata recitatione Psalmi, incohabitur effectus Indulgentiæ & successiue cum ipsa oratione continuabitur, quia non potest aliter fieri remissio cum proportione ad opus, *&* remissio illius reatus se habet ad modum remissionis qualitatis, quæ successiuè fieri potest, *Suar. disp. 52. sect. 2. num. 9.*

24 Dices hæc videntur diuersa ab eis, quæ supra dicta sunt, quod Indulgentia concessa ieiunanti per tres dies in hebdomada non lucratur neque per partes, neque secundum propositionem nisi opus cõpleatur? Resp. quod in hoc vltimo casu concessio vnica est & quasi indiuisibilis sub tali determinata forma, & conditione, & dicitur Indulgentia conditionata, & conditione non impleta nihil operatur, & nihil ponit in esse, quod secus est in alio casu.

25 Item in illo casu est indulgentia plenaria, quæ est indiuidua, in hoc autem est temporanea, idest vnius anni, & sic habet partem diuisibilem.

26 An opus quod imponitur debeat esse externum ad consequendam Indulgentiam? Resp. quod S. *Bonauen. q.* 4. dicit hoc esse tutius, tamen certum est quod Papa potest pro interno actu etiam concedere, vt per examen conscientiæ orationem mentalem &c. *Suar. loc. cit. num. 6.* & sic videmus vsum concedendi Indulgentiam ei, qui in mortis articulo corde protulerit nomen Iesus, si non potuerit ore.

27 Qui omnia opera impleuit in hebdomada emissi iubilei præter quam Cõmunionem, quam quis non suscepit die Dominico pręscripto, sed feria secunda sequentis hebdomadę lucratur Iubileum, secundũ *Enr. lib. 7. in marg. littera* f. *de Ind. cap. 10. Rod. in summ. cap. 184. num.* 18. addit tamen, quod solet adiungi in diplomate (*die Dominico aut alio die septimanæ sequentis*) & sic forsan intelligitur *Enr.*

28 Quando die dominico, quo quis tenebatur, non suscepit Communionem,

nionem, poteſt Confeſſor ex cauſa in ſequentem diem commutare.
29 Si Indulgentia eſt conceſſa viſitantibus ſeptem altaria non requiritur, vt pro quolibet altare viſitando quis exeat ab Eccleſia, vel ſingula perambulet, ſed ſufficit, vt permanendo intus Eccleſiam ibi oret verſus ea, & determinate ex vno loco ſingula viſitet *Bell. lib. 1. cap. 13.*
30 Confratres Roſarij, qui tenētur viſitare quinque altaria pro lucrandis Indulgentijs, ſi reperiantur in loco vbi non ſint dicta altaria ſed tantum vnum, poſſunt quinquies interpolatis vicibus illud viſitare.
31 Si opera iniuncta non fiant ob impotentiam, paupertatem, vel aliud legitimum impedimentum, nec lucratur Indulgentia, vt ſupra dictum eſt, niſi aliud exprimatur in diplomate *D. Tho. in addit. 3. p. q. 27. art. 2. & 7. Sot. in 4. diſt. 21. q. 2. art. 3. Bell. lib. 1. c. 13. §. 4. q. Suar. diſp. 52. ſect. 5. num. 5. Nauar. not. 19. num. 4. not. 31. num. 3. not. 32. n. 5. & in miſcell. n. 132. Paulia. lib. 3. c. 5. veſ. quamobrem Graff. lib. 4. cap. 15. num. 24. Cord. quæſt. 23. Fel. de Ind. Summiſtæ verb. Indulgentia* nec voluntas habetur pro facto *cap. magna de pœnit. diſt. 1. licet* ſecundum *Bonauen.* & alios, talis voluntas ſit magni momenti ad lucrādum præmium eſſentiale, & ſic intelligitur quoad meritum, non qnoad conſequtionem Indulgentię, *Sorb. verbr. Indulgentia fol. 314.*
32 Hinc fit vt moniales, carcerati, damnati ad triremes, & ſimiles, quamuis iuſtè impediantur ad perficienda opera iniuncta, & optimam habeant voluntatē, non propterea conſequuntur Indulgentias.
33 Ampliatur etiam ſi ex multis operibus iniunctis vnum tantū non fiat ex impotentia, quia aut lucrantur totæ, aut nihil *Nauar conſ. 35. de pœnit & remiſs. Extrauag. Vnigenitus circa finem eod. arg. tex. in l. cui fundus ff. de condit. & demonſt.* dixi etiam ſupra.
34 Limitatur niſi in bulla apponatur clauſula, vt poſſint commutari in alia opera pia, concurrente cauſa, quia tunc ſapiunt naturam eorum, in quorum locum ſubrogantur.
35 Sed hęc commutatio à Confeſſore debet fieri feria quarta non autem alijs diebus ſequentibus, ne dicatur commutari præteritum, quod amplius fieri non poteſt *Rod. cap. 184. de Iub. num. 10.* & debet Confeſsor cognoſcere de tali cauſa, *D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. vbi Caiet. & verb. ieiunium, Nauar. cap. 21. num. 16.*
36 Quod ſi quis in prima hebdomada non ieiunauit ob impotentiam ſi venerit die Dominico ad confitendum, & dicat tale impedimentum, & impotentiam, videtur per ſupradicta quod Confeſſor non poſſit commutare in alia opera pia, ſed conſiderandum.
37 Quando in Bulla iniungitur, vt opera poſſint commutari per Confeſſa-

fessariū electum, si quis iam elegit, & ab eo est facta commutatio operum, non tamen illi confessus est sua peccata, sed alteri, commutatio valet.

38 Operarius, qui non potuit ieiunare propter necessitatem alendi se, & familiam suam, si reliqua adimpleat, & etiam quæ Confessor loco ieiunij imponit, lucratur Indulgentiam *Nauarr. Miscell. 60. & cap. 21. num. 16. Graff. lib. 2. decis. cap. 15. num. 38. & 40.*

39 Omnia prædicta intelligas quando opus iniunctum est indeterminatum, prout & modus faciendi, quia si indeterminatè imponatur, puta qui orauerit, aut visitauerit deuotè talem Ecclesiam, tunc quomodolibet, aut quacumque deuotione oret, lucratur tamen magis, & minus, secundum magis, & minus implet *Cord. q. 23.*

40 Si quis post absolutionem suorum peccatorum, habitam virtute Indulgentiæ non adimpleat iniuncta, secundum aliquos lucratur Indulgentiam, alij vero dubitant, quia absolutio virtualiter fuit data contemplatione Indulgentiæ, nec Confessor aliàs haberet talem potestatem, & qui non satisfacit de iniunctis ex forma, non consequitur Indulgentiam *Graff. lib. 4. cap. 15. num. 20. Nauarr. de pœnit. & remiss. cons. 19.*

41 Indulgentia certo die concessa eodem die lucrari debet, in quem anniuersaria illius diei festi celebritas incidit, non autem eo die, in quem diuinæ precationes, & officia transferuntur *Azo. p. 2. lib. 1. cap. 28.*

42 An in opere faciendo, qui plus operatur in dando in laborando, &c. plus lucretur, & si iniungatur eleemosyna, æqualiter lucretur, qui facit paruam, ac qui facit magnam? Respondetur, quod si opus est certum, & determinatum, omnes æqualiter lucrantur, siue quis fecerit plus, siue non, puta si eleemosyna statuatur duorum Iuliorum, tantum lucratur qui dat illos duos Iulios, quantum qui dat duos aureos, & qui ob paupertatem non potest dare, non lucratur totam. *Viguer. 16. §. 6. vers. 22. Suar. disp. 6. sect. 8. num. 3. Aluar. cap. 28 num. 11.*

43 Sed quoad meritum essentiale, & accidentale ex *Nauarr. not. 15. & not. 11.* qui plus operatur, seu dat, seu patitur, plus meretur, quia remissio non proportionatur labori, sed applicatur thesauro, nisi minus datum esset maius ratione dantis, vt legitur de paupercula. *Matth. 12.*

44 *Enr. lib. 7. c. 11. §. 7.* dicit si in Indulgentia habetur *iuxta deuotionem vniuscuiusque*, sufficit minimū, si vero dicat, *iuxta facultatē*, debet esse conformis, & proportionata, & si dicatur *facienti eleemosynam Indulgentia conceditur*, absque determinatione, sed secundum deuotionem offerentis, intelligitur congrua, & rationabilis, secundū

conditionem perſonarum, facultatum, & bonorum, & magis lucratur pauper dando obolum, quam diues dando aureum, quia plus eſt obolus pauperi, quam aureus Regi *Angl.fol.19.*

45 Si vnus dat duos obolos tepidè, ſecundus eoſdem cum deuotione, tertius centum tepide, quartus centum cum deuotione, omnes lucrantur Indulgentiam, tertius merendo plus ſecundo, quartus plus tertio, ſecundus plus primo.

46 Quando non eſt taxatum, non conſequitur totam Indulgentiam, qui non dat ſecundum facultatem, ſed plus, vel minus, prout magis ad dictam facultatem accedit *D.Thom.diſt.20.quaſt.1.art.3. q.2.* & alij, licet nonnulli contra ſentiant *Syl. Indulgentia num. 22. Summ. Coron.Confeſſ.fol.26. §.3.oportet Rod.c.184.num.9.Nauarr.not.31. num.34.Cord.q.21.32.29.*

47 Intellige niſi aliter in forma ſtatuatur, hodie ſolet dici, quod quiſque det ſecundum deuotionem.

48 Si Indulgentia dicat, qui viſitauerit talem Eccleſiam, & manus porrexerit adiutrices intelligitur ſecundum qualitatem.

49 Sed *Bonauentura & Durand.* tenent, quod etiam, quod non faciat ſecundum qualitatem lucratur magis, quam faciendo aliud opus conſimile, vbi non eſt Indulgentia conceſſa, & etiam, quod non faciat ſecundum qualitatem lucratur, ſed ſi determinatur quantitas æqualiter lucratur.

50 Qui veniunt de loco vicino lucrantur tantum, quantum qui veniunt de loco remoto *D.Thom.in 4.diſt.20.art.quæſtiuncula 2.Tab. Indulgentia quaſt.21.Suar.diſp.52.ſect.8.num.3.Vigu.cap.16.§.6. verſ. 22.*

51 Intellige quoad conſequutionem Indulgentiæ nõ quoad meritum, quia diſtantiores propter labores magis merentur de pręmio eſſentiali, & accidentali, nec illæ pœnalitates remanent inremuneratæ in ſe, vel in alijs, quia remiſsio non proportionatur labori, ſed applicatio theſauri.

52 An omnia opera Iubilei intra vnam hebdomadam adimpleri debeant? Reſpondetur, affirmatiue, & ſic ſolet exprimi in Bullis Iubilei, quem ſummus Pontifex in aliqua neceſsitate concedere ſolet, quare ſi quis ieiunauit in vna hebdomada, & in alia compleuerit reliqua opera, non conſequeretur Iubileum, vide *Enr.lib.7.c.1.2.& 10. num.3.& 5.* nam Bulla exprimit ſufficere, ſi fiat quolibet die primæ, vel ſecundæ hebdomadæ. Secundo, excipitur ille, cui per impedimentum à Confeſſario electo id conceſſum eſt, ideo obſeruanda ſunt verba Bullæ.

53 Si in Iubileo imponitur eleemoſyna, an ſit ſatis eam ſemel facere? Reſpondetur, affirmatiue, quia textus Bullæ ſolet dicere Pau-

peribus

peribus eleemosynam erogare *Nau. Miscell. de orat. n. 128. & comen. de Iub. not. 32. n. 41.* dixi de visitatione Ecclesiarum cum *Benz. lib. 1. cap. 15. dub. 5.*

Si cōcessio iubilei sit per duas tantū hebdomadas, vt solet fieri per sanctissimum Pontificem in aliqua occurrenti necessitate, an differri possit illius consequutio, eo quod sua culpa illum nō est consequutus, sed tamen antea elapsum tempus dierum ad pœnitentiam redijt, exempli gratia, qui die sabbathi secundæ hebdomadę venit ad Confessarium, & non visitauit Ecclesias, neque ieiunauit ex sua malitia? Respondetur posse Confessarium cum tali dispensare, sicut cum infirmo, quia licet ex dicta sua malitia non fecerit, tamen die sabbathi quando venit ad veram pœnitentiam verè dicitur impotens, nec constat quod qui voluntariè omittit, non dicitur impeditus *arg. cap. fin. de elect. & cap. commissa eod.* quia licet sit impedimentum voluntarium in causa, tamen tunc non est voluntarium formaliter, & ita multi recentiores Doctores sentiunt.

54 An dicta potestas cōmutandi opera iubilei ita se extendat ad præterita, vt scilicet possit Confessarius electus cōmutare omnia, & singula dicta opera omissa? Respondetur, quod omnia, & singula opera omissa possunt commutari intra statutum tempus, excepta Cōfessione, quia non potest dari legitimum impedimentum ad eam commutandam, sed solum ad differendam intra statutum tempus, vt dictum est supra.

55 An qui die Dominico confitetur satisfaciat iubileo, & absolui possit à peccatis reseruatis, & quo tempore expiret dicta potestas Confessarijs concessa? Respondet *Nauarr. in Miscell. de orat. num. 132.* satisfacere, & sic secundum eius doctrinam dicta potestas expirat die Dominico illa hora, qua liceret communicare, puta in meridie in circa.

Alij dicunt, & melius, quod de rigore textus Bullæ Confessio ante diem Dominicā fieri debet, & potestas absoluendi expirat media nocte sabbathi, & ita declarauit Innocentius ix. & Clemens viij. viuo vocis oraculo, & multi DD. Romæ ita censuerunt, at tempore Pauli V. in suis Iubileis dixit, vt quis possit quolibet die primæ vel secundæ hebdomadæ communicari, & confiteri, & Confessarius poterit vsque ad idem tempus opera iubilei commutare, vel differre, nota tamen, quod non similiter censenda est expirare potestas commutandi, vel differendi alia vota iubilei, sicut potestas absoluendi, quia de hac in bulla solum exprimitur, vt alias dixi.

56 An Confessarius electus possit commutare dicta opera, etiam extra Confessionem? Respondetur quod potest, quia ista commutatio non concernit actum Confessionis, & verba iubilei dicunt, vt

Confessarius electus commutet ob quodcumque impedimentum.

57 An possit absolui, & habilitari ad Diuina, vigore Iubilei, ille qui suspensus est à Diuinis per annum per litteras pœnitentiariæ missas discreto viro? Respondetur non posse, quia per sententiam Iudicis est declaratus, licet non sit publicè denunciatus, id autem prohibetur in Bulla Iubilei.

58 An Episcopus virtute facultatis, quam habet eligendi Confessorē, quem voluerit ex *cap. fin. de pœnit. & remiss.* possit eligere illum non obstantibus verbis Iubilei, quę dicunt, eligant Confessores approbatos? Respōdeo quod Episcopus nō potest eligere, nisi Confessariū approbatum, esto quod iure communi possit quemcumque discretum, prouidum eligere *c. cum dilecta de refer.* vbi *Fel.* ita *Nauar. cons.* 12. *de Priuil. lib.* 5. vbi in fine aduertit, non inde inferri, quod Episcopus possit quemcumque Sacerdotem, non approbatum sibi in Confessarium extra casum Iubilei eligere, quia forma iubilei est seruanda vide *Graff. d. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 15. *Aug. Barbos. de officio & potest. Episcopi par.* 2. *Alleg.* 25. *num.* 9.

59 An Cōfessores approbati, & electi possint absoluere virtute Iubilei in foro animæ ab excommunicationibus incursis ob confidentiam, iuxta bullam Pij Quinti, ob conuentionem, & alijs rebus pro gratia, vel iustitia consequenda iuxta Bullam Gregor. XIII. Clem. Octaui. & aliorum? Respondetur, affirmatiue ex *Nauar. cons.* 12. *de priuil.*

An Regulares ex facultate concessa vi Iubilei omnibus Christi fidelibus eligendi Confessorem approbatum ab Ordinario possint sæcularibus Sacerdotibus confiteri. Respondetur affirmatiuè *ex cons. Nauarr.* 13. *de priuileg.* vbi pluribus comprobat, & respondet ad argumenta, quæ in contrarium adduci possent licet non sint approbati dicti Sacerdotes ab eorum Superioribus Regularibus ad effectum consequendi Indulgentias idem *Nauarr. cons.* 10. *de pœn. & remiss. Graff. decis. p. p. c.* 15. *num.* 43. *lib.* 3. & solet iniungi in Bullis, notat *Enr. lib.* 3. *de pœnit. c.* 6. *num.* 7. & iste potest absoluere à censuris, commutare vota, &c. non autem dispensare ab Irregularitate & *Enr. loc. cit.* dicit hanc sententiam extendi ad eligendum Confessorem ex approbatis ab Ordinario, & alterius loci cuiuscumque, sed in fine *Nauarrus* addit hoc nō procedere quoad illas Religiones, quibus priuilegio Apostolico concessum est, ne earum Religiosi, illis vti possint gratijs sine licentia suorum Superiorum ex *Sac. Congreg.* sed quando reuocantur omnia priuilegia, omnes Religiones possunt huiusmodi Confessorem eligere, & intrat forsan doctrina *Enr. loc. cit.*

60 An approbatus ad audiendas confessiones Regularium, à proprio Superiore, intelligi possit esse approbatus ab Ordinario ad effectum

Iubilei,

Iubilei, ita vt possit absoluere Regulares à reseruatis, nam in *Concil. Trid. sess. 23. c. 15. de Ref.* habetur, præfatos regulares posse approbare Confessores pro suis subditis regularibus? Respondeo posse, quia Superior, qui scilicet habet iurisdictionem est Ordinarius suorum subditorum regularium *Conc. Trid. loc. cit. Enr. c. 12. nu. 4. lib. 4.*

61 Adde tamen, quod approbatus à Superiore Regulari pro subditis Regularibus non potest à sæcularibus eligi ex vigore Iubilei, licet *Suarez disp. 28. sect. 6. num. 11. & 12. tom. 4.* teneat per Ordinarium locorum intelligi Episcopos, & similes Prælatos.

62 An liceat confiteri cum approbato ab Ordinario alterius loci, seu Diœcesis? *Enr. lib. 6. summ. cap. 6. num. 7.* probat auctoritate multorum licere, & ab eodem absolui à reseruatis, & commutare vota, non autem dispensare in irregularitatibus, vt *Enr. de pœnit. lib. 3. c. 6. num. 7.* vbi idem ait procedere cum Regularibus, tamen cum res sit dubia propter varias dispositiones sacræ Congregationis, quas refert *Suarez. disp. 28. sec. 5. & 6. tom. 4. & citatos Doctores August. Barbos. de officio & potest. Episcopi p. 2. Alleg. 25. nu. 14.* tutius est eligere approbatum ab Ordinario pœnitentis, non autem approbatum ab Ordinario Confessarij tantum, plura de Confessore eligendo, *par. 2.*

63 An qui sub fiducia, & spe lucrandi Iubileum, seu Indulgentiam ex proposito committit peccatum mortale, vel incidit in casum reseruatum, vel censuras Sedi Apostolicæ reseruatas, Indulgentiam, & Iubileum lucretur? Respondetur, licet *Ant. de Cord. quæst. 36. oppos. 2.* dubitet & *Ioann. de Anania* omnino neget, nihilominus dicendum cum *Nauarr. not. 34. num. 6.* vbi disputat in vtramque partem & *cons. 10. de priuil.* quæ est communis, & vera opinio, quod lucratur, nisi expressè in diplomatibus hoc explicetur, & dummodo verè fuerit confessus, & contritus de illa vana spe, & confidentia. Qui enim peccat spe veniæ, non minus grauius committit peccatum, quam qui sine illa peccat, imò minus ex *Benz. lib. 5. cap. 15. num. 24.* vbi Religiosis, qui cum spe huiusmodi absolutionis in censuras, & irregularitates incidunt, absolutio ab eorum Prælatis passim non denegatur. Hinc *Syl. vers. Indulgentia* in forma absolutionis docet solere addi clausulam illam, *præterea quæ ex confidentia huius indulti commisisti*, vide *Mart. Ledes. 2. 4. q. 29. num. 1.* hoc tamen quod diximus non est practicandum, eo maximè, quia nescimus an possimus deuenire ad debitam pœnitentiam, & contritionem.

Nec prædictis obstat *Sal. in l. castitati C. ad l. Iul. de adult.* vbi rescriptum Principis concedens remissionem delicti, non prodest quoad peccata futura, & committenda sub fiducia priuilegij concessi, imò DD. addunt tale priuilegium non valere si ad hoc extenderetur, quoniam daretur materia delinquendi, cum priuilegium

non trahatur, nisi ad delicta præterita, quia contrarium est in casu nostro, cum simus in foro interiori, non autem in foro exteriori, vt exemplum *Salic.* in quo procedit, ne delicta remaneant impunita, ne via delinquendi facilius pateat, vt etiam dicam dum agam de Indulgentijs, quotuplex sit Indulgentia, *Fel. in cap.penult.de const.* refert quod Dant. Poeta deridebat quemdam eremitam, qui rogabat Deum, vt remitteret peccata futura, nihilominus illa erat bona deuotio, quia prouidebat suæ fragilitati, cognoscebat enim quantum homo sit labilis, fragilis, & peccabilis, cuius occasione quæro.

64 An pro delicto futuro acquiri possit Indulgentia! & Respondetur affirmatiue, *vt Nauarr.* perfunctoriè disputat *not. 34. num. 1. seq.* & licet *Cord.q.27.de Ind. Rosell. eodem §. 16.* dicant huiusmodi Indulgentiam respicere commissa, & committenda peccata vsque ad tempus, quo talis Indulgentia suscipitur, non autem futura, tamen intelligi debet quando Indulgentia semel tantum acquiri potest, secus si pluries in anno, vt patet in Anno sancto, quia illa acquiri potest toties quoties, vt supra dictum est.

Et *Sot.lib.7.de Iust. quæst. 4. num.3.* ponit discrimen inter facultatem absoluendi à peccatis reseruatis, quæ in diplomatibus Cruciatæ concedi solent, & inter facultatem dispensandi, & commutandi vota, nam illa, inquit, extenditur etiam ad peccata, quæ postquam illum suscepit, commiserit, secus ista cum intelligatur de voto antea edito, quam diploma susceperit, putat enim *Sotus* aliam esse rationem in foro fori, aliam in foro pœnitentiæ, ad quod nihil valet voti dispensatio, vide *Benz. lib.5.cap.15.dub.25.*

65 An qui prorogat pœnitentiam spe Iubilei, vel Indulgentiæ possit illum consequi? Respondetur posse, vt *Nauar.not.21.num.12.Ledes. 2. 4. q.29. num. 1.*

An Indulgentia Iubilei toties quoties acquiri possit? Ex bulla Bonifat. VIII. in *Extra.Antiquorum de pœnit.& remiss.* patet quod, qui pluries accedit Romam in anno Iubilei, & pluries visitat Ecclesias plus meretur, & efficacius Indulgentias consequitur, ex quo videtur pluries Indulgentias Iubilei consequi posse *Nauarr.de Iub.not. 32. num. 46.vers. circa hoc interrogatur*, plura in vtramque partem disserit, concludit tamen partem affirmatiuam esse veriorem, scilicet quod quis possit bis, ter, & pluries hanc Indulgentiam lucrari adducit *Palu.in 4. dist.20.quæst.4.col.6.Ang.vers. Ind. §. 4. Rosell. §.12. Cord. q.39.de Indulgen. §.sed his non obstantibus*. Hinc quando conceditur Iubileus per duas hebdomadas, potest quis in prima, vel secunda hebdomada illum lucrari, & à casibus absolui, in quos cecidit etiam post primam Confessionem, & reliquis omissis post puplicationẽ Iubilei, vide *Enr.lib.6.c.16.§.3.et lib.3.de pœnit.et lib.7.de pœnit.*

pœnit.& lib.7.de Ind.Rod.in summ.casuum conscientiæ c.184.n.17.

Non tamen hoc intelligas, vt eodem momento sæpissime ingrediendo, & egrediendo ad Ecclesias, vt Mulieres putant Indulgentias toties lucrari, quia hæc non est intentio Pontificis, & ita intelligendi sunt Doctores Theologi scilicet *Dur. dist.20. quæst.4. Canonistæ Fel. tract. de Indulgen. & aliyin cap.1.de pœnit.& remiss.lib.6. d.Extrauag. quorumdam, cap. cum ex eo, eodem tit.*

46 An absolutus à casibus reseruatis si in eosdem relapsus esset, iterum absolui possit? Respondetur affirmatiuè, si intra eamdem hebdomadam reincidisset.

Hinc si peregrinus post completas visitationes omnes Ecclesiarũ, & alia adhibita, antequam discedat ab Vrbe peccauerit mortaliter, vel inciderit in aliquem casum reseruatum Sedi Apostolicæ, vel in itinere, redeundo ad patriam incidat in excommunicationem etiam reseruatam Romano Pontifici, si iterum visitat Ecclesias, & alia facit, quæ Bulla mandat, lucratur Iubileum, & potest absolui à dictis casibus, & censuris ex communi opinione recentiorum, nec facit *tex.in l.hoc sermone §.porro ff.de verb. signif.* sermo simpliciter prolatus in primo actu, verificatur, & securitas veniendi data bandito, de primo veniendi actu intelligitur *Bald. l.1.ff.ad leg.Iul. de adult. Pan.cap.2.de treuga, & pace*, quia beneficium Principis late est interpretandum, & contraria procedunt in odiosis, & onerosis, &c.dic vt *Nauarr. d. num. 46. not. 32. & Enric. lib. 7. de Indulgent.cap. 20.num. 7. &* clarius *cap. 11. num.* 1.tenet istum Iubileum posse iterum lucrari etiam in alio loco, fauet *Nauarr. loc.cit. vers.circa, & not.34.num.7.* & plerique alij contra *Suarez. disp.37.vers.1.n.7. Cord.quæst.37.& Nauarr.d.not.32.num.47.* addit quod qui post aliquot visitationes factas peccauerit mortaliter, potest incipiendo visitationes Iubileum acquirere, nec est necesse visitationes ex integro repetere, quia Illud peccatum non annihilauit iam factas, cum non sit de substantia, vt fiant in statu gratiæ, & minus quod nullum peccatum admittat toto tempore illorum.

S V M M A R I V M.

Irregulares Iubileum consequi possunt. 1.

Suspensi ab officio, & beneficio lucrari possunt Iubileum. 2.

Suspensus ab ingressu Ecclesiæ potest extra illam suscipere Sacramenta. 2.

Suspensus à participatione Sacramentorum, si Sacramenta suscipit, non est irregularis. 3.

Interdicti ab ingressu Ecclesiæ possunt lucrari Iubileum. 4.
Excommunicati iuste non possunt consequi Iubileum. 5.
Impediti legitimè, vt sunt moniales, carcerati, et damnati ad triremes, & alij huiusmodi non possunt consequi Iubileum nisi de eis fiat specialis mentio in Bulla. 6.
Regula, voluntas habetur pro opere completo, quomodo intelligatur. 6.
Regulares, an contradicentibus eorum Superioribus, si Romam accedant lucrentur Iubileum. 7.
Claustrales vt sunt Moniales, Carthusiani, & cæteri non possunt consequi Iubileum domi, nisi de eis fiat in Bulla expressa mentio. 8.
Monachus si sine licentia sui Superioris Romam accedat, an consequatur Iubileum. 9.
Monachus an recipiendo Iubileum sine licentia sui Superioris opus perfectionis agat. 10.
Iubileus an possit acquiri à concedente. 11.
Iubileus an prosit vxori, quæ Romam accessit absque licẽtia mariti. 12.
Iubileus an prosit Clerico curam animarum habenti, si absque licentia Episcopi Romam accessit. 13.
Iubileus an prosit Episcopo Romam accedenti sine licentia Papæ. 14.
Iubileus an prosit iniuste retinenti bona aliena. 15.
Cathecumeni an possint consequi Iubileum. 16.
Iubileus an possit per alium acquiri. 17.
Indulgentia Iubilei an prosit mortuis. 18.

IVBILEVM QVI POSSINT vel non possint lucrari.
Cap. XXII.

RREGVLARES Iubileum consequi possunt, irregularitas enim non est impedimentũ consequendi remissionem peccatorum, sed tãtum recipiendi, & exercendi Ordines, & plerumque irregularitas est pœna, non culpa *Caiet. in summ. verb. irregularitas in princip.* debet tamen ea irretitus hoc Confessori pœnitentiario significare, vt remedium illi adhiberi possit, tempore enim Anni sancti datur facultas pœnitentiarijs, circa huiusmodi impedimenta, & suspensiones ad effectum suscipiendi Sacramenta.

Suspensi

2 Suſpenſi ab officio, & beneficio, etiam lucrari poſſunt Iubileum, ſi vero ab ingreſu Eccleſiæ, poteſt nihilominus orandi cauſa eã ingredi, tẽpore quo diuina non celebrantur, cauſa viſitandi Altaria, cum ſecundum communem ſuſpenſus extra Eccleſiam celebrare poſſit, & conſequenter qui eſt ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ poterit extra illam recipere Sacramenta *Syl. ſuſpenſio q. 5. §. ſi vero Cald. & Gemin. in c. is cui de ſent. excom. lib. 6.*

3 Suſpenſus vero à perceptione, & participatione Sacramentorum, ſi contra facit non incurrit irregularitatem Sacramenta ſuſcipiendo ex *Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 19. num.* 16. nihilominus ab huiuſmodi ſacramentis recipiendis impeditur, licet *Benz. lib. 5. cap. 15. dub.* 29. dicat hunc non peccare, ſi ad Sacramentum pœnitentiæ accedat, cum illum pæniteat, quodq. ſic ſuſpenſus, remotis impedimentis, Iubileum ſuſcipere poteſt, cum ſuſpenſio non ſit peccatum, ſed eius pœna ex *Nauar. cap. 27. num.* 152.

4 Interdicti ſpecialiter ab ingreſſu Eccleſiæ, etiam lucrari poſſunt Iubileum priuatim in Eccleſia orando extra tempus celebrationis diuinorum officiorum *Armill. interdictum num.* 57.

5 Excommunicati iuſtè non poſſunt conſequi Iubileum, ſecus iniuſtè *Nauar. not. 18. num. 14. Enr. lib. 7. cap. 18. §. 2. & lib. 23. cap* 12. *num.* 3.

6 Legitimè impediti vt ſunt Moniales, carcerati, damnati ad triremes, & alij qui opera iniuncta exequi nequeunt, neque poſſunt lucrari Iubileum, niſi in diplomate fiat ſpecialis mentio, etiam quod optimam habeãt voluntatem & regula, quod voluntas habetur pro opere completo *c. magna de pœnit. diſt.* 1. intelligitur quoad merita, non autem quoad conſequutionem Iubilei *Paul. lib. 3. c. 4. fol. 181. Nauar. not. 32. num.* 50.

7 Hinc ſi regulares, & cæteri Religioſi vellent Romam accedere pro conſequutione huiuſmodi Iubilei, & eorum ſuperiores recuſent & contradicant, & nihilominus accedant, male facerent, quia etſi Indulgentia quoad meritum, & remiſſionem pœnæ proſit Religioſis, qui non debent eſſe deterioris conditionis, quam alij ex *D. Thom. in cap. 4. diſt. 20. art. vltimo Quolib.* 2. nihilominus idem *D. Tho. in additionibus ad tertiam partem quæſt 27. art 2. ad* 2. contra huiuſmodi fratres, qui ſub colore indulgentiarum vagari nunquam ſatiantur, arguit illis non deberi Indulgentias, quia ſunt cauſa diſſolutionis Religionis, & cætera ibi vt refert *Capuc. in compend. priuil. verſ. Indulgentia prop. finem fol.* 327. & quæ ſtatuuntur in Iubileo facere debent de licentia ſuorum Superiorum ſi exigatur, vt eſt dare eleemoſynam, exire de clauſtro &c. *Armill. Ind. num.* 19. non enim debet propter Indulgentias ſolui regularis obſeruantia, vt pro-

pter eas Religiosi vagentur per mundum, quia magis merentur religionem suam seruando quantum ad præmium vitæ æternę, quàm Indulgentias exquirendo, licet quantum ad diminutionem pænæ, quod est minus bonum, non tantum lucrãtur *Vigu. c. 16. de Ind. §. 6. vers. 24.* ideo solent Romani Pontifices huiusmodi Religiosis concedere, vt Indulgentias, & stationes Vrbis intus claustra lucrentur, alias si permissio Pontificis non concurrat, nullo modo intra claustra lucrari possent.

Aduertendum tamen, quod per Indulgentias prædictas eis non remittuntur pœnæ iniunctæ in Capitulo, cum illę spectent ad forum iudiciale exterius *vt Vigu. loc. cit.*

Possent tamen Superiores, imo debent huiusmodi licẽtias concedere Religiosis adeundi Romam pro consequẽdo Iubileo *gloss. in Extrauag. comm. Antiquorum vers. confitebuntur §. item quaro de pœnit. & remiss. in fin.* cum hæc Indulgentia semitam compendij non per communes tramites remissionem pœnarum tribuat, sed eo magis conuenire, quia Religiosus eo efficacius recipit Indulgentiam, quo magis est dispositus exterius per virtutum exercitia, quę in Religione fiunt, vt Monachus pro vtilitate Monasterij recedere potest Abbate imperante, *cap. ex parte de post. cap. Monachi 2. d. 16. quæst. 1.* & respondet ad argumentum, quod fieri posset, quod vouens votum peregrinationis, Religionem intrans, illius non videtur fractor, quia in melius commutat, *cap. scriptura de voto, cap. peruenit 2. de Iur.* ergo melius est vouere Religionem quam prosequi Indulgentiam, ergo cum Abbas de meliori debeat prospicere Monacho suo, dictam licentiam propter maius bonum admittendum concedere non debet; quia respondetur, quod actus peregrinandi compatitur sicut omnia alia, quæ sunt de essentia Religionis, & ideo cum vtrũque, Religio scilicet, & Peregrinatio sit quid bonum, necesse est quod ambo simul sint maius bonũ, quã alterum tantum ex reg. omne totum est maius sua parte, ideo ambo simul tamquam maius bonum, magis disponunt ad gratiam recipiendam, & bonum Indulgentiarũ, & ratio in contrarium adducta procedit, acsi obseruantia Religionis, & peregrinationis essent inuicem incompatibiles, quod non est verum, facit *c. Monachum §. fin. 20. quæst. 4. ex gloss. prædicta.*

8 Claustrales autem in claustris perpetuo degẽtes dicuntur illi, qui semper inclusi viuunt, vt Moniales, Carthusiani, non autem, qui solẽt exire, & de his claustralibus loquimur, quod non possunt recipere Iubileum domi, nisi expressa mentio fiat in diplomate. Alij vero Religiosi, qui solẽt exire, bene possunt visitare Ecclesias, nisi aliud subsit impedimentum arg. *Conc. Trid. sess. 25. c. 13. de Regul. in fin.*

9 Sed quid dicendum si Monachus, vel Religiosus sine licentia Superio-

rioris accedat Romam ad consequendum Iubileum, an illum lucretur? Respond. quod lucratur, licet forte peccet accedendo sine dicta licentia ex *Io. Anan.*

10 An autem Monachus sic recipiendo Iubileum opus perfectionis faciat, vel imperfectionis? dicendum non solum esse actum perfectionis, sed meritorium, cum sit actus procedens ex charitate, vide *Caiet. tom. 1. tract. 16. quæst. 2. Cord. de Indulg. quæst. 40. Nauar. not. 5. num. 2. Triumph. de potestate Ecclesiæ quæst. 31. art. 3. Sot. in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1. dub. penultimo Hieron. à Sorbo in compend. priuil. vers. Ind. in princ. fol. 312.*

Esset tamen imperfectionis opus si eo consilio recipiatur, vt illa suscepta tepidè Christo inseruiat, vel labori in eius obsequio pareat, vel minus caute impedimenta peccatorum euitet, cum maioris perfectionis sit Religioso seruare regulam, quam Indulgentiam perquirere.

11 An autem Iubileus possit acquiri à concedente? vide in titulo de Indulgentijs.

12 An Iubileus prosit vxori, quæ accessit Romam sine licentia viri? resp. affirmatiuè, licet secundum aliquos peccet, sic è contra.

13 An prosit Clerico, præsertim habenti curam Animarum, eunti sine licentia Episcopi; de qua *in fine huius p. 1. & in Formulario verb. litteræ dimissoriæ & in Auth. de Episcopis & Cler. §. interdicimus c. licitæ de Cler. non resid. Conc. Car. 42. resp. affirmatiue*,

14 An prosit Episcopo accedenti sine licentia Papæ, cum nõ possit regulariter sine dicta licentia peregrinari, *cap. non opus de consec. dist. 5. cap. magna de uoto*? Respon. affirmatiue, quia videtur omnibus licentiam concedere Pontifex in eius Bulla anni Iubilei, & si in itinere ab Episcopo Ciuitatis, per quam transit, inuitabitur ad concionandum, debet, secundum antiquam consuetudinem, concionare *Conc. Cart. 4. cap. 33. cap. Episcopi. 7. quæst. 1.*

15 An prosit iniustè retinenti bona aliena? Respond. quod volens, & non potens restituere lucratur Iubileum, secus à contrario.

16 An Cathecumeni possint acquirere Iubileum? *Nauarr. not. 31. num. 48. & not. 32. num. 8.* tenet nondum baptizatos habentes cõtritionẽ, & baptismum flamminis posse, & verba (*Confessi &c.*) intelliguntur de illis, qui possunt secundũ *Enr. lib. 7. c. 18.* Alij secus sentiunt, *Benz.* tamen cum distinctione respondet, vt videre est *lib. 5. cap. 11. dub. 28.* vbi plura videri possunt.

17 An Iubileũ possit per alium acquiri? Resp. quod non, siue Peregrini, siue Romani sint, licet secus teneat *Arm. Indulgentia num. 18.* vbi vnus pro alio potest accipere, si ambo sint in gratia, & charitate, vt Bulla explicat *Io. Anan. de Iub dub. 10.*

Hinc

Hinc *Paulia lib. 3. cap. 5. fol. 182.* dicit quod si in concessione Indulgentię diceretur, quod pro illa lucrāda quis enumeret certæ Ecclesiæ certam pecuniæ summam, qui manu propria numerare non potest, eò quia ægrotat si per alterius manum erogetur, vel si impotentia non potest dare, quod lucratur, quod eleemosyna possit dari per manus alienas. *Enr. lib. 7. cap. 10. §.6.* nam dum alter debitoris nomine pecuniam debitam soluerit, perempta est actio debitoris *l. solutum vbi gloss. l. solutionis ff. de solut.* sed in æquipollentia ista non procedit Iubileus, quia per alium non satisfacit operibus, de æquipollenti vero conditionis vice peracto, vt si pro exoluenda pecunia. Franciscanus ille, vel Pauper orationem fundat, aut ieiunet aut aliquid simile peragat, non ita iudicandum est inquit *Paulia. ibid. fol. 183.* quia istud æquipollens non est ea conditio, sed quid simile tantum, cum autem hic æquipollens non conditionem operetur, ideo non satisfacit obligationi, &c. vbi fuse quando conditio per alium adimpleri posit.

18 An Indulgentia Iubilei prosit mortuis? Respond. negatiuè nisi in diplomate fiat expressa mentio *Syl. Indulgentia n. 21. vers. 3. & fiat* pro eis quod mandatur, sed bene possunt pro illis applicari alia opera, puta peregrinatio, visitatio Ecclesiarum, & alia, & sic ratione Indulgentiæ præcisè illis non prosunt, sed per orationes, ieiunia, peregrinationes, & similia, atq. alias indulgentias pro mortuis datas posse per modum suffragij à fidelibus defuncti adiuuari *cap. Animæ defunctorum 23. quæst. 2.*

S V M M A R I V M.

DE TRIPLICI FRVCTV QVI percipitur ab ijs, qui dignè Iubileum suscipiunt.

Cap. XXIII.

1 TRIPLEX fructus percipitur ab eo, qui dignè sacrum Iubileum suscipit, collectus ex vebis *Isaiæ* 61. dum sic inquit, *& darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.*

Pro cinere, & cilicio, scilicet pro labore pęnitentię, qui in peregrinatione, & visitatione Ecclesiarum sumitur, datur plena remissio peccatorum.

Oleum gaudij pro luctu, illud gaudium intelligitur quod per vnctionem Spiritus sancti in cordibus peregrinorum infunditur, de quo *Psal.* 44. *vnxit te Deus* &c. & sic secundus fructus est spiritualis lætitia.

Pallium laudis pro spiritu mœroris intelligitur cumulus bonorum operum.

2 Quartus fructus additur à Salomone *sap.* 7. in illis verbis *infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei*, vnde qui thesauro Ecclesiastico vsi fuerint, amicicię Dei participes efficiuntur, vt explicat *Benz. lib. 5. cap. 7.*

3 Sed in qua parte Anni sancti fructus Iubilei côsequuntur? Respon. complera vltima visitatione *Nauar. not. 32. num. 39. in gloß. vers. durante §. consequentur* dummodo in illa vltima sit in gratia.

4 Quid agendum ne fructus acquisiti Iubilei deperdantur? Respon. qui fructus acquisitos Iubilei deperdere non vuult, animo sæpe perpendat virtutis præstantiam, conscientiæ puritatem, grauitatem peccatorum, acerbitatem pænarum Purgatorij, & donum perseuerantiæ.

5 An Iubileum expiret per mortem summi Pontificis? Respond. non expirare, licet non sit à Iure, quia non est materia pænalis, sed gratiæ; nec obstat, quod per facultatem eligendi Confessarium præiudicatur Ordinarijs, quia est concessa à Papa, qui est summus Pastor probatur etiam ex *cap. super gratia de off. deleg. lib. 6.* neque gratiam neque mandatam Iurisdictionem expirare *Nauarr. de Iub. not. 31.*

num.

num. 25. Syl. Indulgentia quæst. 5. §. 7. Cord. quæst. 36. Enr. lib. 7. & 21. n. 6. Suar. disp. 57. sec. 2. & dicam infra tract. de Indulgentijs.

Nec etiam obstat defectus causæ pro regimine Ecclesiæ, nam cum plures causæ simul enumerentur in concessione, & si vna cesset, vel deficiat, si aliæ sufficiant ad concedendum concessa, non cessat dispositio vt per *Fel. in c. significasti de for comp.* licet ergo motiuum fuerit pro regimine Ecclesiæ &c. non tollitur tamen quin aliæ causę sint sufficientes, scilicet propagatio Fidei, tranquillitas Ecclesiæ, vnio Principum, & alia, quod accidit in Iubileo Inn. IX. qui in multis locis post mortem ipsius promulgatus est.

6 An tempore Iubilei sit iniungenda grauis pœnitentia? Respon. esse iniungendam salutarem, & condignam, vt in tex. Bullæ exprimi solet, & potius est minuenda *Enr. lib. 5. cap. 21. 18.* seruata tamen forma Bullæ, in qua solet addi, *iniuncta seu imposita salutari pœnitentia.*

7 Qua autem die Anni sancti, & qua hora illius diei initium, & finem habeat Iubileus, pendet ex verbis diplomatis Summorum Pontificum, qui variè in illis locuti sunt, incipiendo à Bonifacio VIII. vsq. ad Clem. VIII. solitum tamen est aperiri à vesperis Natiuitatis Domini, & finitis vesperis subsequentis anni expirare, & ita etiã videtur exponere Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. in eius Bulla proximi futuri Anni sancti, & intelligitur à primis vesperis inclusiuè, non autem exclusiue, licet enim dictio, A secũdum suam significationem excludat tempus, cui adiungitur, ita quod dies, cui annectitur, non computetur in termino iuxta *gloss. in Clem. sicut vers. à die de appell. c. super eo secundo eod.* & plures Doctores, quos refert *Barbosa de dictionib. & clausulis dict. 1.* hic tamen non excludit, nam in primis vesperis Natiuitatis Domini hic annus incipitur, & in eisdem reuoluto anno finitur, & sic dictio prædicta non solet excludere *arg. cap. 1. & 2. de fer.* quę iura statuendo vt dies Dominici à vespera in vesperã obseruentur, non excludunt, sed includunt vesperam ex *Nauarr. not. 24. n. 2. & not. 32. nu. 36.* attamen ipse *Nauarr. d. not 24.* consuluit Monialibus quibusdam, quibus concessum fuerat à Iulio III. quærere Indulgentiam Iubileam perinde acsi Romam adijssent, volentibus differre ad diem Natalis proximè futurã causa maioris deuotionis, ne id facerent, quoniam Annus Iubileus ad illum vsque diẽ exclusiuè esset duraturus, nec est pars Iubilei, sed verba Bullæ præsentis anni vesperas includere videntur.

S V M M A R I V M.

Iubilei Bulla quando, & quomodo publicentur à Romanis Pontificibus. 1.

Iubi-

DE

DE CAEREMONIIS QVAE FIVNT IN indictione Anni Sancti. Cap. XXIV.



1 PPROPINQVANTE Anno Sancto Iubilei solent Romani Pontifices in Die Ascensionis D. N. Iesu Christi diploma eiusdem Iubilei, maximo apparatu, ac pompa in principis Apostolorum Basilica Vaticana ante fores eiusdem Ecclesiæ in duobus sugestibus concinne ornatis publice vulgari sermone, alta, & intelligibili voce inter Missarum solemnia, publicari facere, in quo sacer Iubileus indicitur, postmodum in quatuor Vrbis partibus affiguntur dicta diplomata, quod faciendum curauit hoc præsenti anno 1624. Sanctissimus D. N. Vrbanus Papa VIII. qui in die Ascensionis 16. Maij feria quinta postquã Sanctitas sua ingressa est Ecclesiam S. Petri de mane, per D. Augustinum Durandum perlegi fecit dictum diploma, seu Bullam futuri anni sancti, assistentibus aliquibus Clericis Cameræ Apostolicæ, officialibus Pœnitentiariæ, & nonnullis alijs, non tamen interfuere Cardinales, nec Canonici S. Petri; subsequentibus alijs Dominicis diebus cum ijsdem ferè cæremonijs eadem Bulla perlecta fuit in reliquis Ecclesijs, in quibus Porta sancta aperiri solet.

2 Annunciatur in die Ascensionis, quia post eam dies remissionis sacræ Penthecostes adueniunt, promissus Spiritus sanctus Donator, dona illo die hominibus dantur, & quia quando Christus cælum ascendit aperta est porta cæli, quæ eousque mortalibus clausa fuerat, & sicut Christus in ascendendo benedixit Apostolis, & Discipulis, sic Romanus Pontifex in hac die populo benedicit, ideo ista die Iubileus pronũciatur, quia per eam tempus remissionis accedit, communicatio Spiritus sancti in cordibus hominum diffunditur, maxima munera homnibus annunciantur, & sicut Christus ea die benedicendo Discipulos, sese summum Ecclesiæ Pontificem, Pastorem, & Superiorem ostendit *ad Heb. 7. qui minor est à maiori benedicitur*, ita per hunc actum Iurisdictionis, & publicationis Sacri Iubilei Romanus Pontifex supremum gradum, & apicem Ecclesiæ auctoritatis & dignitatis in terris se habere declarat.

3 Perleguntur in duobus sugestibus diplomata, quia Christiani omnes

nes duobus populis constat, Iudæis scilicet, & Græcis ad *Rom.* 12. ideo pro vtriusque populi salute publicantur.

4 Publicantur Italico sermone, vt doctis & indoctis, peritis, & imperitis, viris & mulieribus innotescat, & vt omnes nationes intelligant.

5 Affigitur Bulla in quatuor Vrbis locis, vt cunctos Christianos à quatuor mundi partibus, nempe Oriente, Occidente, Austro, & Aquilone Romam ad ipsius Iubilei celebrationem conuocari significetur, instar tituli Crucis Christi quatuor linguis inscripti, significantis vniuersalem redemptionem.

6 Mittuntur postmodũ litteræ ad omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosq. Prælatos, vt sigillatim in vnaquaq; Prouincia innotescat, & vti boni Pastores populos instruãt de ijs, quæ facturi sunt, vt fieri solebat in antiquæ Legis Iubileo, qui ante septimum mensem, sonitu tubarum, magno clamore annuntiabatur.

Sed hic oritur dubium, an ad consequendum extraordinarium Iubileum satis sit notitia, quæ habetur de illo ante publicationem factã ab Ordinario loci? *Nau. cons.* 1. *de const. q.* 4. *n.* 9. tenet requiri publicationem authenticam, factam ab Ordinario loci: sed oppositum est probabilius, tenet *Emman. Rod. in summ. c.* 184. *num.* 20. vnde audita publicatione Iubilei, statim potest quis illum lucrari, & mihi graues Doctores Romę in præterito Anno sancto consuluerunt, quod quãdo notitia aliunde habita est certa, in rigore est sufficiens. requiritur autẽ vt quisquis petat ab Ordinario, seu Parocho assignationem Ecclesiæ visitandæ, nisi propter impedimentum Confessarius dispensaret cum ægroto, &c. hæc posterior opinio cõfirmatur ex tenore diplomatum huius temporis, in quibus hoc exprimitur, sed contra hanc opinionem videtur facere, quæ notat *Rod. q. Reg. tom.* 2. *q.* 98. *art.* 3. vbi clausula adiecta in diplomate Indulgentiarum cõcessarum, videlicet (*præsentibus post quinquennium non valituris*) currere intelligitur à die notificationis, seu exhibitionis, & publicationis, non autem à die concessionis, & datæ *arg. c. cum ex eo de pœnit. & remiss. Rebuff. cons.* 199. ante quam enim publicentur, non possunt lucrari, quia populus ignorat, & in concernentibus animã requiritur scientia, acceptatio, & receptio litterarum, *arg. l. non ita ff. de adopt. c. vt offic. §. cõpescendo de hæret.* sed potest res ponderari, quia expressio, quæ fit in vtroque casu mutat etiam casum.

7 Exorditur autem ista solemnitas Anni sancti in Vigilia Natiuitatis Domini, & antequam vesperæ inchoentur, quia totum sacri Aduentus tempus statũ veteris Legis designat, eiusq. imaginem expressam refert, hoc enim nomine oracula Patriarcharum & Prophetarum in propheticis scripturis, quæ venturum Messiam pronũciant Ecclesia canit, dum dicit *Rorate cœli, &c. Emitte agnum, &c.* cum itaque

eo tempore ſtatus ille ad vltimum terminum peruenit, rectè quemadmodum Synagogæ ſucceſſit Eccleſia, Moyſi Chriſtus, Prophetis Apoſtoli, ſacrificijs Sacramenta, & Legi Euãgelium, ita quoque veteri nouus Iubileus ſubrogatur, eo potiſsimum tempus exorditur, quo vmbræ figuræ, ac cæremoniæ veteris legis eſſe deſinunt, vel ideo ex antiquiſsima traditione habetur, annum Iubileum à Chriſti Natiuitate ſingulo centeſimo, vel quinquageſimo, vel vigeſimo quinto anno incępiſſe, quia Indulgentia & Annus ſanctus Iubilei includuntur in Sacramento pænitentiæ, ſed iſta incępit à prædicatione Euangelica: ergo & Indulgentia: ergo & annus Iubilei, ita *Io. Friburg. tract. de Indulg. q. 9. relat. Zer. p. 2. verſ. Annus ſanctus*.

8 Per hanc aperitionem declaratur cauſa ſufficiens, quæ eſt Romanus Pontifex, qui aperit, vt eius ſummam poteſtatem in aperiendo theſauro demonſtret, finalis vt per illam gentes iuſtè intrantes fructum ſacri Iubilei conſequantur, iuxta illud *Zac. 26. aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem*.

Materialis quæ denotant peccata, ſeu pœnas peccatorum denotat, quod impedimento ſit, ne ingreſſus ianuæ cæleſtis nobis pateat; per murum, ſaxa, & cęmenta illa, quæ diruuntur, ſignificatur, diuidũt enim, & ſeparant peccata noſtra à Deo, iuxta illud *Iſaia 59. iniquitates veſtra diuiſerunt inter me, & vos & Pſal. 17. in Deo meo tranſgrediar murum*.

Formalis exprimitur, dum per lotionem portæ apertæ, omnes Iubilei eſſentiam, & virtutem à Chriſti ſanguine, in quo lauamur, & mundamur emanare ſignificatur.

9 Dies 24. Decembris albeſcente die Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, iuſſu ſanctiſsimi clauduntur omnes portæ quatuor Eccleſiarum, quæ habent portas ſanctas, & per quas non poteſt ingredi, donec aperiantur: poſt meridiem dictæ Vigiliæ hora veſperarum ſolemnis inſtituitur proceſsio, ad quam conueniunt omnium Principum Oratores, Vrbis Magiſtratus Pœnitentiarij minores, Prælati in Vrbe commorantes, Capitula, Confraternitates, Clerus Romanus, ſacrum Illuſtriſsimorũ Cardinalium Collegium, & Romanus Pontifex indutus pluuiali, Cardinales vero, & Prælati cum ſuis veſtimentis iuxta eorum gradum, proceſsionaliter incedentes præcedente Cruce, ad Cappellam Palatij Apoſtolici, quam ingreſsi, ſummus Pontifex genuflexus ante ſanctiſsimum Sacramentum vna cum reliquis orat, interim accenduntur faces tradendæ Cardinalibus, quæ deferuntur in ſignum lætitiæ, & ad denotandum Martyres, qui continuis perſequutionibus afflicti, facti ſunt tamquam cera liqueſcens ad denotandum hunc Iubileum efficaciam habere ex ſanguine Chriſti, & Martyrum, & in memoriam eorum proceſsionis,

qui vna cum Christo *lauauerũt stolas suas in sanguine Agni Apoc. 6.*
11 Papa imponit incensum in Turibulo, incensat Sacramentum, præintonat Hymnum *Veni Creator Spiritus*, quem Cantores prosequuntur ad denotandum Patres clamantes in lymbo, *Rorate cæli desuper &c. Exod. 45.* Tendunt ad Ecclesiam Sancti Petri, defertur Pontifex in gestatoria sella vsque ad portam sanctam, quæ adhuc obstructa apparet, prout & reliquiæ omnes aliæ, eòque cum omnes conuenerint, Papa descendit, & accipiendo candelam suam accensam, ascendit ad aliam Cathedram ibi paratam iuxta portam sanctam cum tribus gradibus, sedet in ea aliquantulum, nó ab eo descendens, accedit ad portam sanctam præferens manibus Malleum argenteum, quo ter percutit murum portæ aperiendæ, terque versus sequentes præcinit, cui Cantores in singulis respondent.

℣. *Aperite mihi portas Iustitiæ.*
℟. *Ingressus in eas confitebor Domino.*
℣. *Introibo in domum tuam Domine.*
℟. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*
℣. *Aperite portas, quoniam nobiscum Deus.*
℟. *Quia fecit virtutem in Israel.*

Papa sedendo ad sedem dicit.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Et statim reuersus de porta ad sedem murarij fabri murum portæ sanctæ demoliuntur, & amotis cæmentis Papa sequitur.

℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

Actiones nostras quæsumus Domine, &c.

Qua finita Cantores cantant Psalmum.

Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia &c.

Interim populus muri reliquias, licet minutissimas aufert, Pœnitentiarij induti presbyteralibus vestimentis aqua benedicta lauant postes portæ sanctæ, qua lota, antequam Papa ingrediatur dicit sequentes versus Cantoribus respondentibus.

℣. *Hæc dies quam fecit Dominus.*
℟. *Exultemus & lætemur in ea.*
℣. *Beatus populus tuus Domine.*
℟. *Qui fecit iubilationem.*
℣. *Hæc est porta Domini.*
℟. *Iusti intrabunt per eam.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

DEus qui per Moysem famulum tuum Populo Israelitico Annum Iubilei, & remissionis instituisti: concede propitius nobis famulis tuis Iubilei annum hunc tua authoritate institutum, quo portam hanc populo tuo ad preces tuæ Maiestati porrigendas ingredienti solemniter aperire voluisti, fæliciter incboare, vt in eo venia atque Indulgentia plenæ remissionis omnium delictorum obtenta, cum dies nostræ aduocationis aduenerit, ad cælestem gloriam perfruendam tuæ misericordiæ munere perfruamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde datur Crux in manu Pontificis qui genuflexus in portam sanctam præcinit.

Te Deum laudamus, &c. & intrat portam sanctam prosequentibus Cantoribus. *Te Dominum, &c.*

Ingressus ponitur in sua sella, in qua defertur per Parafrenarios vestibus rubeis indutos vsque ad Altare maius Ecclesiæ Sancti Petri, vbi descendens de sella orat aliquantulum ante Sanctissimum Sacramentum, postmodum ascendit ad Cathedram ibi præparatam, & incipit Vesperas consuetas Natiuitatis Domini.

12 Eadem die, & hora Papa mittit tres Cardinales Legatos ad aperiendas alias portas sanctas Ecclesiarum S. Pauli, S. Ioannis Lateranen. & S. Mariæ maioris, qui singuli easdem cæremonias adhibent, & preces solēt esse 2 Archip. & Decan. inceden. magno equitū cætu Prædictæ portæ apertæ permanent per totum annum *Nauarr. de Iubil. in fin. fol.* 190.

13 Quid significet huiusmodi aperitio? Respond. quod denotat præstantiam anni Iubilei, & illius decorem, concursus totius Orbis ad Vrbem, aperitionem thesauri Ecclesiastici, bonum omen populo Christiano, distinctionem Catholicorum ab hæreticis, & Iudæis, & ad significandum, quod Christus latus passus est aperire, vt nos intus receptaret, iuxta verba *Iob* 30. *quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me*, ad significandum aperitionem portarum lymbi *Attolite portas Psal.* 30. & Paradisi hominibus iuxta *Psal.* 117. *hæc porta Domini, iusti intrabunt in ea,* & dum malleo Papa percutit, corda fidelium malleo contritionis contererentur, *iuxta Hier.* 23. *quasi malleus alternans petram, & Ezec.* 28. *omnis murus corruit in terram.*

14 Et vnde ritus claudendi, & aperiendi portam sanctam proueniat, ignoratur initium, & origo, nam de huiusmodi aperitione mentionē facit

facit *Alex. VI. In Bulla inter curas*, & quoniã de solito ibi fit mentio, apparet ritum fuisse antiquum, de huiusmodi ritu facit mentionẽ *D. Anton. in sua Chronica*, vnde ex antiquissimo vsu aperiri solet, & quoniam antiquus Ecclesiæ mos erat eijciendi pœnitentes ab Ecclesia initio Quadragesimæ *cap. in capite 50. dist.* illis prolatis verbis in sudore, &c. ad instar Adam, qui proiectus est de Paradiso, & Angeli positi in porta cæli cum ignito gladio, vt prohiberẽt ingressum eius, sic claudebantur portæ huiusmodi, pœnitentibus expulsis. In die vero cœnæ Domini, facta absolutione, prædicti pœnitentes in Ecclesiã introducebantur in signum præmissæ pœnitentiæ peccatorum suorũ, & licet in Ecclesia starent, tamen cum alijs non communicabant in Ecclesia, vel osculo pacis *c. Cœna de cõse. d. 2.* & sic permittebatur illis stare in Ecclesia, vsque ad octauam Paschæ, quod si satisfactio, & pœnitentia absoluta non fuisset, tunc iterum post Paschæ octauam exibant, extra quam manebant, vsque ad diem sequentis anni, & quandoque vsque ad finem vitæ *c. admonere 33. quæst. 2.* de huiusmodi ritu *Bruchar. lib. 19. cap. 26. Iuo. part. 15. c. 45. Rhebal. Card. lib. de pœnit. & in rit. Rom.* & sic atrium Ecclesiæ proprius locus pœnitentiũ erat; ex more illo igitur pœnitentium orta est consuetudo aperiendi portam sanctam Anno Iubilei.

15 Quæ nam ex quatuor portis, prima aperienda sit in Anno sancto, dicendum quod licet Ecclesia Lateranensis, super omnes Vrbis Ecclesias, in omnibus præcedentiam, & prærogatiuam habeat ex *Greg. XI. & Pio V. constit quæ incipit In firma*, nihilominus in Pontificalibus actionibus, in quibus Papalis dignitas, Maiestas, & Auctoritas ad omnes orbis partes sese extendit, vt in Canonizatione Sanctorũ. Imperatorum, ac Regum coronatione, seu Benedictione regulariter in Basilica S. Petri celebrantur, sic in aperitione Portæ sanctæ, & diplomatis publicatione dicta Ecclesia præfertur in tempore, ac in modo aperiendi, cum prima aperiatur, & per manum summi Pontitificis, vt supra.

16 An sit necessarium ingredi portas pro consequutione Iubilei? Respondetur, quod pium & sanctum est, non tamen esse necessarium, prout nec est necesse visitare septem Altaria, nec gradus Schalæ sanctæ, sed pium, & sanctum est huiusmodi opera exercere.

17 Ingressus autem per eam significat, quod serui Dei se collocant in statu gratiæ.

18 An egredi per portam sanctam sit peccatum? dico quod nullum est peccatum.

19 An ingredi cum peccato mortali fiat nouum peccatum? dico quod nec fit nouum peccatum, semoto contemptu.

20 An alius quam Papa possit aperire portam sanctam? Respondetur,

quod sede vacante, si Iubileus erat ante à prædecessoribus Pontificibus indictus, & denunciatus, & Cardinales Conclaue ingressi non fuerint Cardinalis Decanus Hostiensis, loco Papæ portam hanc aperiet; alias alij Cardinales cum sit forma accidentalis Iubilei, quæ etiam omitti potest, & hoc, ne deuotio fidelium, & Religio minuatur & celebratio Iubilei absolesceret.

21 Si indictus non fuerit ante mortem Papæ Iubileus, non potest promulgari, nec portam in consequentiam aperiri, solus enim Papa, & Concilia generalia, vt infra patebit in Dei Ecclesiam Indulgentiam plenariam elargiri possunt, vt *DD. in 4. distinct. 21.* & ego in tractatu de potestate Romani Pontificis dum de Conclaui Pauli Quinti tractatur, nisi velimus dicere, quod cum Indulgentia plenissima sancti Iubilei à summis Pontificibus prædecessoribus præsertim Paulo Secũdo, Sixto Quarto, Alexandro Sexto, Iulio Tertio, Gregorio Decimitertio, Clemente Octauo, concessa videatur vigesimo quinto quoque Anno, & sic enunciata, confirmata, approbata, & innouata absque dubio possent Illustrissimi Cardinales supplere functiones, & sic aperire portam sanctam, & Decanus dirigere litteras ad vniuersos Christianos populos, significando inchoationem huiusmodi anni Iubilei à superioribus Pontificibus concessi instare, eosq. ad sanctam peregrinationem inuitare, cum non sit nouam concedere Indulgentiam, sed veterem promulgare, & quod absque alia declaratione Indulgentiæ Iubilei ineunte Anno sancto incipiat, declarant verba Iulij Tertij, in eius constitutione *si Pastores*, vnde cum post aduentum tempus Iubilei, qui currebat anno Domini 1559. creatus fuisset Pontifex, Bullam edidit *Datum anno 1550. sexto Kal. Martij Ann. Pontificatus primo*, in qua dicit Annum iubilei tunc incœpisse à Natiuitate D. N. Iesu Christi, prox. præterita.

22 Dicitur porta sancta, quia qui per eam ingrediuntur sordibus peccatorum reatu, & inquinamentis purgantur, vel quia de ea cantatur, *hæc est porta Domini iusti intrabunt per eam*; *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino*, vel quia in eius patefactione Deum esse nobiscum apparet, nouo quodam beneficio, seu dono, cum dicitur *aperite portas, quia nobiscum Deus*, vel quia spirituali benedictione aquæ sanctæ benedictæ, ac lotione benedicta redijt, vel quia dum clauditur creaturæ lapidis, calcis & sabuli in Christi nomine benedicuntur, & sanctificantur.

23 Tenor autem Indictionis præsenti Anni iubilei, potest videri ex Bulla suprapostita *cap. 9. num. 21.*

SVM-

SVMMARIVM.

DE CAEREMONIIS,
Quæ fiunt in decursu Anni sancti.
Cap. XXV.

1 
OLENT in decursu Anni sancti vltra frequentiam Sacramentorum, abundantiam Cōcionum, & sermonum, copiam eleemosynarū, exercitium pœnitentiarum, hospitalitatem peregrinorum, & cætera, quæ Romæ fiunt, Societates, & Confraternitates, Collegia, & Capitula Canonicorum processionaliter ad Vrbem & Ecclesias statutas visitare, de quibus processionibus vide in meo Alphabetico verbo processiones, vbi plura scitu digna.

Licet autem fiant huiusmodi processiones pro recipiendo summo Pontifice, Principibus, & Prælatis, pro transferendis corporibus, scilicet pro sepeliendis mortuis, placanda ira Dei in calamitatibus, & necessitatibus inundationū fluminum, tempore pestis, terremotuū, in infestationibus animaliū, bello, & similia, nihilominus in proposito no-
2 stro fiunt vt feruentius, & efficacius oretur, & facilius quod volumus à Deo impetremur, sunt enim simul Oratores quasi in acie precibus dimicantes ex *D. Thom. quodlib. 7. art. 18.* vide *D. Ambros. lib. 1. offic. cap. 29. sub finem, & alios.* Hinc *Conc. Tolet. sess. 6. cap. 1 & 2.* sic loquitur de processionibus. *Annua successione peragantur, vt Indulgentia delictorum lachrymis impetretur,* & *sanctus* Leo *Papa serm. 4. de verbis Domini in monte, tunc est efficacior, sanctiorq. deuotio quando in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus est animus,* & *vnus sensus, vnde Tertull. ait coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deū, quasi manufacta precationibus ambiamus orantes,* & *Marc. cap. 18. quando ex vobis duo aut tres conueniunt super terram in nomine meo de-*

omni re, quamcumque petierint fiet illis à Patre meo.

3 Et ſicut Rex Dauid coegit populum ſuum, vt proceſsionaliter obuiam iret ad reportandam arcam Domini ad Tabernaculũ 2. *Reg.6.* ſic iſtæ Confraterninates, & Capitula, quæ conſacrare intendunt arcam conſcientiarum ſuarum Domino in recipiendis ſanctiſsimis Iubilei Indulgentijs proceſsionaliter Vrbem incedunt.

4 Proceſsionibus quæ fiunt in Anno ſancto, tam in inchoatione, ſeù in principio, quam in fine, quis non cogitur intereſſe pro lucranda Iubilea Indulgentia, nec eſt de præcepto, ſed de conſilio, prout in reliquis proceſsionibus, quæ in bullis Indulgentiarum, & Iubileorum præcipiuntur *Nauarr. Miſcell. de Orat. 60.*

SVMMARIVM.

Ritus qui ſeruantur in clauſura Portæ ſanctæ. 1.

Cardinales legati qua pompa mittuntur à Papa ad claudendas alias portas ſanctas. 2.

Cereos accenſos Papa, & Cardinales in clauſura Portæ ſanctæ cur deferunt.

Lanceæ Chriſti Domini cuſpitem Papa cur antequam Portam ſanctam claudat adoret.

Antiphona, cum iucunditate, Papa ante clauſam Portam cur præcinit. 5.

Per Portam ſanctam Papa, Clerus, & vniuerſus populus, cur antequam ea claudatur exeunt. 6.

Linteo cur Papa benedicendo præparatam materiam Portæ ſanctæ ſe præcingit. 7.

Trullam argenteam Papa claudendo portam ſanctam cur in manu deſumit. 8.

Numiſmata aurea, & argentea cælaturis conſignata, cur in muro portæ ſanctæ reponuntur. 9.

Pœnitentiarij cum Pœnitentiario Maiori, cur ſuperponunt lapidem poſt Papam in eadem Porta ſancta. 11.

Porta ſancta cur manibus ſummi Pontificis aperiatur, & claudatur. 10.

Porta ſancta cur clauditur lapidibus, & non ligneis tabulis. 12.

DE

DE CAEREMONIIS, Quæ fiunt in fine Anni Sancti. Cap. XXVI.



1 PPROPINQVANTE Vigilia Natiuitatis Domini sequentis anni, aliquot ante diebus edicto significatur in dicta Vigilia portã sanctam Basilicæ Vaticanæ à summo Pontifice peractis vesperis clausum iri.

Dicta die adueniente fit processio à Palatio Apostolico (vt supra dictum est) ad Basilicam S.Petri, in qua fusis primo precibus ante Sanctissimum Sacramentum, recitatisq. ve-
2 spertinis horis, tres ex Cardinalibus mittuntur ad claudendas tres alias portas sanctas cæterarum Ecclesiarum, qui accepta benedictione à summo Pontifice cum magna pompa, & solemnitate ad functionem peragendum equitant, interim cærei albi, Papæ, & Cardinalibus
3 distribuuntur, qui accensi deferuntur ad denotandum, quod licet Annus sanctus claudatur, semper tamen fides in Christum debet in nobis vigere, & quia seruus in septimo Anno liber rediens cum tali veste exire debebat, cum qua introierat ad seruiendũ *Exod.21.* Candelæ igitur accensæ in fine, sicut in principio Anni sancti deferendæ sunt, vt Christianus admoneatur, virtutum igniculis, quos toto eo anno in se accensos esse cognouerit, vita spirituali durante cum Deo gratia sibi esse aduertat, & bonorum operum exemplo proximis prælucendæ.

Et sic præcedente Cruce ad portam sanctam claudendam omnes vna simul progrediuntur, Papa sub vmbella in sella subsequente qui vbi deuentum est ante Altare sanctissimi Sacramenti gratias Deo agit, quodcum ipsius gloria, & spirituali populorum fructu sacer Dei annus reuolutus sit, mox effigiem Domini Nostri Iesu Christi, &
4 Lanceæ Dominicæ cuspidem adorat ad denotandum, quod sicut Sacramenta è latere Christi ad culpas abluendas effluxerunt, sic virtus & efficacia Iubilei ad pœnas peccatorum delendas, ex eodem fonte emanat, & licet per portam sanctam egrediendum sit, numquã tamen licet Christiano ex latere Christi aperto egredi, sed semper in eo cõmorandum Fide, Spe, & Charitate ex *Aug. serm. de temp. barbar. c.8.* vnde per angustam portam lateris Christi ingressus est latro mutatus,

tatus, pænitens Iudæus conuersus, omnis Paganus, & ab eo exijt foras malus Hæreticus Arianus, contemnite intrare per angustam portam, quid angustius illo foramine, quod vnus ex militibus percutiendo latus Crucifixi aperuit? & tamen per has angustias penè iam totus mundus intrauit: Postea idem Pontifex præcinit Antiphonam
5 *Cum iucunditate*, vt vniuersitas fidelium beneficia Iubilei se per Christum impetrasse lætetur, quia portæ inferi contristantur, quod aduersus huius operis sanctitatem non præualuerint. Cãtores prosesequuntur cum psalmo *Nisi domum ædificauerit domum*. Interim omnes ad portam sanctam progrediuntur, absolutis precibus Papa, qui in solio interim stetit conuersus ad portam deposita Mitra, candelam accensam manu præferens benedicit materiam ibi paratam ad claudendam portam dicens:

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cælum & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.*
℣. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.*
℟. *Hic factus est in caput anguli.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

SVmme Deus, qui summa, media, imaq; custodis, qui omnem creaturam intrinsecus ambiendo sancti † fica, & bene † dic has creaturas lapidis, calcis, & sabuli. Per Christum Dominum Amen.

6 Antequam claudatur, Summus Pontifex, Clerus, & vniuersus populus per portam exeunt, & ratio, quod non antea fit licet per eam ingrediantur, est vt virtus & efficacia Iubilei indicetur vel quod omnibus prudentium, Virginum instar accensis, ornatisq; lampadibus exire obuiam sponso, & sponsæ necesse sit iuxta illud *Matth.* 25. & ad denotandum quod quicumque vsque ad finem vitæ perseuerat, in gratia Dei exibit ab hoc mundo cum pace, & in iucunditate.

7 Deinde aspergit aqua benedicta & incensat dictam materiam sumptaq; mitra præcingit se linteo albo ad denotandum se seruum seruorum Dei, & quod non venit ministrari, sed ministrare ad similitudinem Christi, & Trulla argentea inaurata, à Maiori Pęnitentiario sibi porrecta, & in manibus accepta, ex calcearea corbe, quam Magister Cæremoniarum præfert, ter calcem sumit ac distendit in medio

8 dio ipſo limine primum ad ſignificãdum Zacchariam, qui vidit Dominum ſuper murum, & in manu eius Trullam Cęmentarij *Amos 7.* tum ad dexteram, lęuamq; ijſdem in locis in ipſa calce aurea argenteaq; numiſmata varijs notis inſignibus ac cælaturis conſignata
9 conſepilit ad denotandum muros cæleſtis Hieruſalem, qui *Apoch. cap. 21.* deſcribuntur ex lapidibus precioſis meritorum & gloriæ eſſe conſtructos, vtque fideles intelligant ita theſaurum Indulgentiæ Iubileæ claudi, vt non niſi in ſequenti Iubileo pleniſſimè aperiendus ſit.

Dictis numiſmatibus tres quadratos lapides ſuperponit ſubmiſſa voce, quæ ſequuntur conceptis verbis pronunciat.

In fide & virtute Ieſu Chriſti filÿ Dei viui, qui Apoſtolorum Principi dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, collocamus lapidem hunc primarium ad claudendas hanc portam ſanctam, ipſo tantummodo Iubilei Anno iterum reſerendam in nomine Pa † tris, &c.

10 Ratio autem cur porta ſancta aperiatur, & claudatur manibus Sũmi Pontificis eſt, vt Summi Diſpenſatoris Aerarij voluntas dignoſcatur, qui poteſtate clauium pleniſſimam Indulgentiam theſaurum per vnius anni curriculum aperuit, quo elapſo huiuſmodi beneficij ianua obcluditur.

11 Quo facto à fabro murario deducto funiculo, materiaq; in omnem partem aptè conſtructam Maior pœnitentiarius Trulla itidem argentea ſumpta, alium ipſe lapidem ſuperponit, & à ſubiectis ſibi pęnitentiarijs adiutus, ad denotandum quod ſunt cooperatores Papæ in Sacramento pœnitentiæ ipſo inſpectante, ac præſidente Pontifice opus in ſatis magnam altitudinem educit, interim chorus canit Hymnum *Vrbs Beata Hieruſalem*, tunc Pontifex manibus ablutis dicit:

℣. *Saluum fac populum tuum* Domine.
℟. *Et benedic hæreditati tuæ.*
℣. *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.*
℟. *Quemadmodum ſperauimus in te.*
℣. *Mitte nobis Domine auxilium de ſancto.*
℟. *Et de Syon tuere eos.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

DEus qui omni loco dominationis tuæ elemens, & benignus existis: exaudi nos quæsumus, & præsta vt inuiolabilis permaneat huius loci sanctificatio, & beneficia tui muneris in hoc Iubileo Anno vniuersitas fidelium impetrasse lætetur. Per Christum, &c.

12 Clauditur autem ista porta sancta lapidibus, non autem ligneis tabulis, quia murus Christum significat qui malignorum spirituum vitæ spirituali insidiantium impetus arcet ex *Greg. lib. 20. moral. c. 23.* est enim Christus murus ligneus, qui credentes, & habitantes in Ecclesia protegit, calefacit, & in spiritu feruentes efficit *Zacc. 2.* & quia per murum firmitas, & constantia Euangelij, & Pontificiæ potestatis designatur, aduersus quam portæ Inferi præualere non possunt *Hier. super Isai. 22.*

Precibus completis iterum in solio residet, & dum à duodecim murarijs senis, & senis ab vtraque parte positis, extrema scilicet atque intima depositis tota porta obstruitur. Chorus cantat *Psal. Lauda Hierusalem Dominum, &c. Lætatus sum,* & alios similes, tunc vniuerso opere perfecto summus Pontif. benedictionem suam cum plenissima Iubilei Indulgentia cunctis impertitur præsentibus, qui faustis illam acclamationibus excipientes vitam inuicem ipsi, & fœlicitatem comprecantur, postea *Te Deum &c.* & populus dimittitur Pontifex ad sua domicilia se recipit.

SVMMARIVM.

Episcopus qua forma debet instruere populum ad suscipiendum Iubileum. 1.

Episcopus mandare debet affigi copiam Bullæ Iubilei, per diuersas Ciuitates, & Diœcesis partes. 2.

Episcopus qua forma debet instruere Clericos, & Sacerdotes ad suscipiendum Iubileum. 3.

Confraternitates, quo ordine & ritu debent peregrinationem insumere pro deuote lucrando Iubileo. 4.

Vnicuique Confraternitati debet Sacerdos præfigi vt caput, & Rector. 5.

Confraternitates antequam discedant à Ciuitate ad Vrbem debent accipere benedictionem ab Episcopo, sacrum audire, & Eucharistiam sumere. 6.

Con-

QVOMODO EPISCOPI INSTRVERE debent populum ad Iubileum suscipiendum, & quid ipse facturus sit. Cap. XXVII.

1 
DVENIENTE Anno sancto recolere debet Episcopus populo sibi commisso fructum huius sancti Iubilei, promulgare diploma Romani Pontificis inter Missarum solemnia assistente Clero, Magistratu, ac populo, lecto Euangelio, in alto & ornato sugestu per Clericum sacris vestibus indutum, & intelligibili voce.

2 Affigi curet copiam diplomatis per diuersas Ciuitatis, & Diœcesis partes. Per se, vel per alios declaret conditionem, & mysteria Iubilei, adhorteturq; populum ad illum suscipiendum, doceat modũ susceptionis, annunciet Romanæ Vrbis sanctitatem, exaggeret fructus peregrinationis, sanctorum Apostolorum Ecclesiarum dignitatem, Romani Pontificis in omnes clementiam, & charitatem, multitudinem Indulgentiarum, quas occasione anni sancti consequi possunt; moneat, vt omnes Cõfessionem, & Communionem præmittant, vt animaduertat quod si quis moriatur in via, vel ita impediatur vt cœptum iter prosequi non possit, adhuc Indulgentiam Iubileam lucratur, vt soliciti sint ad Iubileum consequendum, ne occurrente subitanea morte tam magnum nequeant consequi beneficium; cohortetur vt ad vrbem accessuri peregrinationem cum deuotione, & attentione, ac pietate amplectantur, atque in eundo, & redeundo in iustitia, & sanctitate perficiant, & in cordis puritate se conseruent.

3 Clericos moneat, vt ante discessum peccata sua confiteantur, Missam pro iter agentibus celebrent, vel audiant si Sacerdotes non sint, in qua sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumant, in itinere habitu clericali, licet breuiori, decenti vtantur, tonsuram deferant, ac breuiarium; comites itineris honestos sibi adiungant, non mulieres, nec in curru cum eisdem, nec in hospitio, nec eadem mensa accumbant; in omni diuersorio ante cibum mensæ benedicant, post illas gratias Deo agant, ostiatim non victum quærant nisi

nisi voti causa, & de eius licentia. Cum ad oppidum aliquod peruenerint primum religiosè Ecclesiam adeant, vbi litanias, vel alias preces genuflexi recitent; ad honestum hospitium se recipiant, & si pro eis destinata loca fuerint ab illis non diuertant, qui tenentur ad Horas canonicas; illas itineris causa non omittant nec ieiunia frangant, nec sacrum Missæ sacrificium singulis diebus audire prætermittant, vel potius celebrent, si commodè facere possint, quotidie de mane itinerarium dicant; à vanis colloquijs, murmurationibus, lasciuis cantilenis, cæterisq; inhonestis abstineant; Psalmos, & cantica sacra cantent, & in tota peregrinatione bonum exemplum præbeant; cum Romam peruenerint decentes, & talares vestes deferãt, Reuerendiss. Vicesgerenti litteras dimissoriales ostendant, & licentiam celebrandi obtineant, illos hortetur ad Confessionem generalem præmittendam alicui ex Pœnitentiarijs vt celebrent vel communicent, loca sacra ad præscriptum Iubilei visitent, cæteraq; in eo statuta seruent, in discessu ab Vrbe testimoniales litteras Confessionis, & Communionis deferant, cum ad patriam peruenerint Ecclesia Maiori visitata Deo gratias agãt de fœlici reditu; prohibeat demum ne absque litteris dimissorialibus discedant, cæteraq; Episcopus seruet, quæ Sanctiss. Vrbanus VIII. statuit in sua Bulla indictionis Iubilei in §. Vos autem venerabiles fratres, vsq; ad §. hortamur quoque, quæ Bulla descripta est supra in hac parte cap. 9. in fine.

4 Confratres, qui ad Iubileum consequendum progredi voluerint antequam peregrinationem incipiant omnes in duobus libris describantur. vnicuique Confraternitati vnus Sacerdos bonæ vitæ præfi-
5 ciatur, qui tamquam caput, & rector sit, à Confratribus quatuor constituantur Consiliarij, ad quorum consilium omnes circa præcedentiam regulentur; statuatur dies discessus, & summo mane in ma-
6 trice Ecclesia coadunati; audito Sacro Eucharistiam sumant de manu Episcopi, si fieri poterit, & ab eodem solemniter benedicantur, & cum canticis, & Hymnis spiritualibus in nomine Domini iter arripiant, si vno hospitio omnes se recipere non poterunt in tot turmas diuidantur, & cuilibet vnus præfectus assignetur à Rectore, & Consiliarijs, appropinquantes Romã in aliquo loco destinato à Consiliarijs totum corpus societatis expectetur, vt omnes simul Vrbem ingredi valeant, cum aliquod oppidum ingrediuntur, saccis processionaliter incedant, & præcipue Ecclesiam visitent cum gratiarum
7 actione in hospitio ante cœnam litanias decantent, mane antequam
8 progrediantur Missam omnes audiant itinerarium non omittant, fe-
9 stiuis diebus Eucharistiam sumant, vbique modestiam, & silentium
10 seruent, ante cibum fiat benedictio, & post illum gratiarum actio; eo ordine quo ingrediuntur Ciuitates, & loca eodem discedant, &

ser-

11 seruent vsque ad quartam partem saltem milliarij, reliquum itineris vnusquisque conficere poterit prout illi commodius videbitur,
12 siue pedester, siue equestri in itinere psalmos decantent, nempè *Qui habitat in adiutorio altissimi &c. Super flumina Babylonis, &c. Dominus regit me &c. Miserere mei Deus, &c. Dominus illuminatio mea, &c. Leuaui oculos meos, &c. Quemadmodum desiderat, &c. Benedicite omnia opera &c.* vel similes pijs meditationibus, alijsq; bo-
13 nis operibus vacent; si quis in itinere infirmetur vel moriatur, pietatis Christianæ officia in illum omni cura reliqui exerceant, nec infirmum derelinquant, nisi in loco, & apud illos, qui curam illius gerere possint.

14 Camerarium seu Oeconomum constituant in cuius manibus æquales pecunias ad expensas necessarias tribuant, & pro communibus expensis, quæ præter victum necessaria erunt, puta pro Missis, cera, vecturis, &c. vel de redditibus Confraternitatis, si alio onere non sit grauata, vel vnusquisq; symbolum aliquod pecuniæ arbitrio Consiliariorum deponent, qui curru, vel equis vti voluerint suis expensis faciat, vnum famulum, & equum, & non plures sine Consiliariorum licentia vnusquisque ducat. Vrbem autem ingressuri per quar-
15 tam partem saltem milliarij, saccis se induant, processionaliter ingrediantur cum vexillis dum Ecclesias visitant cantent canticum *Cantemus Domino, Iubilate Deo, Benedic anima mea Domino, Venite exultemus, Magnificat, Benedictus Deus, Nunc dimittis, Te Deum laudamus.*

16 Accepto Iubileo cum deuotione per viam statutam à Consiliarijs, ad patriam reuertantur, & ad eam cum peruenerint in matrice Ecclesia gratias Deo agant, & benedictionem ab Episcopo, si fieri poterit, accipiant.

Omnes denique viri, & mulieres admoneantur huiusmodi peregrinationem, non curiositatis, aut recreationis, sed deuotionis, & pœnitentiæ causa esse suscipiendum, mulieres præsertim in itinere comites habeant mulieres, absque pompa, & vano ornatu incedentes, patres & matres suis prospiciant familijs ac domibus, vt qui remanserint nullam patiantur animæ vel corporis iniuriam; confessionem, & communionem ante discessum præmittant, in itinere omnia inhonesta, vana colloquia, & murmurationes fugiant, Missam singulis diebus audiant; preces Deo fundant, feruorem deuotionis indies augere procurent; pro Romano Pontifice orent, eleemosynas iuxta facultates largiãtur, ante solis occasum in hospitio si fieri potest se recipiant, eleemosynas sine necessitate non quærant, & necessitate occurrente sine importunitate petant, cum ad loca peruenerint Ecclesiam Matricem adeant, infirmos in hospitali detentos visi-

uisitent, vel aliud opus pium, si opportunitas temporis exposcat, faciant, in hospitio bono sint exemplo, & cum modestia inde discedant.

18 In Vrbe peccata sua confiteantur, Eucharistiam sumant, Ecclesias visitent, & reliqua faciant, quę Diploma mandat, & sine commendatitijs litteris non discedant.

19 Demum Episcopus omnium auribus intonet, quod accessus ad lucrandam Indulgentiam Iubileam in hoc Anno Sancto, nihil aliud denotat, quàm participationem præciosissimi sanguinis D.N.Iesu Christi, laborum, passionum, martyrij, ac meritorum Sanctorum, plus, & minus prout Vicarius Christi in Terris dispensator huiusmodi thesauri concedere dignatur, in sanctificationem, & cancellationem pœnarum, quæ remanent post remissionem culparum, mediante Sacramento Pœnitentiæ persoluend. in Purgatorio. Annunciet tempus colligendi fructus, recuperandi patriam deperditam, quod sunt dies pœnitentiæ, ad saluandas animas, & quod nunc est dies salutis. Accedãt omnes ad hauriendas aquas de fontibus saluatoris saluberrimas, & sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderare debet anima vniuscuiusque ad fontem tot, & tantarum Indulgentiarum.

20 Episcopus hac occasione vberiores eleemosynas distribuat, præci-
21 pue peregrinantibus. De viduis puellis, & reliquis personis, quæ in locis remanent, talem curam suscipiat, vt nulla afficiantur iniuria; pro itinerantibus singulis diebus preces Deo in Ecclesijs effundi curet, regulares moneat, vt Religiosi Peregrini sui ordinis, qui de licentia Superiornm ad lucrandum Iubileum Vrbem accedunt, modestè & deuotè se gerant, in regressu Confraternitates solemni pompa recipiat, & cætera faciat, quæ prudentia, sanctitas, & deuotio vniuscuiusque expostulat.

Formula litterarum dimissorialium Pro Clericis.

N. Episcopus.

22 *TIbi N. Sanctam Peregrinationem Romam, Iubilei causa, suscipere cupienti, his nostris litteris facultatem damus, (pium animi tui propositum attendentes) vt, tu ab hac Ciuitate, vel loco Diœcesis recedere vtaleas* (quod si curatus erit, est addendum) (*relicto tamen prius alio Sacerdote à nobis probato, qui munus tuum, dum peregrinando abieris, integre præstet*) *ob talem peregrinationem per duos menses à die concessionis præsentium connumerandos abesse possis. Te autem in Domino monentes, vt in toto itinere admonitiones, à nobis traditas ante oculos habeas atque secundum illas religiosè progrediaris. His autem nostris litteris omnibus fidelibus testatum esse volumus, te, prout Nobis significasti, Iubilei causa hanc sanctam peregrinationem suscepisse,*

pisse, nec, (quod sciamus) te apud forum nostrum Episcopale vllo crimine accusatum delatum, inquisitum, condemnatum, neque vllo excõmunicationis censuræ, alteriusue Ecclesiastico vinculo irretitũ esse, rogantes etiam in Domino tam Magistratus, & locorum Dominos, quam alios quoscumque, apud quos in itinere te esse contingerit, vt te Christiana beneuolentia complectantur retributionem apud Deum pro collatis in te officijs habituri. In quorum, &c. Datum, &c.

Formula litterarum commendatitiarum Pro Laicis.

N. Episcopus, &c.

23 *TIbi dilecto nobis in Christo N. &c. ad Sanctam Vrbem Iubilei causa petenti, nostrasq. iuxta Canonum instituta testimoniales, & commendatitias expostulanti, tale animi tui propositum, pietatemq. commendantes in Domino, prius benedicentes, has testimoniales, &*
23 *commendatitias nostras litteras damus, quarum facultate tibi liceat vbique, cuicumque confessario Sacerdoti approbato peccata tua confiteri monentes, vt antequam iter arripias peccata tua confitearis, & sacram Eucharistiam sumas; in itinere quæ deuotionis studium impedire possunt sedulo studeas, & tantum amplectaris, quibus tua pietas excitetur, eleemosynas iuxta facultates Pauperibus distribuas; ab omni peccato, & peccandi occasione abstineas, religiosè Sanctorum Ecclesias, sacraq. Vrbis loca visites, vt peccatorum tuorum plenissimam Indulgentiam cum vitæ emendatione consequaris. Datum &c.*

Hactenus de Iubileo, & Anno Sancto, reliquum est, vt ad Indulgentiarum materiam pertranseamus.

Finis Primæ Partis.

PRÆ-

DE INDVLGENTIIS, ET ALIIS MATERIIS AD EARVMDEM TRACTATVM PERTINENTIBVS AC NECESSARIIS.

Authore

IVLIO LAVORIO DE LAVRINO
Caputaq. Diœcesis Proth. Apost.

ET ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. CARD. MVTI
Viterb. & Tuscan. Episcopi Auditore.

PARS SECVNDA.



ROMÆ,
Ex Typographia Alexandri Zannetti. MDCXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

PRAEFATIO.



2 BREVI quodam Compendio tractaui hucusque de Iubileo, qui cum nihil aliud sonet, quàm Indulgentiã, ideo in hac secunda Parte de Indulgentijs agitur: Materia quidem per difficilis, grauis, & à multis fusè, doctè, & copiosè pertractata; ipse vero, qùi saluti tantum Animarum prospicio, vt gloriosus de hoc labore fructus colligatur, superfluis resecatis, prolixitate vitata, cum prolixitas confusionem inducat, ac tædium animis Lectorum generet, dilucida, & clara quantum fieri poterit breuitate vtar, & ne obscurus fiam, & damnum aliquod intelligentiæ proueniat, nihil ex eis, quæ ad materiæ intellectum necessaria sunt omittere conabor, melius namque est materiam intactam relinquere, quam imperfectam, & laceratam tradere, cum nihil (inquit Cicero) dici debeat, aut parum dici non possit.

DE INDVLGENTIIS

Pars Secunda.

SVMMARIVM.

DE

DE PECCATO ORIGINALI, ET ACTVALI.
Cap. I.

1 QVONIAM natura humana in duas diuidi-
tur partes, in primos ſcilicet parentes, qui nō
ſunt generati, ſed benigna manu Dei plaſmati,
& conditi, & in eorum poſteros, qui ab eiſdem
generatione propagati, carnem ſumpſere (ani-
2 mam vero infundit illis Deus creatione, ſicut
& infudit dictis primis parētibus) Duos quo-
que habet Anima ſtatus, vnum ante vſum
3 arbitrij, in quo propter corruptam carnem,
cui iniungitur eſt immunda, turpis, & Deo odibilis, licet nihil ſua
ſponte peccauerit, hanc tamen immunditiam contrahit propter
carnem primi Parentis corruptam, & quia ſit pars naturæ corru-
ptæ. Alium ſtatum habet poſt vſum liberi arbitrij, quod quia prius à
carne vitiatum eſt, ideo ipſa anima propria voluntate actualiter ma-
lum agit.
4 Hinc factum eſt, quod in homine duo peccata reperiuntur, origina-
5 le ſcilicet, & actuale, quæ cauſa ſunt, vt ſi homo creatus cum aliquo
ipſorum moriatur, ianua Paradiſi illi obcludatur, & fine propter quē
eſt creatus, qui eſt Patria æterna fruſtetur. Ideo aliquo remedio col-
lapſo, & confracto homini reparandum eſt.
6 Originale eſt peccatum naturæ abſque proprio actu, quod duplici-
7 ter conſiderari poteſt, vel vt peccatum priuatum, & particulare
Adæ, & ſic fuit peccatum perſonæ non originis, vel vt peccatum
vniuerſale ideſt Adami, vt gerebat perſonam totius naturæ repræſen-
tatiuè, & ſic eſt peccatum originale, & migrat in poſteros, quia vo-
luntas Adami, erat quodammodo voluntas totius naturæ humanæ,
8 traducitur enim peccatum originale ad poſterios, quia concomita-
tur naturam, hæc enim cum contineretur tota in Adam, tota facta
9 eſt inuiſa Deo, quare quando hæc communicatur per generationē, &
ſemen, communicatur etiam peccatum, vt puta ſi Rex daret caſtrum
Militi, & eius poſteritati cum pacto, vt ſeruaret fidem, ea violata po-
ſteri priuarentur caſtro, ad quos ille reatus tranſmitteretur per trāſ-
miſſionem naturæ, quare peccatum originale tranſit ab anima Adæ
ad animas poſterorum mediante carne generata per concupiſcentiā,
ita quod ſicut ab anima peccante infecta fuit caro Adæ, ita caro ſe-
minata trahit ſecum infectionem & vitiat animam *Conc. Trid. ſeſſ. 5.
de peccato originali*, vnde patet, quod perſona Adæ corrupit natu-

ram,& natura corrupta corrupit alias personas posterorum.

10 Dicitur transmitti peccatum per semen, quia est instrumentū na-
11 turæ, & peccatum originale dicitur esse in semine, non quasi in eo sit virtus productiua peccati, cum peccatum sit priuatio, sed quia in semine est virtus instrumentaria producendi naturam *D. Thom. p.2. q.81.ar.3.ad tertium, & ibidem Caiet.* & peccatum originale non dicitur transmitti per libidinem, quasi hæc sit causa illius, sed quia est signum quod homo sit conceptus à primo parente, & ita contraxerit peccatum, & sic intelligitur *Aug.c.2.de fide ad Petrum.*

12 Alia vero peccata Adæ vel proximorum parentum non transmittuntur ad posteros, nam solum transmittuntur, quæ pertinent ad naturam, non quæ ad personam, & vt donum iustitiæ fuit donum naturæ, ita etiam priuatio eius; aliavero fuerunt personalia.

13 Ex isto peccato cōsequuta sunt quatuor veluti animæ vulnera scilicet ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, infirmitas in irascibili, & concupiscentia in concupiscibili.

Et quoniam per iustitiā originalem ratio cōtinebat in officio omnes uires inferiores, subtracta ea iustitia per peccatum primi parentis, vires animæ remanserunt quodammodo destitutæ proprio ordine, quo ordinabantur à virtute, & hæc destitutio dicitur vulneratio naturæ ex *D.Thom.p.2.q.85. art.3.*

14 Hinc mors, & alij defectus corporales sequuti sunt peccatum originale, veluti pœnæ, & licet isti defectus sint contra naturam particularem, sunt tamen secundum naturam vniuersalem naturales homini non quidem à parte formæ, sed ex parte materiæ *D. Thom. art.5. & 6.*

15 Pœnæ autem peccati originalis, sunt priuatio iustitiæ originalis, mors, ignorantia, carentia diuinæ visionis, non solum in adultis, sed etiam in paruulis non baptizatis.

16 Hinc homo habet voluntatem omni iustitiæ rebellem, totiq. Legi naturæ contrariam extra Deum, extra omnem pietatis regulam, extra semetipsam penitus corruptam, erraticam, impiam, peruersam alienatam, turpissimam, superbissimam, falsissimam, & Deo odibilem, & qualis voluntas hominis, talis est & totus homo, Deo contrarius, Deo rebellis, Deo capitalis inimicus, & vadit ad æternam tristitiam, æternam pœnā, æternam miseriā, & ad calamitatem inespiabilē, nulla inter homines vera vnitas, vera societas, vera pax, amicitia, concordia, sed inimicitiæ, contentiones, emulationes, dissentiones, iræ, rixæ, inuidiæ, septæ, & vniuersæ malitiæ.

17 Actuale peccatum est, quod actu ipso committitur, & dici potest opus sensuale, quod in instanti pertransit, diuiditur multipliciter; primo in spirituale, quod consumatur in delectatione spirituali, & sola

appre-

apprehensione, vt superbia & inuidia, & in carnale quod perficitur in delectatione carnali, vt gula, & luxuria *Greg.32.Moral.c.16.* vbi peccatum tribus modis admittitur, cum videlicet serpentis suggestione, carnis delectatione, spiritus consensione perpetratur *D.Thom. p. 2. q. 72. art. 2.*

18 Sic definiri potest, est dictum aut factum, vel concupitum contra legem Dei.

19 Dupliciter peccatum potest esse contra Deum, primo contrariè, secundo obiectiue.

Contrariè quando peccatum est contra Legem Diuinam.

Obiectiue vero quatenus est offensiuum Dei, & contra Deum, quod contingit dupliciter. Primo explicitè quando est immediatè contra Deum, vt blasphemia. Secundo implicitè, vt sunt omnia alia peccata

Et vt intelligatur quomodo Deus offendatur obiectiuè, notandũ est quod Deus est finis naturalis hominis, vt bonũ naturale, & vt bonum beatificum, vnde recta ratio docet Deum esse solum amandum, vt vltimum finem, & omne bonum honestum esse referendum ad Deum, quare omne peccatum obiectiuè offendit Deum, quia per illud homo constituit vltimum finem in creatura.

20 Ex his patet peccatum considerari tripliciter. Primo vt est defectus actus. Secundo, vt est defectus voluntatis, & contra rationem. Tertio, vt offendit Deum, quare in peccatum est vna tantum malitia, scilicet priuatiua ordinis, & conformitatis actus ad suam regulam.

21 Secundo diuiditur in peccatum in Deum, in proximum, & in se ipsum, homo autem habet hunc triplicem ordinem, ergo. *D.Thom. cit. art.4. Pet.Sot. Inst. Sacerd. lect.11. de dist. peccat.*

22 Tertio, in mortale, & veniale, quæ inter se differunt tripliciter. Primo, quod in mortali semper præfertur creatura Creatori, cũ sit cõtra legem Dei; in veniale non ita cum sit præter legem Dei. Secundo, per mortale homo se auertit ab vltimo fine, & illum constituit in Creatura; per veniale non ita. Tertio, per mortale notabiliter offenditur amicitia Dei, vel proximi; per veniale verò non ita *Med.q.88.art.5.*

23 Quarto, in peccatum commissionis, & omissionis, quæ formaliter, & propriè loquendo non differunt specie, quia ad idem ordinantur, & eodem motiuo procedunt, nam gulosus ad satisfaciendum gulę superflua comedit, & ieiunia debita prętermittit *D.Thom.cit. art.6.*

24 Quinto, diuiditur in peccatum cordis, oris, & operis.

25 Tripliciter homo peccat, infirmitate, ignorantia, & malitia mera. Item suggestione, delectatione, & cõsensu *Greg.lib.25.Moral.c.11.* suggestione peccatum agnoscimus, delectatione vincimur cõsensu, etiam ligamur. *D Greg.to.1.3.p.pastor.Curiæ.cap.30.*

26 Reperiuntur quædam peccata, quæ dicuntur peccata clamantia in

cælum, & sunt homicidiũ voluntarium, sodomia de qua *Gen.4.& 18.* oppressio pauperum de qua *Exod.22.* Merces operariorum fraudata, de qua *Iacob .5.*

27 Item peccatis alienis nouem modis communicamus, nempe consilio, iussione, consensu, adulatione, participatione, irritatione, reticentia, conniuentia, defensione.

28 Quæres an Deus possit esse causa peccati? Respon. quod actus peccati consideratur in genere naturæ, ratione entitatis naturalis, quod dicitur materiale peccatum, vel in genere moris, quatenus est deformis rationi, quod dicitur peccatum formale; hoc posito dico, quod quamuis Deus sit causa entitatis peccati, non tamen est causa deformitatis ipsius, quare non est dicendus causa peccati, nec directè nec indirectè *Med.2.2.q.89.art.1.*

29 Dicitur autem Deus excæcare peccatores, quatenus priuat homines propter ipsorum peccata illis auxilijs, quibus non possunt sine summo conatu, & difficultate resipiscere, vel offerendo occasiones peccatorum, &c. non tamen priuat omni auxilio, & hanc ipsam excæcationem ex sua misericordia ordinat Deus ad salutem ipsorum peccatorum *Med.art.2.& 3.*

30 An autem diabolus sit causa peccati, & quomodo? vide *Med. ibidem, & D.Thom. q.80.*

31 An omni peccato debeatur pœna æterna, vel infinita? Respon. quod culpæ lethali debetur pœna, & supplicium æternum ratione auersionis, peccato veniali per se, & proprie non debetur æterna pœna, sed temporalis, quia nec tollit gratiam, nec charitatem, nec Dei amicitiam. In inferno tamen, quasi per accidens punitur pœna æterna, si cũ peccato mortali inueniatur cũ aliquo damnato, quia in inferno nulla potest esse remissio, vt optimè *D.Thom.1.2.q.87.art.5.*

32 Rursus quæres an reatus pœnæ maneat post peccatum? Respondetur primo quod post peccatum, remanente macula, & auersione à Deo, manet reatus pœnæ. Secundo, post ablatam maculam per pœnitentiam, aliquando manet reatus ad pœnam non simpliciter, sed satisfactoriè *D.Thom.art.6.*

33 An omnis pœna sit per culpam? Respon. primoquod pœna propriè dicta semper est propter culpam. Secundo, pœna satisfactoria non est semper pro culpa, quia vnus scilicet satisfacit pro alio. Tertio, pœna medicinalis ad exercitium virtutum non semper est pro culpa, quamuis hæc habeat fundamentum ex peccato originali *D.Tho. art.7.*

34 An aliquis puniatur pro peccato alterius? Resp. ꝙ pro pœna satisfactoria vnus punitur pro peccato alterius. Secũdo pro pœna propriè dicta nullus punitur pro peccato alterius. Tertio pro pœna medicinali vnus punitur pro peccato alterius, vt populus pro Rege, Filius

pro

pro patre. Quarto, in bonis ſpiritualibus nullus punitur pro peccato alterius *Ezech.* 18.vide *D.Thom.q.87. art.8.*

35 Effectus peccati ſunt,quod diminuitur bonum naturæ, ideſt inclinatio ad virtutem,quam homo habet à natura,vel eſt mors *Apoſt.ad Rom.6.*vbi ſtipendium peccati mors,gratia autem Dei eſt vita æterna in Chriſto Ieſu Domino Noſtro.Sed nota,quod in homine conſiderantur tria bona naturæ.Primum ſunt principia,ex quibus conſtituitur ipſa natura,& proprietates,quæ ex illa emanant,vt potentia animæ,& per hoc neque tollitur, neque minuitur per peccatũ. Secundũ eſt donũ iuſtitiæ originalis, quod fuit in primo homine collatum toti naturæ humanæ, & hoc fuit omnino ſublatum per peccatum primi parentis. Tertium eſt inclinatio ad virtutem, & hoc minuitur per peccatum,quia ex hoc,quod quis inclinatur ad vnum contrarium, diminuitur eius inclinatio ad aliud *D.Thom.q.85. art.1.& 2.*

36 Peccatum multis modis appellatur ex *Card.in c.Apoſtol. n.6.d.17.* nempe peccatum quatenus eſt cõtra rectitudinem Legis diuinæ; crimen,in quantum eſt virtuti contrarium; vitium quatenus vitiat, & deturpat pulchritudinem boni naturalis; malum, quia diminuit de bono naturali;tenebra ſpiritualis,quatenus eſt contrarium luci gratiæ; reatus, quia obligat ad mortem æternam; culpa, in quantum eſt vituperabile à Deo.

37 Differt peccatũ à vitio,& delicto,quia peccatũ ſignificat actũ inordinatũ, vitium verò malum habitum ſeu diſpoſitionem,quæ nõ eſt ſecundum ordinem ſuæ naturæ,& propterea opponitur virtuti,& dicitur contra naturam,ideſt contra ordinem rationis *D.Tho. p.2.q.81. art.3.*à delicto vero differt, quia peccatum eſt mala facere, delictum vero eſt bona derelinquere,quæ ſummopere ſunt tenenda *D.Greg.ſuper Ezech.Hom.21.tom.2.*

38 Peccata mortalia ſunt ſeptem, quæ continentur in hac dictione SALIGIA hoc eſt Superbia,Auaritia,Luxuria,Ira,Gula, Inuidia, & Accidia.

39 Vnumquodque dictorum peccatorum habet ſuas ſpecies,nam ſpecies ſuperbiæ ſunt.

Inanis gloria, Ira, Inuidia, Accidia, Gula, Luxuria.

Inanis gloriæ ſpecies ſunt elatio, arrogantia, inſolentia, ambitio contẽptio,contemptus, contumacia,præſumptio,inobedientia,irreuerentia,iactantia,hypochriſis pertinacia,& diſcordia.

*D.*autem *Greg.23.Moral.& D.Tho.2.2.q.182.art.4.*quatuor narrãt ſpecies,nempe cum bonum,quod quis habet à ſe exiſtimat Secũdo,habere pro ſuis meritis.Tertio,cũ iactat habere,quod non habet. Quarto, cum deſpectis cæteris ſingulariter videri appetit habere, quod habet.

Gradus ſuperbiæ ſunt curioſitas, leuitas mentis, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, defenſio peccatorum, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo, quæ opponũtur duodecim gradibus humilitatis, de quibus *D.Th.2.2.q.162.a.3*

40 Auaritiæ ſpecies ſunt ſimonia, vſura, latrocinium, furtum, rapina, proditio, fraus, fallacia, periurium, violentia, inquietitudo, obduratio *Greg. moral.* 31.

41 Luxuriæ ſpecies ſunt fornicatio ſimplex, adulterium, ſtuprum, ingeſtus, impudicitia, raptus, peccatum contra naturam, & ſacrilegium de quibus vide quæ *p.1.c.14. num.26.& ſeq.*

42 Filię Luxurię ex *Greg.in Moral.* ſunt cęcitas mentis, incõſideratio, inconſtantia, pręcipitatio, amor ſui, odiũ Dei, affectus pręſentis ſęculi, & deſperatio futuri ſęculi, de quibus etiam *p.1.c.14.n.30.* vbi plura.

Irę ſpecies ſunt odium, diſcordia, rixa, iniuria, impatientia, contumelia, proteruitas, malitia, malignitas, nequitia, furor, timor mentis, blaſphemia, clamor, indignatio.

43 Gulæ ſpecies ſunt ebrietas, immodeſtia inuerecundia, vaniloquiũ, immoderantia, inabſtinentia inhoneſtas.

D.Greg.20.Moral. ponit quinque, quę continentur in hoc verſu.

Propere, laute, nimis, ardenter, & ſtudioſè.

Filiæ gulę ſunt ex *Greg.in Moral.* hebetudo mentis, inepta lętitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium.

44 Inuidię ſpecies ſunt detractio, ſuſurratio, deprauatio, inuidentia, plauſus in aduerſis proximi, dolor in proſperis, odium.

45 Accidię ſpecies ſunt deſidia, pigritia puſillanimitas, negligentia, improuidentia, incircunſpectio, tepiditas, iniuria, malitia, rãcor, deſperatio, torpor circa pręcepta, euagatio mentis circa illicita.

Differt autem deſidia, & pigritia, quia prima eſt ſegnities, qua quis bonum agere formidat. Secunda eſt inertia, qua quis bonum ſumere faſtidit, de prędictis omnibus *Frater Nicolaus Aurificus Senen. Carmelita in ſuo Examine ordinandorum à fol.508.ad 514.Scrut.Sacerd. tract.3.p.1.à fol.75.ad 87.*

46 Remedia cõtra ſeptem peccata mortalia ſunt humilitas, largitas, caſtitas, patientia, abſtinentia, amor proximi, diligentia.

Et Chriſtus in Cruce in ſeptem verbis, quę protulit, dedit ſeptem remedia contra prędicta ſeptem peccata mortalia, nempe contra ſuperbiam, *Heli Heli lamazabathani*, quibus docemur in neceſſitatibus ad Deum recurrere.

Contra auaritiam, Pater *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, quibus docemur auxilium noſtrum in Deum ponere.

Contra Luxuriam, dum dixit *conſummatum eſt*, per quod verbum docemur vitam noſtram, fine determinato, & debito conſumare.

Contra

Contra iram *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, quo docemur iniurias remittere.

Contra gulam dum dixit *Sitio*, quo docemur salutem nostram desiderare.

Contra inuidiam dum dixit *Hodie mecum eris in paradiso* per quod docemur petentes exaudire.

Contra accidiam *Mulier ecce Filius tuus, &c.* quo docemur parentes honorare.

47 Sex sunt species peccati in Spiritum sanctum ex *Mag. sent. lib. 2. dist. 43.* nempè desperatio, præsumptio, impugnatio veritatis agnitæ, inuidentia charitatis fraternæ, obstinatio, & finalis impœnitentia.

Est autem peccatum in Spiritum sanctum impœnitentia finalis, quando quis perseuerat in peccatum mortale vsque ad mortem *Augustin. lib. de verb. Domini, & Scrut. Sacerd. tractat. 4. par. 1.* vbi etiam quare peccatum in Spiritum sanctum dicatur irremissibile.

48 Peccatum enim tribus modis potest esse irremissibile, scilicet negatiuè, idest quod nullo modo potest remitti, vt sunt peccata damnatorum; secundo priuatiuè, scilicet quod non habet congruentiam ex se, quare remitti debeat, licet ex congruo Dei possit omne peccatum remitti; tertio contrariè secundum quod aliqua culpa habet contrariam dispositionem ad remittendum.

49 Remedia autem peccatorum in Spiritum sanctum sunt spes diuinæ misericordiæ, timor diuinæ iustitiæ, cognitio veritatis fidei, & morum, auxilium diuinæ gratiæ, propositum abstinendi in futurum, dolor peccati commissi.

50 Tria considerantur in quolibet peccato, delectatio, impudentia, & perpetratio, contra primum datur amaritudo contritionis, contra secundum confessio, in qua est verecundia, *c. quem pœnitet de pœnit. dist. 1.* contra tertium operis satisfactio.

51 Circumstantiæ peccatorum sunt septem, de quibus *p. 1. cap. 14. num. 47. seq.*

52 Omnia peccata mundi ad tria capita reducuntur ex *Io. Epistol. 1. cap. 2. num. 16.* vbi omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, contra, quæ satisfit per supradicta, videlicet orationem, ieiunium, & eleemosynam, quæ dicuntur opera satisfactoria, de quibus *Iob. 12. cinis, & cilitium ad ieiunium reducuntur Ion. 3.*

53 Pro concupiscentia carnis intelligitur luxuria, & eius species, contra quæ applicatur virtus castitatis, & pro his carnalibus deseruire potest ieiunium.

54 Pro concupiscentia oculorum intelligitur auaritia, & eius species,

con-

contra quæ est virtus largitatis, & pro his deseruit eleemosyna, quæ desistit in cordis contritione, *cap. qui vult, distinct.* 3. *Eccles.* 3. *Ignem ardentem*, *&c.* in compassione proximi *Iob.* 11. mecum creuit miseratio,&c. & in operibus corporalibus consisten. in his verb.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Et spiritualibus.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

De quibus *Luc. in c. pasce* 86. *distin.* qualiter autem facienda sit eleemosyna *Graff. d. cap.* 12. *num.* 10. & dictum est *p.* 1, *c.* 19.

55 Pro superbia vitæ intelliguntur reliqua quinque peccata mortalia, nempè superbia, & eius species, contra quam est humilitas, ira, & eius species, contra quam est patientia, inuidia, & eius species, contra quam est amor proximi gula, & eius species, contra quā est abstinentia; accidia, & eius species, contra quam est diligentia, & huic superbiæ applicatur oratio.

SVMMARIVM.

In peccato concurrunt culpa, pœna, & concupiscentia. 1.
Culpa mortalis quid est. 2.
Culpa quare dicitur macula. 3. 14.
Culpa mortalis dicitur inimicitia Dei. 4.
Culpa mortalis non priuat hominem omnibus donis infusis. 5.
Peccatum mortale non priuat animam fide, & spe. 5.
Fides, & spes nō destruūtur in homine nisi per actus ipsis cōtrarios. 5.
Per peccatum remanet reatus ad pœnam. 6.
Culpa est effuscatio mentis. 7.
Peccatum solo verbo Dei remittitur. 8.
Peccatum mortale vt causa, est deordinatio actus moralis. 9.
Peccatum contra Deum, & proximum dicitur lata deordinatio. 10.
Peccatum propter charitatē dicitur leuis, vel leuissima deordinatio. 11.
Peccatum mortale vt effectus dicitur inimicitia Dei. 12.
Inimicitia Dei dicitur pœna damni. 13.
Peccati pœna duplex damni, & sensus. 14.
Pœna damni quæ nam sit. 15.
Pœna sensus quæ. 16.
Pœnarum peccati plura sunt genera. 17.
Damnatis nulla bona opera prosunt. 18.
Pœna æterna quæ. 17.
Pœna temporalis quæ. 19.
Mors contracta vt pœna per peccatum originale non tollitur per Indulgentias. 20.

Pœna

DE CVLPA, PAENA, & concupiscentia, seu fomite. Cap. II.



1 IN quolibet peccato tria concurrunt, culpa, pœna, & concupiscentia, seu vt Theologi dicunt macula reatus, & fomes, per peccatum enim incurritur inimicitia Dei, macula animæ, & reatus pœnæ æternæ; sit exemplum Virgini desponsatæ Regi, & committentis adulterium cum mancipio, in ea enim consideratur sensuale opus, stuprum, & sponsi repudium, violatio corporis sui, & condemnatio ad mortẽ; sensuale opus est actuale peccatũ adulteriũ, seu stuprũ.

Cul-

2 Culpa idem est ac peccatum ex *Card. in c. Apostolus num. 16. 17. dist.* & est deuiatio ab eo quod bonum est,& hanc deuiationem constat esse peccatum, ea enim offenditur Deus, cuius amicitia, seu gratia peccator priuatur, & efficitur seruus dæmonis, perdit amicitiam Dei, & eius amorem, odium contrahit, anima denigratur,quæ
3 culpa etiam macula dicitur in Scriptura sacra *Isai. cap. 4. num. 4.* vocat sordes, *si abluerit Dominus sordes filiarum Syon Ezech. 36.* immunditiam; *mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Dauid psalm. 50.* peccatum, dum dicit *à peccato meo munda me, Apo-*
4 *stol. ad Romanos 5.* inimicitiam *cum adbuc inimici Dei essemus, Ios.* vero *cap. 22.* vocat maculam. *vsque in præsentem diem macula sceleris in vobis permanet*; cum enim homo per peccatum mortale auertatur à Deo, & conuertatur ad creaturas, Deum offendit, & inhonorat, quare ex parte Dei sequitur offensa propter iniuriam
5 Deo illatam; & priuat hominem gratia, donis omnibus, & virtutibus infusis; non tamen fide, & spe, nisi per actus ipsis contrarios, in anima autem remanet macula, quatenus priuatur nitore luminis naturalis, & splendore sapientiæ, & gratiæ, quæ quidem macula re-
6 manet post actum peccati *D. Thom. quæst. 86.* & post peccatum, manente macula, & auersione à Deo, manet reatus ad pœnam non simpliciter, sed satisfactoria *D. Thom. art. 6.* & imponitur pro culpa à diuina iustitia perpetua pœna in inferno *cap. omnis, cap. nihil 11. quæst. 3.*
7 Ista culpa seu macula est effuscatio, quæ generatur in anima pec-
8 catoris *ex Card. in clem. 1. de Priuil.* & solo verbo Dei remittitur,
9 *c. verbum de pœnit. dist. 1.* sed si consideretur vt causa est deordi-
10 natio actus moralis, quæ si erit contra charitatem Dei, & proximi
12 11 dicetur lata, seu grauis; si prçter charitatem dicetur leuis, vel
13 leuissima; si vero consideretur vt effectus, est inimicitia Dei contracta per illum actum deordinatum, quæ inimicitia alio vocabulo dicitur pœna damni.
14 Pœna debita peccato duplex est, damni scilicet, & sensus; pœna
15 damni dicitur carentia gratiæ, gloriæ, & visionis Dei, quæ carentia est effectus culpæ, quç vocatur macula peccati, & defectus luminis rationis naturalis, vel diuinæ legis ex recessu gratiæ proueniens; & dicitur macula metaphoricè,quia sicut corpus ex cõtactu rei sordidç maculatur, ita anima ex inhçsione rei temporalis per amorem inordinatum, qui est veluti quidam contactus, perdit lumen rationis, & diuinæ sapientiæ, quibus fulgebat *D. Thom. p. 2. quæst. 86.*
16 *art. 1.* & pœna sensus,quç est pœna inferni,& includit dolorem mentalem de amissione diuinæ visionis, quæ vocatur vermis conscientiç.
17 Pœnarum plura sunt genera, prima enim dicitur pœna æterna, quç datur

datur damnatis, & morientibus in peccato; & hæc continet pœnam damni, pœnam sensus, & pœnam vtriusque. Pœna damni correspondet auersioni ab incommutabili bono, quia anima separatur à visione Dei. Pœna sensus correspondet inordinatè ad creaturas, ea enim anima vel corpus sensibiliter puniuntur; æternitas vtriusque
18 pœnæ correspondet inimicitiç Dei. Damnatis enim, nec Sacramenta, nec Indulgentiç, nec Christi passio prosunt, quia sunt extra statum gratiç.
19 Secunda pœna, quam Iudices imponunt, ad quam reducitur pœna
20 mortis, quam Deus prçscripsit Adç, si de fructu vitç comederet *Gen. 2.* & hanc pœnam Indulgentiæ non tollunt *ex Caiet. tom. 1. tract. 16. q. 1.* in solutione octaui argumenti, vbi duas pçnas ponit, nempe naturales, & personales, naturales sunt peccatum originale, mors, sudor, fames &c. quæ merito passionis Christi tolluntur in statu renouationis naturæ, quæ fiet in resurrectione, & hæ per In-
21 dulgentias nec tolluntur. Pœnales vero quæ propter peccata actualia à nobis debent solui, remittuntur per Indulgentias; & quod
22 pœna mortis non remittatur per Indulgentiam non nascitur ex debilitate meritorum Christi, sed quia repugnat statui præsentis vitæ, & Indulgentiæ remittunt pœnas spirituales, non corporales, & remissio pœnæ æternæ spectat propriè ad sacramenta.
23 Tertia pœna est quæ iniungitur à Confessario, de qua *Conc. Trid. sess. 14. c. 8. & 9. & can. 4. 12. & seq. can. sunt plures de pœnit. dist. 3.* & de hac, & de sequen. est sermo.
24 Quarta pœna est canonum, quæ imponitur pro quolibet peccato mortali, & sunt canones poenitētiales *c. hoc ipsum §. 1. 33. q. 2. glo. in c. admonere, eadem c. prædicandum 22. q. 1. c. sunt plures de pœnit. dist. 5. 2. Reg. c. 24.* vbi de septennai pœnitentia, & de triplici pœnitentia canonica *c. in capite 50. dist. Sot. in 4. dist. 19. q. 2. art. 5.* qui canones pœnitentiales hodie non sunt in vsu, & pœnitentiæ iniungendæ hodie sunt arbitrariæ *Conc. Trid. sess. 4. cap. 8. c. omnis de pœnit. & remiss.* qui autem sint isti canones pœnitentiales, vide in fine huius Capituli vbi etiam canones Apostolorum.
25 Quinta pœna dicitur voluntaria, quæ sumitur in vindictam propriorum peccatorum per cilicia, vigilias, orationes, &c.

Sexta pœna infligitur à Deo ob peccata per flagella, *dicta sess. 14. c. 9. & can. 13. cap. sunt plures in fine, de pœnit. dist. 3.* quæ vt plurimum, & si non semper, tolluntur; prædicta omnia pœnarum genera ad duo videntur restringi à *Med. tract. de Indulg. disput. 2. cap. 7.* ad medicinale scilicet, & satisfactorium, medicinale quidem (sic dictum quia augendi meriti, vel cauendi peccati gratia à Deo infertur) considerat in Iob. Tobia, Paulo, & alijs seruis Dei, qui ne

in

in peccata ruerent, vel vt auctiori meritorum cumulo ditescerent à
27 Deo percussi sunt, satisfactorium vero sic dictum, quia luendi peccati commissi causa, diuinitus nobis irrogatur, in Nabuchodonosor, Dauid, Maria sorore Moysis, qui vt diuinæ iustitiæ læsæ per eorum afflictiones, & cruciatus satisfieret afflicti sunt, exemplificat.
28 Pœnam, seu reatum incurrere idem est, ac mereri pœnam ignis inferni pro tali pœna post mortem.
29 Reatus nihil aliud est, nisi obligatio nata, ex peccato ad pœnam
30 subeundam, & differt à peccato, licet aliquando pro ipso peccato
31 sumatur, aliquando vero pro pœna *vt Nauarr. in summa prælud. 8. num. 21.* vbi duplex est quoad pœnam æternam, & quoad pœnam temporalem, vel secundum eumdem num. 23. Reatus dicitur obligatio ad pœnam quatenus vero offendit ordinem propriæ rationis obligat ad pœnam remorsus conscientiæ *iux. illud Aug. lib. 1. confess. cap. 12. omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna*, quem conscientiæ remorsum dixit *D. Thom. p. 2. q. 87. art. 2.* quatenus vero offendit ordinem Dei obligat ad pœnam æternam, seu temporaneam ab ipso Deo infligendam, quatenus vero offendit legem humanam
33 obligat ad pœnam illius legis per hominem statutam. ista pœna temporanea iniungitur absoluto à culpa de qua *c. si peccauerit, c. seq. c. sicut de pœnit. dist. 1.* congruit enim iustitiæ diuinæ, & humanæ, vt secundum grauitatem delicti quisque pœna dignè puniatur, licet sit à culpa absolutus *Deuth. 25. c. sicut dignum de homic. c. hoc ipsum 37. q. 2. l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil.*
34 Reatus pœnæ duplex est, sicut per supradictum actum deordinatum duplex modus fit, vnus auertendo se à Deo, alter conuertendo se ad creaturas, per auersionem incurrit pœnam damni, idest inimicitiam Dei, & hæc pœna est ęterna ratione termini, à quo se elongat, cum sit bonum infinitum; secundæ conuersioni, qua inclinat se ad creaturas, respondet pœna sensus, quæ est infinita sed maior, & minor secundum mensuram Dei, cui se conuertit *Deut. 27. secundum mensuram delicti, erit, & plagarum modus*, in tantum est æterna in quantum homo non inueniat apud Deum rationem satisfactionis, cum autem per pęnitentiam conuertit se ad Deum, consequitur remissionem culpę, & recuperata Dei amicitia aufertur pœna damni, sed remanet debitor iustitię, quoad pœnam sensus pro offensa facta, quæ
35 est aeterna, fit commutatio in temporalem, idest non quod esset de se æterna, & per pœnitentiam efficiatur temporalis, sed quæ per amicitiam recuperatam desinit esse æterna, & remanet in sui natura temporalis, quæ cum patiatur tempore inimicitiae est satisfa-
36 ctoria vt *Summ. Coron. Confess. de Indulg. fol. 109.* Ratio autem cur recuperata amicitia Dei teneatur pœnam pati in Purgatorio,
est,

est, quia ledens aliquem per iniuriam, remanet debitor alicuius satisfactionis ratione iustitiae.

37 Hinc patet differentia inter satispassionem, & satisfactionem, inimicus enim punitur inuitus, ideo satispatitur in Purgatorio seu in Inferno absque eo quod remittatur ei, amicus vero spontè, & voluntariè pœnam pro amici offensa patitur in hac vita, ideo talis poena satisfactoria est, per quam remittitur ei, nec Indulgentia remittit satisfactionē aliquā, sed dumtaxat obligationem, quia aliud est satis-
38 factio pro pœna, & aliud obligatio ad poenam, obligatio enim vinculū est, satisfactio vero vinculi solutio vt *Regin. de Ind. c. 16. §. 6. vers. 21.*
39 Concupiscentia, seu fomes est inclinatio appetitus sensitiui ad intentius, & vehementius appetendum præter, & contra rectam rationem, delectabilia maximè venerea originalis iustitiæ fraeno propter peccatum destituta *Cord. lib. 1. q. 45.*

Est enim corruptio, quæ remansit in potentijs post peccatum originale, quæ est causa omnium peccatorum, est rebellio sensus contra rectam rationem, inclinatio ad malum, fornax perpetuò scintillans, fons scaturiens riuulos peccatorum, rebellio carnis, de qua *Apostolus ad Rom. 7.* dicebat, *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem lege mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*, & alibi, *datus est mihi stymulus carnis meæ Angelus satanæ, qui me colaphizet.*

40 Diuiditur *à Ioanne* p. 2. in concupiscentiam carnis, quæ versatur circa corporis sustentationem, & in indiuidui, ac speciei cōseruationem, & sic circa cibum, & potum, ac venerea, & appetitum inordinatū, circa ea dicitur concupiscentia carnis, in concupiscētiam oculorum quæ versatur, circa ea, quæ sunt delectabilia secundum apprehensionem imaginationis, & alio nomine appellatur concupiscentia animalis, quæ versatur circa pecunias, vestes, & alia huiusmodi; appetitus inordinatus circa illa, dicitur concupiscentia oculorum, quia visus cuius organa sunt oculi, est inter alios sensus exterioris excellentior, & plures nobis rerum species demonstrat 2. *de Anima, & primo Metaph.* & demum diuidit in superbiam vitæ *Viguer. de lege peccati. c. 18. vers. 3.*

41 Hæc concupiscentia ab Apostolo aliquando vocatur peccatum ad
42 *Coll. 3.* Ecclesia vero numquam intellexit appellari peccatum, quod verè, & propriè in renatis sit peccatum, sed quia est ex peccato, & ad peccatum inclinat *Conc. Trid. sess. 5. de peccato originali*, vbi secus sentiens anathema declaratur, vide *Aug. lib. 1. cap. 14. ad Bonif. & tract. de Nupt. & concup. lib. 1. c. 22.* qua ratione ab Apostolo quandoque concupiscentia peccatum appellatur vide *decis. fid.*
43 *Catth. vers. concupiscentia q. 3. fol. 206.* contra Lutherum asserentem,

tem, concupiscentiam remorari baptizatum ab ingressu cæli cum ea relicta in baptizatis non sit peccatum, sed tantum manet in baptizatis ad agonem, & viriliter pugnantibus valet ad coronam *de consecr. distin. 4. cap. per baptismum Aug. de baptismo paruul. lib. 1. c. 39. Conc. Magont. c. 6. tom. 3.*

44 Quod si dices quomodo potest concupiscentia carnis, quæ inimica est animæ, fieri animæ in salutem? Respond. dum non assentitur, dum eius appetitus frangitur, dum eius desiderijs reluctatur.

Si rursus dices, quare Christi gratia non penitus eam destruxit? Respond. ne tibi tolleret occasionem pugnandi, vincendi, merendi. olim hæc concupiscentia te traxit ad culpam, nunc captiua te ducit ad gratiam, tu tantum eam comprime, & retine sub tributo, noli eam repente iugulare, sed tamquam mortalem inimicum vinculis irretitum sine languescere, tabefieri, & sensim mori. Propter tres ra-
45 tiones potissimum tibi relicta est, prima, vt de tuo aduersario, qui te olim occiderat egregiè te vendices, secunda vt inimicum habeas, qui te torpentem pugnantem semper faciat atque victorem, tertia vt dum hunc nonnumquam repugnantem senseris, gratię memineris Saluatoris, qui te superiorem fecit, qui illum tuis pedibus subiecit, à quo quotidie tot homines capiuntur, inficiuntur, iugulantur.

CANONES POENITENTIALES,
Quorum notitia viris Ecclesiasticis est valde necessaria.

1 *Considerandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, quod sicut est in scientijs practicis, quæ versantur circa opera, quod sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia, incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non considerat circumstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet, vt patet in medicina & sciẽtia morali. Sic est intelligendum in proposito, quod canones instruũt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda. sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarum attendentes ad canones, sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit, patruum regulis obuiare. dist. 38. nulli. In canonibus autem maximè determinatur pœnitentia quoad tempus, & magis, quam quoad modum: quia illa determinatio est certior, & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri nota regulariter sicut dictum*

image
not
available

in pane & aqua ieiunet. Et eadẽ poenitẽtia imponẽda est presbytero de omnib. alijs peccatis quæ depositionẽ inducũt. Probãtur aũt hæc oĩa 82. dist. presbyter si fornicationẽ. quod intelligunt quidã de simplici fornicatione, alij forte melius secundum Rayn. de adulterio, vel incestu: puta, quia cognouit coniugatam consanguineam, vel affinem.

Secũdus casus est, si presbyter cognouit filiã suã spiritualem, quã scilicet baptizauit: vel in baptismo, vel in cõfirmatione tenuit, vel quæ sibi cõfessa fuit: debet pœnitẽtiã agere 12. annis, & etiã debet deponi, si crimẽ sit manifestũ: & peregrinãdo 5. annis pœniteat, & postea monasteriũ intret, tota vita sua moraturus ibid. Episcopus vero qui talia cõmisit pœniteat 15. annis. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. quæst. 1. si quis sacerdos. & c. non debet.

Tertius est, quod quicunque filiã suam spiritualẽ vel matrẽ cognoscit. 7. annis pœniteat, & similiter ei consentientes. 30. q. 1. non oportet.

Quartus est, quod qui contrahit cum aliqua alij despõsata per verba de præsenti, ipsa dimissa 40. dieb. ieiunet in pane & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat. extra de spons. duo. accepisti.

Quintus est, quod qui cognoscit duas cõmatres vel sorores, siue vxor viuat, siue nõ, ad minus 7. an. pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. si pres.

Sextus est, quòd qui cognouerit monialẽ siue deuotã, 10. annis pœniteat. & similiter ipsa secundũ formã traditã 32. q. 1. de filia. & c. deuotã. In quorũ primo cap. dicitur, quod si filia episcopi, vel presbyteri, vel diaconi post votum solenne contraxerit matrimoniũ, non admittitur ad cõmunionem, nisi marito defuncto pœnitentiã egerit: si aũt eo viuẽte decesserit, & pœnitentiã egerit, & cõionem petierit, tantũ in fine vitæ recipiet eã. In 2. cap. dicitur, quòd deuota peccans nõ est recipienda in ecclesia nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiã 10. annis postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur adorationem ad nullius cõuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrẽ & filiam, vel amitam, & neptem: pœniteat septem annis. Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio. 34. q. 3. si quis cum duabus.

Octauus est, quòd qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat 5. ann. 31. q. 1. si qua vidua.

Nonus est, quod qui cõtra naturã peccauit, si sit clericus, debet deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuã pœnitentiã peragendã. Si vero sit laicus, à cœtu fideliũ, vsq; ad cõdignã satisfactionem debet fieri alienus, extra de exces. prælat. clerici. Hoc. n. vitiũ maius est, quã cognoscere matrem 32. q. 7. adulterij. & hæc Aug. Adulterij inquit malũ, vincit fornicationẽ: vincitur aũt ab incestu fornicatio. Peius. n. est cũ matre, quã cũ aliena vxore concũbere: sed oĩum horũ pessimũ est, quod cõtra naturã sit, vt sit vir mẽbro mulieris nõ ad hoc concesso voluerit vti. hæc Aug. Quocumq; aũt modo tale factũ exerceatur,

præ-

præterquam inter virum & feminam ordinate & in vase debito, vitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quod qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam septem annis: & similiter pro incestu. 32. q. 2. hoc ipsum. & §. seq.

Vndecimus est. quòd presbyter qui interest clãdestinis nuptijs: triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius punitur. extra de cland. desp. cum in hibitio.

Duodecimus est, quòd qui votum simplex violauerit, pœniteat tribus annis. 25. dist. si vir.

Decimustertius est, quòd qui excõmunicatus celebrauerit, debet triẽnio pœnitere. & per 2.3.& 6. fer. à vino, & carnibus abstinere. 11 q. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis habetur dist. 50. accedens.

Decimusquartus est, quòd homicida voluntarius, sine spe restitutionis deponitur. & pœniteat septem ann. 50. dist. miror.

Decimusquintus est, quòd homicida casualis pœniteat quinque annis. & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. dist. 50. eos. & duobus cap. seq.

Decimussextus est, quòd si quis fecerit homicidiũ propter necessitatẽ euitabilẽ: pœniteat 2. ann. dist. 50. c. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia te. Quod verũ est, quo ad culpã: sed bonũ est. quod pœniteret quoad cautelã, & innocẽtiã suã ecclesiæ ostendendã. extra de homi. c. 2. §. vlt. Et secundũ Ray forte distingui põt in homicidio necessario, sicut in casuali. & vtrũ culpa præcesserit necessitatẽ, vel nõ. Arg. dist. 50. de his. no. extra de homic. interfecisti. Sed & si quis per insaniã cõmittat homicidiũ, non ei imputatur. 3. q. 9. indicas. quin etiã qui intuitu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitor. extra de hom. presbyterũ. 15. q. 1 si quis nõ iratus. Sed qui ligatũ latronẽ interfecit, deponitur extra de homi. suscepimus. Qui aũt latronẽ occultũ occidit, quem viuũ cõprehendere potuit, 40. diebus non intret ecclesiã, & aliàs pœnitere debet. extra eod. tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui vero paganum, vel Iudæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50 c. qui vero odij.

Decimusseptimus est, quòd matricida pœniteat 10. annis secũdũ formã satis apertè traditã. 33. q. 2. latorẽ. Vxoricidæ vero grauior pœnitẽtia debet imponi. Talis .n. & qui dominũ occidit, nũquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimoniũ contrahit, vsq; ad 10. annos carnes non comedit, nec vinũ bibit: & alia quæ habentur 33. q 2. admonere, & c. quicunq;. Imponitur aũt pœnitentia maior vxoricidæ, nõ quia illud peccatũ sit grauius isto, sed quia homines proniores sunt ad occidendũ vxores, quã matres. Maius .n. peccatũ est occidere matrẽ, quã vxorẽ, vt dicit Bonau. in 4. sent. & cõiter oẽs Doct. Guil. vero Durã. tenet cõtrarium in repertorio pro eo, quod vxoricidæ imponitur pœnitẽtia maior. Mihi aũt magis placet sentẽtia aliorũ. Sed qualẽ pænitẽtiã agere debẽt, qui filios occidũt? Resp. Aut est certũ, quod ipsimet sciẽter interfecerũt,

& sic debet eis imponi pænitẽtia maior, quã pro alio homicidio. Arg. extra eo. c. vlt. in tex. & gl. & de homi. cũ iuram. de pœni. dis. 1. aut facta. In hoc tamẽ casu vir vxorẽ recuperat, quã coactus abiurauerat, & ipsa pœnitẽtiã agit secundũ arbitriũ episcopi, ita quod si habet alios filios pacifice gubernare possit eos vxo. ext. eo. intelleximus. quod si virũ non habet, induci debet, vt intret religionẽ, ad quod si non põt induci, tutius est ei dare licẽtiã nubẽdi, vt extra eo. veniẽs. Et hoc quando timetur de incõtinẽtia. aliàs nõ, vt patet 31. q. 2. in adolescẽtia. Et si pater sit clericus. ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quã laico, nõ tamẽ publica (nisi veniat in publicũ) pœnitẽtia debet imponi, vt ext. de pœn. quæsitũ. Aut certũ est, quod nõ interfecerũt sponte, nec in culpa fuerũt, sed casu fortuito cõtingit: & sic de stricto iure in nullo tenẽtur. Arg ext. de ho. ex litteris. 2. c. Io. & c. vlt. Nisi velint ad cautelã pœnitere. In dubio tamẽ præsumitur, quod nõ hoc ex certa sciẽtia, sed potius ex incuria prouenerit. ext. de præsũp. afferte. Aut certũ est, quod nõ exhibuerũt oẽm diligẽtiã quã potuerũt, et debuerũt: et sic culpa præcessit. casũ. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerũ in medio vtriusq; secũdũ arbitriũ pœnitẽtiarÿ imponitur pœnitẽtia 5. vel 7. an. 50. dis. si qua fœmina. et c. seq. & c. si quis spõte. occulta, si sit occultũ; publica, si sit publicũ, et maior, si in lecto suffocetur, quã si in cunis. & maior presbyt. Græco quã laico, vt habetur extr. de pœn. quæsitũ. Et licet dispẽsetur quoad pœnitẽtiã, quæ est arbitraria, vt dicitur ibid. nõ tñ quoad ordines propter homicidiũ quod est delictũ enorme et indispẽsabile. dis. 50. miror. Si aũt culpa quæ præcessit casũ, sit leuis, vt si posuit puerũ in eod. lecto, lõge tamẽ à se, imponitur pœnitẽtia triũ annorũ. Secundũ hoc intellige illud extra eod. de infantib. Monẽdi ergo sũt parẽtes, quod tã tenellos secũ in vno collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniẽte opprimãtur, & suffocentur, vt 2. q. 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Host. et Ber. extra de infan. Quid de illis, qui filios, vel seruos suos infantes, vel etiã adultos lãguidos relegata pietate exponũt, idest, extra se ponũt ante ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligat eos? Resp. Tales grauiter peccãt: quia cũ ignoretur sæpe cõsanguinitas expositorũ, contrahere possent matrimoniũ cũ sorore vel cõsanguinea: ideo exponẽs tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus sicut expositus si scienter cũ tali contraheret puniretur. extra de pœn. off. secundũ Host. Talis .n. secundũ Ray. est tãquam homicida iudicandus, qui hominẽ sibi ita coniunctũ periculo mortis exponit. Consideratis tamen circũstantÿs, & vtrũ ob hoc mors secuta fuerit vel nõ fuerit, pœnitentia moderãda erit. Erũt aũt tales irregulares, secũdũ Ray. si mors inde sit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundũ Ro. si in illa culpa fuissent, quia forte nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possent, irregulares non essent, nec peccarent.

18 *Est, quòd qui presbyterũ interfecit, pœniteat 12. ann. extra de pœnit. et remiss. c. 2. De pœnitentia vero eius, qui occidit monachum, vel clericũ*

sub-

subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. §. si quis.

19 *Est, quòd qui iniustè alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane aqua per 7. annos ieiunet & pœniteat. & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pœniteat. extra de accus. accusasti. Hosti. vero, & Io. de Deo in ieiunãdo intellexerunt, quòd primus pœniteat per 7. annos, quolibet anno ieiunando 40. diebus in pane & aqua: secundus vero per tres annos. G. vero Duran. intellexit, prout littera magis sonat, scilicet quod primus ieiunabit 40. diebus in pane & aqua: siue continue, siue interpolate, & per 7. annos ieiunabit, & pœnitebit, non tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium presbyteri, secundus vero per tres quadragesimas. Prima ante natalem Domini. Secunda ante Pascha. Tertia ante S. Ioannem. has enim instituit beatus Petrus, vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. Probantur haec secundum Hosti. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3.*

20 *Est, quod periurus 40. diebus in pane & aqua ieiunet, & 7. annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet interiori. 6. q. 1. quicunque.*

21 *Est, quòd qui cõpulsus conditionaliter à domino scienter peierat, si liber sit, 40. diebus in pane & aqua. & hoc secundũ glos. intellige vel cõtinue vel interpolate pœniteat 7. annis sequentibus: non tamen in pane aqua, vt dicit glo. Si vero seruus sit eius, qui eum coegit, tribus quadragesimis & legitimis ferijs s. 2 4 & 6. 22. q. 5. qui compulsus.*

22 *Est, quòd qui peierat in manu episcopi, vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis: Si vero in cruce non consecrata, vno anno. Qui vero coactus, & ignorans ignorantia iuris, et postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis. 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda, vel qualibet causa, vel necessitate peierat, quia corpus plus quam animã dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5. c. si quis coactus. Alij inducunt tres annos, & vnum ex his in pane & aqua.*

23 *Est, quod qui falsum sciẽter iurat, vel alium iurare cogit, diebus 40. pœniteat in pane & aqua: & 7 sequentibus annis nũquam sit sine pœnitentia, scilicet intentiori. Alij etiam, si conscij fuerint, similiter pœteant. 22. q. 5. si quis conuictus.*

24 *Est, quòd qui mensurat in falsa mensura. 30. diebus in pane & aqua ieiunet: extra de contrahen. empt. vt mẽsuræ. De pœna vero falsarij litterarum habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falsariorum. & de verb. sign. nouimus.*

25 *Est, quòd qui frangunt pœnitentiã solẽnem siue redeundo ad crimina priora, vel similia, siue redeundo ad negotiationẽ, vel militiam saecularem, quæ sibi fuerant interdicta, sola inter ecclesiam fidelibus ora-*

tione iunguntur, à communione suspenduntur, à catholicorũ conuiuijs separantur. & pœnitere debent 10. annis, & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero, & de pœnit. dist. 5. si quis vero.

26 *Est, quòd qui canit missam, & non communicat, debet vno anno pœnitere & interim missas non cantare. de conse. dist. 5. relatum.*

27 *Est, quòd presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensibus 5. diaconus vero triennio, & dimidio. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.*

28 *Est quòd qui cõmittit sacrilegiũ ecclesiã violãdo vel chrisma siue calicẽ sacrũ pollutis manibus accipit, vel similia sacrilegia cõmittit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeteriũ, quod violauit cõsistat. secundo anno ante foras ecclesiæ: tertio in ecclesia, et in hoc triẽnio carnes nõ comedat: vinũ nõ bibat, nisi in pasca vel natali, nõ offerat, nec cõionẽ accipiat. quarto anno cõnicabit, & in illo, & ĩ 5. et in 6. et in 7. trib. fer. à carnib. & vino abstineat ieiunando. 12. q. 2. dæmon. Cõburens aũt ecclesiã 15. annis pœniteat, & eã restituat. 27. q. 4. §. si quis. in ver. maius. de pœna vero raptoris, siue iuris rei ecclesiast. et de pœna furis, & effractoris tã clerici quã laici, habetur eadẽ q. §. peccata. & c. si quis cleric.*

29 *Est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum, à communione triẽnio separentur: & similiter filij. si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur vtique, scilicet quoad pœnam ecclesiæ: sed non quoad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. 3 si qui parentes. argum. de pœnit. dist. 1. si cui.*

30 *Est, quòd qui blasphemauerit publicè Deũ, vel aliquẽ SS. & maxime B. V. illi debet episcopus hãc pœnitentiã iniũgere, scilicet vt 7. dieb. dominicis præ forib. ecclesiæ in manifesto dũ missa cãtatur, existat, et vltimo illorũ dierũ dominicorũ palliũ, & calciamẽta deponat, & corigiã ligatã circa collũ habeat: et 7. præcedentib. 6 fer. in pane et aqua ieiunet, ecclesiã nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorũ dierũ tres pauperes, vel duos, vel saltẽ vnũ respiciat, si potest: & si nõ põt, hæc pœna in aliã cõmutetur quod si renuerit agere oĩa supradicta, interdicatur sibi ecclesia: & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maled. statuimus. Itẽ blasphemus, si diues fuerit 40. alioquin 30. vel 20. et si ad hoc nõ sufficit, quinq; solidorũ vsualis monetæ pœna mulctetur, nullãq; misericordiã in hoc habiturus, vt dicitur ibid. §. quin soluat 5. solidos. quos si nõ habet, currat per ciuitatẽ, vel cõmutetur in pœnã aliã tẽporalẽ. Hæc aũt pœna soluetur ei, qui cõdẽnat, idest, Potestati sæculari: hãc .n. pœnã tẽporalẽ præcipit Papa imponi per Potestatẽ tẽporalẽ: quòd si neglexerit per episcopũ præcipitur cogi. hæc Host. Habet aũt prædicta pœna locum secũdũ Goffr. cũ quis blasphemat nõ ex ira, vel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. q. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundum vero Hostie. hæc pœna est specialiter inducta*

con-

contra eos, qui Deũ blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deũ, nisi iratus. Tãta tamẽ posset esse iracũdia, quod æquipararetur demẽtiæ, & tũc illud quod dicit Goff. locũ posset habere. hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, vel per vẽtrẽ, vel per corpus, vel capillum? Resp. Host. quòd si faciat hoc affirmando, vel iurando, nõ habet locũ hæc pœna: secus est si faciet hoc attestãdo vel vituperãdo, licet iratus. Itẽ secũdũ Goff. & Host. hæc quæ dicuntur de pœna tẽporali, fiunt iudice pro tribunali sedẽte. In iudicio aũt aĩæ presbyter discretus molliẽdo rigorẽ, dispẽsare poterit ex causa, circa pœnã spiritualẽ superiorẽ 25. q. 6. pœnitẽtib. hæc Hos. Itẽ blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniã postulãdã: quod si noluerit, degradetur. dis. 46. cleric.

Notandũ vero, quòd blasphemus secundũ leges est decapitãdus, vt in Auth. vt nõ luxu. cõtra nat. circa mediũ: coll. 6. Secundũ vero canonem antiquũ clericus erat degradãdus: & laicus excõicãdus. 22. q. 1. si quis per capillũ. Hodie vero laicus aget pœnitẽtiã supradictã, scilicet illius canonis, statuimus. et hoc si publice blasphemauit. Si. n. occultè, nõ pœnitebit publice, vt puto. Clericus vero hodie esse corrigẽdus pœna arbitraria et occulta, nõ illa quæ est publica. Clericus. n. publice nõ debet pœnitere. Si aũt rebellis fuerit, vel sæpius hoc cõmiserit, locũ habet poena legis, scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, et in canonico anathematizetur, id est, ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, et in morte priuetur ecclesiastica sepultura. Clericus vero degradetur. hæc Host. tit. de maledicis.

31 *Est de presbytero qui reuelat cõfessionẽ, quod de iure antiquo debet deponi, & oĩb. dieb vitæ suæ ignominiosus peregrinari. de pœn. dis. 6. sac.*

32 *Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ. 6. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. dist. de his.*

33 *Est, quòd episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericũ inuitum, aut reclamãtẽ, vel penitus inuitũ, absolute suspẽditur anno vno. 74. dis. c. 1.*

34 *Est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorũ dissimulat, duobus mensibus presbyter, 4. diac. 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis poenitere debent. 1. q. 1. quicquid inuisibilis.*

35 *Est, quòd sortilegus, 40. diebus poeniteat. extra de sortileg. requisisti.*

36 *Est, quòd qui videt in astroiabio, poeniteat duobus annis. extra de sorti. ex tuarum.*

37 *Est de stilla sãguinis altaris cadẽtis super terrã, vel aliquid aliud propter negligẽtiã presbyteri, debet presbyter pœnitere 40. dieb. Si cecidit super pallio altaris, poeniteat 4. dieb. de cons. dist. 2. c. si per negligẽtiam.*

38 *Est, quòd si aliquis euomit Eucharistiã propter ebrietatẽ et voracitatẽ, si laicus, poeniteat 40. dieb. Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diac. poeniteat 70. dieb. Si episcopus, poeniteat 90. dieb. Et debet euomitura cõburi, & iuxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis euomue-*

muerit, 7. diebus pœniteat. de consec. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

39 *Est, quando mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notat. s. de conse. dist. 2. circa finem.*

40 *Est, quòd qui domum vel aream voluntariè succendit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniur. si quis domũ. Canõ tamẽ dicit, quod si ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit quòd ignem de cætero non apponet. Imponitur autem sibi, vt Hierosolymam vel in Hispaniã vadat in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus vel Episcopus hoc relaxauerit, damnũ restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 23. q. 8. pessimam. Hodie autem postquam sunt denuntiati, non possunt citra sedem apostolicam absolui: extra de sent. exc. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiarijs indistinctè, postquam sunt publicati. Et Bern. hoc idem aicit expresse, & Gra. extra. de sent. excom. quicumq; & Goff. licet Ro. contrariũ dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs: si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur, ff. de incen. rui. nau. l. fi. Qui vero alibi, vt in villis, vel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secũdum Hosti. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum: vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur: Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur l. qui ædes.*

41 *Est, quòd qui dederit vel acceperit cõmunionẽ ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, vel secundum quosdã, 7. vel secundum alios, 5. Qui vero permittit hæreticum missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat 40. diebus. Si pro reuerentia eius, per annum pœniteat. Si pro dãnatione ecclesiæ catholicæ, & pro consuetudine Romanorum, proijciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10. annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos trãsierit, & alios ad hoc induxerit, poeniteat 12 annis, tribus extra ecclesiã, 7. inter audientes, duobus extra cõmunionem, & sic duodecimo anno communionem, siue oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.*

42 *Est, quod patronus, qui res ecclesiæ dilapidat; vno anno poeniteat. 17. q. 6. c. filijs.*

43 *Est, quòd qui domũ suã magicis, & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis 5. poeniteat. 16. q. 5. qui diuinatores, &c. non liceat.*

44 *Est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno vno poeniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2. qui sacramento.*

Est,

45 *Est, quòd periurio, adulterio, homicidio dantur pro poenitentia regulariter 7. anni, & similiter pro fornicatione: licet non ita aspera poenitentia iniungatur. 22. q. 1. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipsū, & §. sequen.*

46 *Est, quòd qui scienter rebaptizatur, 7. annis poeniteat. & fer. 4. & 6. in pane & aqua ieiunando, tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro mūditia, idest, pro salute corporis obtinenda, vt extra de apostr. c. 2. tribus annis poeniteat. de consec. dist. 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ. & cogitur fieri irregularis. dist. 84. dictum est. De poena autē talium habetur de consec. dist. 4. eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.*

47 *Est, quòd qui vxorem adulterā cognoscit antequam poeniteat, 3. annis poeniteat. 21. q. 2. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam poenitētem ante poenitētiam peractam, poeniteat 2. annis ead. q. si quis primo. Quomodo vero poenitentia iniungenda sit mulieri partū alterius supponenti, vel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de poen. & rem. officij.*

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo, potest studiosus indagator procedere ad poenitentias, pro diuersis criminibus secūdū canones imponendas, & ex causa consideratis circunstantijs, vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue vtrū sit persona obnoxia alicui, aliquo vinculo seruitutis. Nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talē poenitentiā eis imponat, per quā illis, quibus sūt adstrictæ, præiudicium fiat: maxime circa coniugatos: vnde si seruus sit, & timore peccauerit, obediēs domino suo in atrocioribus, est mitius puniēdus. 22. q. 5. qui cōpulsus. obedire tamen non tenebatur in talibus. 11. q. 3. si dominus. Si autē voluntarie peccauerit corpore punietur, etiā acrius quā alius. 24. q. 1. qui cōtra pacē. Nec est seruo iniungēda peregrinatio, per quā dominus eius qui nō est ī culpa, illius seruitio defraudetur. extra de sent. exc. relatū. Si vero liber sit, totas pænitētia canonis, si potest facere, debet imponi. 16. q. 1. sacerdote, poenitentiā. Sed ex causa poterit eā presbyter moderari.

Cōsiderandum etiam erit, vtrum sit persona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam pœnitētia imponi. extra de poen. & re. Deus qui. Et similiter consideranda erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendū autem, quòd in foro poenitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2. 4. & 6. distin. 81. presbyter. de consec. dist. 3. ieiunia. Aliqui tamen, vt dicit Rom. pro 2. fer. ponunt sabbatum.

Insuper notandū est, quòd si poenitētia in pane & aqua imponatur, non habenti panem, potest loco panis leguminibus & pisciculis vesci:

& etiam

& etiam alij, si necessitas illud requirat, extra de pœn. & rem. licet. in tex. & glo. alias non licet.

Notandum etiam secundum Ioan. si pœnitentia sit imposita à canone, liberatur quis à ieiunio dando denarium vel legendo psalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quod ieiunia necessaria, vt quattuor temporũ, & huiusmodi, non possunt redimi, nisi subsit rationabilis causa: voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris.

Ad hoc etiam nota, quod vbi imponitur pœnitentia aliquot annorũ siue quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt dictum est supra, ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam secundum canones 50 dist. de his clericis. extra de hom. c. 2. & in multis alijs iuribus. Et sic intelligitur illud, extra de accus. accusasti. & de spons. dilectus. & similia.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum Episcopum in vnum congesti.

1 *EPiscopus à duobus aut tribus episcopis ordinator.*

2 *Presbyter ab vno episcopo ordinator, item diaconus, & reliqui clerici.*

3 *Si quis episcopus, aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quadam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, vt qui cōtra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non esto aliud quidpiam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.*

4 *Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntor, non super altare. manifestum est autem, quod episcopus & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.*

5 *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, vxorem suam prætextu religionis non abijcito: si abijcit, segregator a communione, si perseuerat, deponitor.*

6 *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sæculares curas non suscipito: alioquin deponitor.*

7 *Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus sanctũ diem Paschæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.*

8 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunq; ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit, causam dicito.*

Et

Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquam qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eum suspicione, qui obtulit.

9 *Quicunque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.*

10 *Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator.*

11 *Si quis cum deposito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipse.*

12 *Si quis clericus, aut laicus à communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatitijs litteris receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.*

13 *Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet à pluribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vt adigat, nempe quod plus lucri & vtilitatis his, qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit. neque hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.*

14 *Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua, in aliam concesserit, & omnino transmigratione facta præter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ: maxime, si accersente ipsum episcopo eius, redire contẽnat, peruerso illic ordine perseuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.*

15 *Quòd si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis à ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos vt clericos susceperit, à communione excluditor, vt peruersi ordinis magister.*

16 *Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is episcopus, aut presbyter, aut diaconus aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.*

17 *Qui viduam duxit, aut diuortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam quæ publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.*

18 *Qui duas sorores duxit aut consobrinam, clericus esse non potest.*

19 *Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.*

20 Si

20 *Si quis humana violētia eunuchus factus est, aut in persecutionē amputata ei sūt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.*

21 *Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor. sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.*

22 *Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor. homicida etenim sui ipsius est.*

23 *Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor. puta, quia ipse vitæ suæ posuit insidias.*

24 *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor, nō tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.*

25 *Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantū & cantores (si velint) nuptias contrahant.*

26 *Episcopū, aut presbyterū, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipse percuteretur, nō repercutiebat; cum lacesseretur conuicijs, nō regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.*

27 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina iuste depositus, attingere ministerium, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.*

28 *Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hāc dignitatem nactus fuerit: deponitor tā ipse, quā qui eū ordinauit, & omnino à cōione abscinditor, quemadmodū Simon magus a me Petro.*

29 *Si quis episcopus sæcularium magistratuū familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor. segregantor quoque à communione, quicunque cum ipso communionem habent.*

30 *Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopū seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate ac iustitia condemnarit, deponitor. quasi qui principatum ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculū apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post vnā, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.*

31 *Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum à communione exclusus sit: hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quam ab eo, qui ipsum à cōmunione exclusit: nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum à communione segregauit, defunctus sit.*

32 *Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorū sine cōmendatitijs suscipitor litteris: et si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocator. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiun-*

piuntor. sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

33 *Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine vllius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto Spiritu.*

34 *Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit. deponitor tam ipse, quam etiam ij quos ordinauit.*

35 *Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic à communione seiunctus esto tandiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus. Si vero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerus vero eius ciuitatis à communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.*

36 *Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria Pentecostes, secundo duodecima Hyperberetei.*

37 *Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, vt pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ venundato.*

38 *Presbyteri & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.*

39 *Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo & priuatas habet) manifestæ item sunto Dominicæ, vt priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnumquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustũ enim est apud Deũ pariter & homines. simul ne ecclesia per ignorationẽ rerũ episcopi dãni aliquid sustineat, simul ne episcop. aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiã qui illũ generis*

pro-

proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusq; mortis implicetur diffamationibus.

40 *Præcipimus vt episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei eius committendæ sunto, multo vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei, summaq; sollicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quã ceteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur: quando nec milites numquam suis annonis arma hostibus inferant.*

41 *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel alea, vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.*

42 *Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, vel à communione seiungitor. Similiter & laici.*

43 *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras ad mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.*

44 *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vbi cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat à communione suspenditor. Si vero etiam ipsos tãquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.*

45 *Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?*

46 *Episcopus, aut presbyter si eum, qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponitor, vt qui crucem & mortem Domini derideat. Neque discernat veros sacerdotes, à sacerdotibus impostoribus.*

47 *Si quis laicus, cum suam à se vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, à communione segregator.*

48 *Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.*

49 *Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vnam duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meã baptizate: sed profecti docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

50 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio, nuptijs, & carnibus, & vino abstinuerit, non propterea quo mens ad cultũ pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod masculum*

& fœ-

& fœminã Deus creauit hominem, sed diffamationibus laceßens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reÿcitor. Consimiliter & laicus.

51 *Si quis episcopus, aut presbyter eum qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reÿcit: deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob vnũ peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.*

52 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus & vino festiuis diebus non vtatur, idq; per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.*

53 *Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo, qui neceßario in itinere in commune diuerterit hospitium.*

54 *Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor. principi enim populi tui non maledices.*

55 *Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum à communione segregator.*

56 *Si quis mancum, aut mutum, surdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitiosus inceßus est, subsannauerit, communione priuator. Consimiliter & laicus.*

57 *Episcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione segregator. Si vero in ea socordia perseuerauerit, deponitor.*

57 *Si quis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laborauit neceßaria non suppeditauerit, à communione reÿcitor: sin perseuerat, deponitor, vt qui fratrem suum necauerit.*

59 *Si quis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi, & cleri corruptionem publicauerit, deponiior.*

60 *Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione aut adulterio, at quacunque alia actione probibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.*

61 *Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reÿcitor: si vero nomen clerici, deponitor. pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.*

62 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestÿs abreptum, aut suffocatum, deponitor. hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit à communione excluditor.*

63 *Si quis clericus, aut laicus, synagogam Iudæorum aut hæreticorum, conuenticulum ingreßus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione secluditor.*

64 *Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit, & vno ictu ac*

pul-

pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Sin vero laicus sit, arcetor à communione.

65 *Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. sin laicus, a communione eijcitor.*

66 *Si quis virginem sibi non desponsatam, admota vi detinet, à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere, sed eam detineto, quam solicitauit, quamuis paupercula sit.*

67 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit deponitor tam ipse, quam qui ipsum ordinauit: nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.*

68 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cãtor sacram Quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquã si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit communione priuator.*

69 *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festiũ diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor. si laicus, à cõmunione segregator.*

70 *Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.*

71 *Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum, ex sancta surripiat ecclesia, à communione seiungitor.*

72 *Vas aureum & argentum sanctificatum, aut velamen, linteumve, nemo amplius in suos vsus assumito: iniquum enim est. Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.*

73 *Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusve fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si vero vocatus nõ obtemperauerit, secunda quoque vice vocator, missis duobus ad ipsum episcopis, Quòd si per cõtumaciam ne sic quidem comparuerit, synodus suã, contra ipsum prænuntiato sententiam, ne quid tergiuersando detrectandoq; iudicium lucri facere videatur.*

74 *Indictionem testimonij contra episcopum, hæreticus non admittitor: sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.*

75 *Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enim vero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autem excommunicatione percellitor.*

76 Si

76 *Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, Episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.*

77 *Qui vero mutus surdusve, & cæcus est, Episcopus non efficitor, non quia oblæso corpore est, sed ne Ecclesiastica impediantur munia.*

78 *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor: & si dignus fuerit, clericus efficitor.*

79 *Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eum iustum non est protinus promoueri in Episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorũ doctorẽ existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.*

80 *Dicimus, quòd non oporteat Episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere, sed vacare, & commodum se exhibere vsibus Ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut depo- nitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.*

81 *Serui in clerum promoueantur citra dominorum voluntatẽ: hoc ipsum operatur reabibitionem. Si quando vero seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noster Onesimus apparuit, & domini cõsenserint, manuq. emiserint, & domo sua ablegauerint; efficitor.*

82 *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.*

83 *Quisquis Imperatorem, aut magistratum contumelia affecerit, supplicium luito. & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, à communione remouetor.*

84 *Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis, venerandi ac sacri libri, veteris quidem testamẽti, Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus, Iudicum vnus. Ruth vnus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro dierum, duo, Hester vnus. De Machabæorum gestis tres, Iob vnus. Psalterium vnus, Salomonis tres. Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, vnus Esaiæ, Hieremiæ vnus, Ezechiel. vnus, Daniel. vnus. Inquiritor autem à vobis extrinsecus, vt adolescentes vestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra vero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quattuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Clemẽtis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis Episcopis per me Clementẽ in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quadã arcana, quæ in se cõtinent, Et actiones nostræ Apostolorũ.*

SVMMARIVM.

Pœni-

QVAE REMEDIA DATA SINT contra peccatum originale, actuale, & concupiscentiam. Cap. III.

PRIVSQVAM remedia collapso homini data proponerem esset magnitudo offensæ in Deum perpetuò consideranda, tunc enim primum alicui sapiet magnitudo, & dulcedo remedij, cum magnam ægritudinis acerbitatem agnouerit, & numquā nec humilis, nec gratus suo Medico fiet, nisi ægritudinis morbū ad liquidum deprehenderit, nec putabit sibi Medicū opportunum fuisse, nisi vulnerum desperatam putredinem intuitus fuerit. Sed in hoc non est immorandum cum sit
1 præter materiam, illud tantum attingam, quod culpa originalis, & actualis, cum sit contra Deum, qui est infinitus, infinitæ maiestatis,
2 sapientiæ, & bonitatis, ipsa quoque est infinita, & infinitā meruit pœnam, obiectiuè tamen, & secundum dignitatem personæ offensæ, non tamen subiectiuè, cum malitia peccati mortalis sit tantum intensiuè finita, & terminata, eo modo Neoteriores Theologi subtiliter declarant vt ex professo *Vasquez 3.p.dist.2.num.2.Suar.salas & Alber. in fine cit.* Quomodo autem malitia finita pœnam infinitam mereatur *S. Gregorius Papa cum Petro suo Diacono 4. Dialog.lib.c.44.* definiuit, vbi pluribus egit, qui nuper in eodem Gregorij dialog. scripsit Reuer. D. Laurentius de Thoma ex Congregatione Oratorij Neapolitani Presbyter, cuius lucubrationes sub prælo vidi, & de rigore iustitiæ non poterat satisfieri, nisi mediante infinito & diuino mediatore, vt optimè *Albert.tom.1.Corrol.princ.1.Corrol.18.* & videri potest *Salas 1.2.tract.13.decis.15.sect.6.Vasq.ibid.decis.87.ar.4.et 3.p.decis. 2.c.2.& Suar.ibid.disput.4.vers.7.* Omnis enim offensa tanti est æstimāda, tātumq. ponderāda, quāta est ipsa, qua offenditur persona, ideo
3 Christus qui est infinitus, vt Pater, aduentu eius in mundum passione, & morte, remedia attulit, quibus dicta culpa tolleretur, & quibus posset collapsus, & confractus homo reparari, cum ad omnem culpā,
4 aut punitio sequi debeat, aut satisfactio, inter cætera remedia sunt Sacramenta nouæ Legis, ab ipso Christo Domino instituta, quæ ordinantur

nantur contra triplicem culpam,& quadruplicem poenam, Ad tollen-
5 dum peccatum originale principaliter ordinatur baptismus; ad pec-
6 catum actuale poenitentia; & ad reliquias ptõrum extrema vnctio;
7 8 Ordo ad tollendam ignorantiam; Eucharistia ad tollendam mali-
9 tiam; Confirmatio ad tollendam impotentiam; Matrimonium ad tol-
10 11 lendam concupiscentiam *D. Thom. in 4. dist. 2. q. 2.*

12 Dixi quod principaliter per baptismum remittitur peccatum originale; quia remittitur etiam actuale, mortale, veniale, & omnis poena, quæ pro culpa debetur adultis, ideo baptizatis pro peccatis præteritis nulla iniungitur poenitentia seu satisfactio, imò si statim moriantur absque eo quod aliud peccatum committant, statim euolant ad cælum *Aug. lib. 5. cap. 12. & 14. ad Bonifac.*

13 Baptismus est ablutio Sacramentalis hominis ex Christi institutione in regenerationem spiritualem sub præscripta forma verborum.

14 Est triplex, fluminis, sanguinis, & flamminis, vnum tamen est Sacramentum; eius materia propinqua est ablutio, remota vero aqua naturalis. Forma sunt verba præscripta nempe *Ego te baptizo, &c.*

15 Triplex est modus baptizandi, per immersionem, per infusionem, & per aspersionem, frequentior est aquæ effusio.

16 Circa formam sex cauenda, quæ continentur in his versibus.

Formæ nil addas, nil demas, nil variabis.
Transmutare caue corrumpere verba morari.

17 Eius effectus est lauare, & delere omnem culpã originalẽ, & actualem, & poenam temporalem, mitigare fomitem concupiscentiæ, aperire ianuam Paradisi, & imprimere characterem in Anima. Item inducit cognationem spiritualem, tollit omnem irregularitatem ex delicto, siue homicidio voluntario, non tamen defectu corporis, & Bigamiæ.

18 Eius Minister ex officio est Sacerdos, & quilibet curatus, in necessitate verò quilibet, etiam infidelis, dummodo intendat facere, quod facit Ecclesia.

19 Et in necessitate semper maior, qui est præsens, est præferendus in baptizando.

20 Quatuor sunt de necessitate baptismi, materia, forma, intentio Ministri, & suscipientis, si est adultus.

21 Cæremoniæ adhibendæ in baptismo, aliç fiunt ante, baptismũ aliæ in ipso baptismo, aliæ post, plura in *Alphabetico verb. baptismus.*

22 Concupiscentiam nec baptismus nec poenitentia tollit, nam non extinguitur nisi per gratiam particularem, qualis in B. Virgine *Cord. lib. 5. q. 45.* nam relicta est ad agonem, quæ nullo modo nocet non consentientibus, sed coronam viriliter pugnantibus affert vt supra dictum est.

23 Per contritionem etiam remittitur culpa *Psal. 31. Confitebor aduersum me in iniustitiam meam Domine, & tu remisisti iniquitatem peccati mei*, & ita solus Deus remittit peccata authoritatiue iuxta illud *Isai.43. Ego solus deleo iniquitates tuas propter memetipsum*, & est *text. in cap.verbum de pœniten.dist.1 cap.nemo de consecrat.dist.4.* ea enim sufficit ad peccati deletionem, & gratiæ collationem cum proposito confitendi, & requiritur confessio, vt absoluatur à pœna æterna quæ virtute contritionis fuit mutata in temporalem *Grass. p.1. decis.lib.4. cap.15. num.48. Tol.lib.6.cap.21.*& tanta aliquando potest esse contritio, quod pœna etiam tollatur *gloss. in Extrauag. 1. de pœnit. & remiss. gloss. in cap.si bis 23. quæst. 4. cap. importunam de pœnit. dist. 1.*

24 Pœnitentia tollit etiam non solum peccata actualia, & mortalia, sed venialia, etiam si pro venialibus Sacramentalia sint instituta, mutat etiam pœnam æternam in pœnam temporalem soluendam Deo à peccatore in hoc, vel in alio sæculo ante ingressum gloriæ; patet ex scriptura vtriusque testamenti, scriptura Sanctorum Patruum, ecclesiastica, & communi doctrina, optimis rationibus comprobata,

25 Contra opinionem Hæreticorum asserentium, quod post Peccatoris reconciliationem, & gratiam cum Deo resarcitam, nullum debitum pœnarum maneat, sed omnia delicta baptismali more cum ipsa culpa condonentur, quos bene confutat *Med. de Indulgentijs dist.1. ac.1. ad sextum* est conclusio de fide, & oppositum tenens vti hæreticus habetur *Conc. Trident. sess.6.cap.14.Sot.de nat.& grat. lib.3. cap.6. & in 4.dist.in.19.q.1.art.3.Med.de Indulg.loc.cit.Cord.q.1.*

26 Pœnitentia multas habet significationes; sumitur enim pro virtute poenitentiæ. Secundo pro actu interiori poenitentiæ. Tertio pro satisfactione. Quarto pro vno ex septem Sacramêtis Ecclesiæ de quo *in cap. quod in te de pœnit.& remiss.*

Est signum Rei sacræ, qua homo interius absoluitur à peccatis post baptismum commissis.

27 Remota eius materia sunt peccata detestanda, propinqua vero sunt actus ipsius poenitentis, scilicet contritio, confessio, satisfactio *Conc.Trid.sess.14. cap.3. & can.4.*

28 Forma est. Ego te absoluo.

29 Minister est Sacerdos, habens auctoritatem ordinariam, vel delegatam.

30 Effectus est reconciliatio cum Deo.

Per poenitentiam simul cum culpa remittitur reatus poenæ æternæ, potest tamen remanere reatus alicuius poenæ temporalis ex *Trident.sess.cap.14.de Iustif.& sess.14.cap.8. de pœnit.*

31 Peccata venialia remittuntur oratione Dominicali, aqua benedi-

cta, Euchariſtia, confeſſione generali, eleemoſyna, benedictione Epiſcopi &c. vnde verſus.

Orans, tinctus, edens, confeſſus, dans, benedicens.

32 Quæ habent virtutem ex vi clauium Eccleſiæ ex opere operato vide *D.Thom.q.87.art.3.*

33 Peccatum per poenitentiã remiſſum non poteſt redire per ſequens peccatum, quantum ad culpam, nec quantum ad reatum poenæ ſenſus, ſed ſolum quantum ad poenam damni aliquo modo vide *D. Tho. q.88.quia eod.*modo priuatur viſione diuina, & ſic illud *Iacob c.* 2. intelligitur, qui peccauerit in vno &c. dicuntur tamen redire ratione ingratitudinis, quæ aggrauat peccatum.

34 Poenitentia damni dicitur viſionis Dei, ſenſus vero poenæ inferni.

Per poenitentiam reſtituitur homini gratia, & omnes virtutes infuſæ, quæ gratiam comitantur *D.Thom.q.89.art.1.Sot.d.16.q.2. ar.1.*

35 Poenitentia diuiditur in poenitentiam ante baptiſmum, in poenitentiam mortalium & in poenitentiam venialium *D.Tho.q.90. art.4. Sot.diſt.17.q.1.art.4.*

36 Partes integrales poenitentiæ ſunt contritio, cõfeſſio, & ſatisfactio, dicuntur integrales ad differentiam partium eſſentialium, qualis eſt materia, & forma vide *Pet.Sot. tract.de Inſt.Sacerd.tit. de pœnit.*

37 Dupliciter poteſt quis poenitere ſine dolore, vt faciunt Beati, qui verè dicuntur poenitere, ideſt nolle feciſſe errata; quæ hic fecerunt *D.Thom.in 4.ſenten.diſt.34.q.1.art.4.quæſtiunc.3.* Secundo cum dolore, vt faciunt Viatores, qui nollent feciſſe, quod male fecerunt de quo *Aug.in c. pœnitentia il ſecundo de pœnit. diſt.3.*

38 Multiplex eſt, alia eſt indifferens, ideſt nec bona, nec mala, quando ſcilicet, quis habet ſyndereſim, hoc eſt remorſum conſcientiæ, quod ſibi diſpliceat peccaſſe & dicitur quædam poenitudo naturalis, & animi paſſio dolendo de peccatis commiſſis, quæ non meretur, nec demeretur niſi applicetur, & de hac loquitur Poeta.

Pœnitet & facto torqueor ipſe meo.

& alibi.

Quos diri conſcientia facti mens habet.

39 Secundo poteſt eſſe mala criminoſa, & deteſtabilis quando ſcilicet, quem poenitet malum non feciſſe, vel bonum non feciſſe.

40 Tertio, mala deſperata, quam habent Animæ damnatæ in Inferno, de qua *Sap.5. pœnitentiam agentes & præ anguſtia ſpiritus gementes, hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem eorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter Filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt*, dolent enim de peccato non quatenus offenſa Dei, ſed quatenus fuit cauſa poenæ æternæ eorum, talis poe-

nitentia fuit in Iuda traditore, de qua *cap. Iudas de pœnit. dist. 3.*

41 Quarto, Pœnitentia mala sera, seu tarda, & dilata vsque ad finem vitę, valde periculosa est, de qua *Aug. cap. 2. & penult. de pœnit. d. 7. & Eccles. cap. 5.*

42 Quinto, potest est mala falsa, quando quis accedit ad confessionē pro confitendo peccata sua, sed non discedit à peccato odio, rancore, & malo peragendo de hoc in *cap. falsas & cap. Fratres de pœnit. dist. 5. cap. illæ de pœnit. dist. 3.*

43 Sexto, dicitur poenitentia mala irrisoria, & inanis, quando quis accedit ad Sacramentum poenitentiae animo redeundi ad vomitum & huiusmodi homines *D. Ambros.* voçat irrisores non poenitentes in *cap. irrisor, de pœnit. dist. 3.*

44 Alia dicitur poenitentia bona quae est praeterita peccata plangere, & plangendo, iterum illa non committere de qua *Amb. in c. pœnitētia. il primo de pœnit. d. 3.* haec consideratur, vt virtus, quando homo detestatur peccatum commissum, vt offensam Dei, cum proposito emendandi vitam, & spe veniae obtinendae à Deo, & vt Sacramētum, quo remittuntur peccata post baptismum commissa poenitenti bene disposito per absolutionem *Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. & seq. Sot. in 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. & 2. cap. pœnitentia de pœnit. dist. 3. D. Tho. 3. p. quæst. 84. 85.*

45 Poenitentia habet aliquam proportionem cum baptismo, & dicitur secunda tabula post Naufragium.

46 Eius finis est, vt fiat satisfactio à peccatore Deo offenso, vt fiat reconciliatio cum ipso, & impetretur gratia, & demum est pax conscientiae, serenitas Animae, tranquillitas mentis, & vehementis spiritus consolatio.

47 Eius fructus multi sunt, nempe remissio culpae liberatio animae à poena aeterna, reconciliatio cum Deo, reuiuiscentia operum bonorum mortificatorum, & mundatio animae à sordibus.

48 Sunt nonnulla impedimenta, quae impediunt hominem, vt non agat poenitentiam, aliqua enim sunt exteriora aliquà interiora.

49 Exteriora sunt obligatio restituēdi rem alienam, vel famam, exercitium negociorum illicitorum, ludi, recidiuatio, hypocrisis.

Interiora verò est pudor, spes, timor, desperatio. *Anton. 4. par. tit. 14. §. 5.*

S V M M A R I V M.

Remedia contra pœnam temporalem quot, & quæ. 1.
Opera bona voluntaria quæ. 2.
Operis boni voluntarij genera plura sunt. ibid.

Operis

DE QVATVOR REMEDIIS CONTRA pœnam temporalem, quæ ſunt bona opera, ſatisfactio, Indulgentia, & Purgatorium, & primo de bonis operibus. Cap. IV.



1 RO tollenda poena temporali, quæ poſt remiſſam culpam remanet ſoluenda Deo, alia remedia data ſunt, nempe opera bona voluntaria, poenitentia iniuncta, ſeu iniungenda à Cõfeſſore, ſeu ſatisfactio, Indulgentia, & purgatorium, de quibus in fine huius tractatus agã, quæ omnia *Med. de Ind. diſp. 3. c. 8. & ſeq.* ad duo genera reſtringit, nempe ad ſatisfactionẽ, ſeu poenam ſatisfactoriam ordinariam, & extraordinariam. Primum genus intelligit, quæ à Lege Diuina ſtatuta ſunt, nempe quod pro peccato mortali ſit poena æterna, ſi conuertatur homo, & confiteatur, commutetur in poenam temporalem, ſoluendam in hac, vel in alia vita; dicitur ordinaria inſtar Iuris communis, in quo pro homicidio, & alijs delictis ſtatuuntur certæ poenæ, ſeu ſatisfactiones. Secundum genus appellat, quando non ſunt ſtatutæ in Iure ſatisfactiones, ſed ſunt arbitrariæ, prout Principi, vel Iudicibus videbitur vt *in tit. ff. de extraord. crim. de var. & extraord. cognit.* ſic apud Deum extraordinariæ ſatisfactiones ſunt flagella &c. quæ diuinitus irrogata patiuntur, qui poenam temporalem ſunt perſoluturi; Dicuntur extraordinaria, quia non ab aliqua lege, quam ſibi Deus præfixerit, ſed à ſola Diuina voluntate deſcendunt pro primo genere in Lege Moſayca, & Euangelica Diuina Sacramenta, præſertim poenitentia, inſtituta ſunt. *Quorum remiſeritis peccata &c. Ioan. 2.* pro ſecundo genere erant voluntaria ſacrificia; in lege vero Euangelica, oratio, eleemoſyna, & cætera opera bona, hæc ſicut nullam habent, à qua præcipiantur, legem, ita nullam habent diuinæ miſericordiæ promiſſionem, ita vt ipſo opere à fide integra, & viua dilectione deriuata poenas diuinitus decretas exterminent, ſed quemadmodum ea homo libere offert, ita Deo liberum eſt parcere, aut obfirmato animo poenam exigere, quod in prioris generis poenis contrario accidebat, illic enim Deus lege à ſe condita, poenam decretam

cretam condonandi sibi imposuit necessitatem , ideo vt per ordinariam legem illi aliter agere non liceat .

Agendum est ergo de primo remedio pro tollenda poena temporali, quæ sunt .

2 Opera bona voluntaria,& primo eleemosyna, siue corporalis, siue spiritualis, de corporali, de qua frequentior est sermo *Daniel 4.n.24. peccata tua eleemosynis redime,* vbi pro peccatis, intellige poenas, debitas peccatis *cap.quamobrem 68.de pœnit.dist.1.Luc.11.date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis .*

Secundum est oratio, quoties enim quis est in gratia Dei per nimiam orationem, quam facit acquirit partem remissionis poenarum *cap.de quotidianis de pœnit.dist.* 3. & in oratione Dominicali habetur *dimitte nobis debita nostra, & oratio fidei saluat infirmum Iac.5.*

Tertium est ieiunium , & cætera opera corporis afflictiua , vt sunt disciplina, cilicia , peregrinationes , &c. intellige non solum ieiunia voluntaria , sed etiam necessaria ab Ecclesia statuta , de his tribus operibus aliqua etiam dicam, dum de satisfactione tractabo .

Quarto, remissio iniuriarum *Luc. 6. dimittite & dimittetur vobis.*

Quintum est patientia,& tolerantia calamitatum, & flagellorum Dei in hac vita, vt sunt pestilentiæ, infirmitates, dolores, mors, & cætera, quæ omnia si æquo animo feruntur peccata remittunt, ideo debet homo omnia Deo offerre, & ob eius amorem pati *Tob. 3. in tempore tribulationis peccata dimitte Conc.Trident.sess.14.c.9. de satisfactione,* vbi temporalibus flagellis à Deo inflictis , & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus *Suar.tom 4.disp.37. sect. 7.sic patior pœnas, dū pulsor ipse podagra*

Sextum sunt omnia opera misericordiæ temporalia , & spiritualia, quæ debent offerri Deo cum hac intentione ad obtinendum remissionem peccatorum, hinc quando nos de mane surgimus, omnia opera, quæ die facturi sumus Deo offerre debemus ex *Sot.in 4.sent. dist.21. art.4.& dist.19.q.2. art.2.*

Septimum remedium sunt bona opera facta pro proximo, quod significat Symbolum in illis verbis , *Sanctorum Communionem*, quando enim quis Deum rogat pro aliquo amico, vel alia bona opera erogat eum iuuant pro remissione peccatorum .

Octauum opera bona Iustorum , quando quis alium bonum rogat vt Deum oret pro se .

Nonum Missæ applicatæ, & sacrificia vt *Anselm. vt à nobis auferamus aliquid, quod ipsi Deo sub sacrificio quodam offeramus .*

Decimum est voluntaria satisfactio, sed est minoris valoris, & meriti iniuncta, de qua infra , quia potestate clauium acquiritur meritum, & plus valet vnum ieiunium factum per poenitentiam iniunctam,

ctam, quam decem ex poenitentia voluntaria.

Vndecimum, est communicatio, seu participatio suffragiorum, & bonorum omnium alicuius particularis, vel Religionis, seu ordinis, vel Confraternitatis, de qua *Sot. loc. cit. Nauar. de Iub, not. 31. n. 18. seq. & in Miscell. 26. & seq.* vnde qui est adscriptus alicui Confraternitati est particeps omnium bonorum operum, quæ in dicta Confraternitate fiunt, à quolibet alio Confratre, in qualibet mundi parte, idem de adscriptis Religionibus.

3 Pro intelligentia istius vltimi operis nota primo, quod applicatio, quam quis potest facere alteri de suis proprijs bonis operibus dupliciter fieri potest, nempe quoad vim satisfactoriam, & quoad vim meritoriam, seù per viam satisfactionis, & per viam meriti. Primum consistit in solutione, seu redditione æquiualentis ad poenam, quæ
4 redimitur in toto, vel in parte. Secundum vero consistit in aliquali dignitate habendi, seu impetrandi aliquid tamquam mercedem, seù præmium, quod dicitur meritorium. Primum requirit specialem intentionem, & applicationem applicãtis. Secundũ vero non semper.

5 Applicatio per viam meriti fit dupliciter, primo ratione vnionis vniuersalis, quam iusti inter se habent per charitatem de qua *Dauid Psal. 118. Particeps Ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua*, quam Apostoli in Symbolo vocant *Sanctorum Communionem*, & hæc participatio fit sine applicatione, & intentione facientis instar Societatis omnium bonorum inter aliquos contractæ, in qua quidquid vnus lucratur est omnibus commune, sic charitas est spiritualis Societas, in qua omnes iusti participes sunt bonorum operum, quæ fiunt in Ecclesia, & excluduntur peccatores tamquam membra mortua, hinc diabolus dicitur habere potestatem in quocũque peccatore, vt in pecore suo *c. miramur 24. q. 1.*

6 Secundo, ratione vnionis particularis quando quis alteri communicat satisfactionem suorum bonorum operum, quæ quilibet potest applicare ad remissionem poenæ alterius, sicut enim Corporis membra inuicem sibi opem, & auxilium præstant; vti manus pro euitando ictum ensis in capite, vulnus in se recipit, ita cum omnes sint membra mistici corporis, *multi vnum corpus sumus in Christo, ait Apost. 1. Corinth. 10.* vnusquisque potest pro altero satisfacere mediantibus bonis operibus quoad vim meritoriam, & satisfactoriam, tam pro iusto, quam pro impio, sed de congruo tantum, hoc est quia soli liberalitati innititur, & sic per viam gratiæ, & liberalis misericordiæ Dei, qui non se obligauit, nec promisit infallibiliter concessurum quidquid boni Iustus ab eo pro alio petierit, sed quidquid, quoties, & quãdo sibi placuerit. Hoc probatur, quia ratione charitatis potest quilibet de suis bonis communicare quantum non prohibetur, hoc autem

non

non prohibetur, ſed ſuadetur *Ad Galat.6.Alter alterius onera portate, &c. Orate pro inuicem vt ſaluemini Iacob 1.* quia ſi temporalia bona poſſumus communicare ex charitate, quare non poſſumus ſpiritualia? Hinc dicit *Auguſtinus, niſi Stephanus oraſſet, forte Paulus ſaluatus non eſſet*, & de Carolo magno audita eſt vox Ægidij *meritò Carolo peccata dimitto*, cum hac tamen diſtinctione participat impius, & iuſtus, quia impius receptus in gratia, participat ſolum per intentionem applicantis, iuſtus vero, & ratione ſpecialis intentionis applicantis, & ratione vnionis charitatis vniuerſalis; hæc applica-

7 tio ratione particularis vnionis fit tripliciter ex *D.Thom.in 4. d.20. relat.per Nauarr.not.31.num.19.* vbi ſic intentio alicuius poteſt in alterum dirigi tripliciter, aut in generali, aut in ſpeciali, aut in ſingulari, in ſingulari quidem vt cum quis pro alio determinato ſatisfacit, & ſic quilibet poteſt alteri opera ſua communicare. In ſpeciali autem, cum quis orat pro congregatione ſua, & familiaribus, & benefactoribus, & ad hoc ordinat etiam opera ſua ſatisfactoria, & ſic ille qui Congregationi præeſt, opera ſua alteri communicare poteſt, applicando intentionem illorum, qui ſunt de Congregatione ſua ad hunc, vel illum determinatè. In generali verò ſicut cum quis opera ſua ordinat Eccleſiæ vniuerſæ, & ſic qui præeſt Eccleſiæ vniuerſæ poteſt illa opera communicare applicando intentionem ſuam ad hunc vel illum, & quia homo eſt pars congregationis, & congregatio Eccleſiæ, ideo ille qui præeſt Eccleſiæ poteſt communicare ea, quæ ſunt Congregationis, & huius hominis, & ille qui præeſt congregationi, ea quæ ſunt huiuſmodi hominis,

8 ſed non è contrario. Aduertendum tamen eſt, quod nec prima communicatio, nec ſecunda dicitur Indulgentia, ſed ſolum tertia, ratio duplex affertur à *Graff. in append. ad deciſ. lib. 2. de Indulg. cap. 2. num. 17.*

9 Secundo nota, quod hæc participatio per viam ſatisfactoriam poteſt minui, & augeri iuxta minorem, & maiorem numerum participantium ex opere operantis, etiam quoad ipſum applicantem, licet aliunde mereatur ratione charitatis, & ſic non perdet mercedem ſuam *Matth.10.*

10 Per viam vero meriti numquam minuitur ex multiplicatione participantium, & ſi quis intendit ſatisfacere pro eo, qui non eſt capax, puta pro damnato exiſtenti in inferno, vel exiſtenti in gloria, tunc fructus ſatisfactorius reuertitur ad facientem ſi eget pro ſuis peccatis *Matth. 10. Pax veſtra ad vos reuertetur Pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur*, ſi vero non eget, conſeruatur in theſauro Eccleſiæ, hæc & alia *Cordub. lib. 5. quæſt. 5. 7. & 42. Eman. Rodoriq. par.1.q.33.art.2.& ſeq.*

His

His ſuppoſitis nota tertio, quod ego hic non loquor de vniuerſali applicatione, quia abſq; eo, quod iuſtus aliquid de ſuo tribuat Deus, cui adeo grata ſunt opera iuſtorum, de perſe benefacit vni, ob opera bona alterius, & multoties impertitur gratias peccatoribus, eo quod ſunt conſanguinei Viri Iuſti. Exemplum ſit Regis, qui recepto aliquo maximo beneficio à Petro, fouet omnibus conſanguineis Petri, & etiam amicis, ſcriptum eſt enim *Pſal.131. Propter Dauid ſeruum tuum, non auuertas faciem Chriſti tui*, ſed loquor de particulari, quã quiſque iuſtus altero, ex tribus prædictis modis à *D.Thom.* pro alio facit.

11 Hanc quidem ſatisfactionem, non ſolum quilibet iuſtus facere poteſt, verum etiam quilibet habens poteſtatem, & iuriſdictionẽ ſuper iuſtos, quales ſunt Præpoſiti Religionũ, qui communicare poſſunt ſatisfactionem bonorum operum ſuorum ſubditorum, per cõceſſionem litterarum communicationis, quam aliquibus facere ſolent, de qua communicatione, quoad Regulares adeſt priuilegium Vrbani V. de quo *in lib. Monu. ord. prima impreſſ. fol.261. concl.671. & in ſupplem. fol.206. concl.459. vt notat Emanuel Rodor. quæſt. Reg. p.1. q.33. ar.2.* & qui primo cœpit concedere huiuſmodi litteras, per quas applicantur ſuffragia Subditorum, fuit Sanctus Ioannes Amatenſis Epiſcopus, vide de hac communicatione *D.Thom. in 4. diſt.20. q.4. Ricc. Palud. & cæteros DD. in 4. diſt.45. Cord. lib.5. q.5.7.42. Nau. not.31. nu.18.*

12 Vt autem intelligatur quomodo poſſint Præpoſiti Religionum applicare alij ſatisfactiones ſuorum ſubditorum ſiue per viam ſatisfactionis, ſiuè per viam meriti, diſtinguendo ſatisfactionem à ſuffragijs dico primo.

Quod per admiſſionem ad conſortium, ſeu participationem alicuius Religionis, non intelligitur admittere ad participationem alicuius theſauri, neque applicare aliquas ſatisfactiones ad remiſſionem peccatorum, ſed tantum ad ſuffragia, & applicationem meritorum, & operum per modũ impetrationis vt *Suarez. diſp.55. ſect.5.*

Secundo, quod ſuffragia omnia Subditorum poterit Superior alijs applicare, ſeu communicare, ſiue ſit Generalis, ſiue Prior, ſiue Guardianus Prouincialis, & quilibet alius Præpoſitus, ſeu Prælatus, patet ex vſu antiquo, & approbat *Valdens de Sacram. tom.3. tit.10.* Item ſi ſubditi poſſunt communicare, multo magis Superiores, & hæc dicitur communicatio, ſeu participatio meritorum, ſeu ſuffragiorum oblatio, ſeu donatio, non autem conceſsio Indulgentiarum ex *Sot. in 4. diſt.21. q.1. art.4. Nauar. in Miſcell.26. Suarez diſp.55. ſect.5. Conc.*
13 *Coſtan. ſeſſ.8. art.15.* in quo damnatur opinio *Vuicleph* aſſerentis, applicationes ſpecialium orationũ nihil prodeſſe, vt latius *Vuald. to.2.*
14 *de ſacram. tit.10. c.93. ſeq.* de differentia autem inter hanc communicationem,

cationem,& Indulgentiam infra patebit cum *Cord. lib.5. q.42. verſ.*
quartum punctum, vbi quatuor ponuntur differentiæ.

Vnde ſi quis eſt Benefactor alicuius Monaſterij, poteſt Prælatus il-
li concedere litteras, vt ſit particeps omnium bonorum, quæ fiunt
in illo Monaſterio, quia quoad partem ſatisfactoriã poteſt Superior
dictis bonis priuare ſubditum,non autem quoad meritoriam, ſed eſt
15 bene aduertendum, quod ſi cauſa,propter quam iſte talis benefactor
recipitur, non eſt vera, quia ſcilicet non eſt Benefactor, vt in litteris
ſolet ſupponi, talis receptio ad ſatisfactionem non valet, niſi ſecun-
dum ratam, ſcilicet ſecundum quod fuerit benefactor,quia deficien-
te cauſa finali, ſeu conceſsione, deficit ipſa conceſsio, ſi vero non ex
16 cauſa illa, ſed ad libitum ex cauſa charitatis recipiatur motu pro-
prio,tunc bene valebit talis communicatio ex intentione communi-
cantis ei ſua bona, quoad vim ſatisfactoriam,& meritoriam,& etiam
ſecundum ſuam diſpoſitionem participantis,quoad vim meritoriam
ſpeciatim.*Cord.q.42.§.nonum dictum*.

Item quod Prælati, & alij applicantes alijs bona ſua, ſeu Commu-
nitatis, intelligunt regulariter applicare,quantum valere poſſunt ſi-
ne ſuo,aut communitatis detrimento, niſi quoad vim ſatisfactoriam
de ſuis bonis aliter ſpecialiter intendant.

Sic etiam poteſt Prælatus præcipere ſuis ſubditis, vt Miſſas quas
dicunt, applicent ſecundum ſuam intentionem *Nauar. d. Miſcell.*
nu.46. quæ omnia raro, & ex vrgentiſsima cauſa ſunt facienda.

At vero ſi bona opera, quoad vim ſatisfactoriam antequam fiant,
vel dum fiunt, non reperiantur applicata per facientem, vel ſupe-
riorem aliquibus actualiter,vel virtualiter, iam de cætero poſtquam
facta ſunt,non poſſunt applicari per ipſum facientem, ſeu Superiorẽ.
17 Neque faciens, aut Prælatus poteſt ea reſeruare quoad vim ſatiſ-
factoriam, vt ſint repoſita, & conſeruata tamquam in theſauro pro
alio tempore futuro, quo valuerit vel indiguerit, vt tunc per facien-
tem vel per Prælatum applicentur ſibi ipſi vel Benefactori, aut alteri
quia nullus poteſt particulariter ſibi, vel alteri theſaurizare theſau-
rum ſatisfactoriũ particularem,& per conſequens neque de eo diſtri-
buere, aut cõmunicare,vt pluribus probat *Cord.d.q.42.verſ.octauũ*
18 *dictũ Suar. diſp.55.ſect.5.nu.5*.ergo ſi non explicantur dicta ſatisfa-
ctoria ante, vel dum fiunt, reponuntur, & conſeruantur in communi
theſauro Eccleſię, & ſic tantum per potentes concedere Indulgentias
diſtribui poſſunt,quia opera bona, quę fiunt non poſſunt ſtare in ſuſ-
penſo, ſed ſtatim applicantur in theſauro, vt dictum eſt, & ſic intel-
lige,quę ſupra dicta ſunt.
19 Quod autem *Petrus Nauar.lib.2.de reſt.c.2. nu.160.* dicit ſacer-
dotem poſſe dicere Miſſam, & poſtea eam, & etiam ſacrificia prętę-
rita

rita applicare cui, & quando voluerit mihi non placet vt *Enr. lib. 9. c. 21. de missa. Cord. lib. 1. q. 4. dubb. 6. fol. 69. seq. Nauar. Miscell. 26.*

Sed Ant. de Cord. loc. cit. saluat opinionem Petri Nauarri in his casibus, quando v. g. Sacrista scit, quod N. legauit centum suæ Ecclesiæ pro tot missis celebrandis, & hæres illius legati numquam comparet ad satisfaciendum legatum, quod in hoc casu potest Sacrista præuenire, & curare, vt celebrentur illæ missæ sub spe, quod postea veniant centum legata pro eleemosyna, & sic potest anticipare tempus, supplendo negligentiæ hæredis, quod si dicta centum postea non venerint, sibi adscribat Sacrista.

20 Vel secundo potest intelligi dictus Petrus Nauarr. quando quis v.g. tenetur qualibet hebdomada dicere in sua Cappellania tres Missas, & sic illi supersunt quatuor dies vacui à celebranda Missa, & de istis quattuor missis, vult anticipare, & dicere ante tempus, & sic de illa hebdomada loco trium Missarum dicit septem sub spe, quod hebdomada sequenti habeat aliquas eleemosynas pro Missis celebrādis, & potest celebrare pro istis eleemosynis, cum jam satifecerit tribus missis, ad quas tenebatur singulis hebdomadis, quod tamen non est practicādum, quia qui reliquit illas tres Missas singulis hebdomadis, habuit intentionem, vt ter in hebdomada honoretur eius anima, & fructus satisfactionis non potest suspendi, ita vt eum sacerdos applicuerit in futurum cum voluerit, qui si non fuerit applicatus, thesauro Ecclesiæ eundem reseruari nullus ex recentioribus ambigit, nec valet dicere in isto casu, quod bis soluit, qui ante tempus soluit, quia dispar est ratio, & hæc procedunt, quoad vim satisfactoriam; quoad vim autem meritoriam, tam ipse qui facit, quam Prælatus quicumque eius mediatus, aut immediatus potest semper ante, vel post communicare, seu applicare talia bona præterita, præsentia, & futura quibuscumque voluerit, vt virtute talium meritorum mereatur de congruo, seu potius impetret ipsi, vel alijs bona spiritualia, & temporalia, & liberationem & præseruationem malorum, quod non est propriè meritum, sed impetratio, quæ aliqualiter pertinet ad præmium aliquod meritorum præcedentium de congruo habendum sibi, vel alijs in hac, vel in alia vita, sicut propter merita præcedentia Abraham, & alij Sancti impetrabant à Deo, seu Deus conferebat alijs bona temporalia, & de his bonis, quoad vim meritoriam, non congregatur thesaurus Indulgentiarum, & hoc modo per viam meriti, seu inpetrationis valet communicatio bonorū suorum præteritorū, & cōcessio eorū, quam aliqui piè faciunt aliquibus existentibus in articulo mortis, seu etiam defunctis, non autem quoad vim satisfactoriam præteritam, quæ iam nō est in sua potestate, &c. *Cord. q. 42. vers. octauum dictum Eman. Rodoriq. q. 33. ar. 5. 1. p.*

Quoad

Quoad vim etiam meritoriam omnia bona cuiuscumque Subditi, & Congregationis, tam particulariter, quam communiter facta, tam supererogatoria, quam necessaria, seu obligatoria, tam subditus, qui fecit, quam quilibet Prelatus eius mediatus, seu immediatus etiam Papæ quemlibet eorum per se & simul, ante, vel postquam facta fuerint, potest ea applicare cuicumque voluerit. *Cord. cit. vers. octauum dictum.*

21 An minus valeant subditis suffragia sua, quando alijs à Superioribus offeruntur? Respondetur nihilominus valent ipsis, quam si illorum Superiores non offerrent.

22 Ex dictis patet, quod satisfactiones superabundantes possunt etiã indignis dispensare Superiores, sed posteaquam factæ sunt, non possunt applicare, quia reponuntur in thesauro.

23 Quid si eas applicet subditus, & simul superior diuersis? Respondetur valent illi, cui applicat Superior per modum satisfactionis, alijs vero, quibus applicat subditus, valent per modum impetrationis ex communi sententia.

24 An Prælatus possit applicare ea bona quæ Subditus particulariter facit pro satisfactione suorum peccatorum? Respondetur negatiue si talis subditus ipse egeat nisi ad hoc aliquo modo cõsentiat, quia fiunt determinate, & iam non est bonum cõmune Religionis, seu Congregationis, vt *Cord. d. q. 42. vers. secundum dictum Eman. Rod. d. q. 33. art. 4.* vbi multiplex ratio assignatur præcipuè, quia Superior non videtur esse illorum Dominus nisi cum superabundant; posset tamen excipi casus grauissimæ necessitatis, oppositum tamen tenet *Sot. d. 21. q. 1. art. 1. circa finem*, nempe posse Superiorem applicare.

Sed ex quo Subditus tale suum bonum satisfactorium, quo ipse eget, potest communicare alteri quoad prædictam vim, An posit etiã Papa, vel alius eius subditi Prælatus, eo inuito preuenire communicando tale opus, eiusq. intentionem applicando alteri, cui ipse Prelatus, & non cui subditus voluerit? Respondetur regulariter non potest nisi ex rationabili causa, vide *Cord. q. 42. vers. secundum dictum, & vers. quoad hoc.*

25 Item potest Superior precipere subdito vt offerat alijs proprias satisfactiones, & hic tenetur obedire eo modo, quo Põtifex applicat de Thesauro Ecclesię, differunt tamen quia Pontifex applicat auctoritate, Superior vero per dispensationem, preterea Pont. potest relaxare pœnitentias etiam iniunctas, non autem Superior *Suar. d. 55. sect. 5. num. 8.*

26 An autem posit quisque etiam Laicus sua merita applicare alijs seu communicare, quoad vim satisfactoriam dictum est affirmatiue ex *Nauar. not. 31. num. 18.*

d Bona

27 Bona satisfactoria, quę subditus facit per se non applicando ea alicui specialiter, sed pro tota Ecclesia generaliter, aut pro indigentibus in Purgatorio, aut in hac vita pro Benefactoribus amicis, seu pro ijs quibus Deus vult valere similiter bona quę facit in communi vt disciplinas, vigilias, & similia quę in communitate facit cum alijs Religiosis simul, seu per se ex statuto regulę, aut pręcepto Pręlati; dicuntur communia Cōgregationis quamuis ipse subditus eis egeat, & talia potest Pręlatus inuito subdito etiam communicare alijs specialiter quoad vim satisfactoriā *Cord.q.42.vers.quintum dictū Suar. vero sect.5.disp.55.n.4.in fin.* tenet quod licet subditus nulli applicet suum opus ex inaduertentia, vel culpabili negligentia sola intentio superioris non sufficeret ad applicandū illud per rationē ibi allatam.

28 Pręlatus supremus, vt Papa potest communicare bona omniū suorum inferiorum tam Personarum, quam Pręlatorum, quam Congregationum sibi subditarum modo supradicto, non tamen è contra, sed solum bona sibi subditorum *Cord.q.42. vers. septimum dictum.* notat etiam *Nauarr.not.31. nu.20.* eum cui alicuius sodalitatis, vel Confratarię bona communicantur non absolui ab obligatione agendi pęnitentiam à Confessario sibi pro peccatis iniunctam, etiam si per illā communicationem assequutus forte sit quoad Deum, remissionem omnem pœnę in purgatorio per eum subeundę quoniam neque absoluetur si alij pro eo tantumdem pœnitentię quantum est sibi iniunctum ageret.

29 An in applicatione bonorum operum subditorum, quę facit Superior requiratur intentio ipsorum subditorum vide *Suarez disp. 55. sect. 5. 6 seq.*

30 Si quęras quis fructus proueniat fidelibus eo, quod ad participationem operum Religionis admittātur? Respondetur tripliciter alteri possunt suffragia prodesse, vt dictum est. Primo per modum satisfactionis. Secundo per modum directè impetrationis, & indirectè per modum cuiusdam meriti, de congruo, modo dico huiusmodi admissionē in primis prodesse ad hūc postremum modum quoad fructū; qui nō pēdet ex particulari intentione singulorū operātium. Tertio, prodest ad directam impetrationem ad satisfactorium suffragium, & ad lucrandas Indulgentias Religionibus concessas, vt *Suar. disp.55. sec. 5. num.11.12.13.*

Et hęc quoad communicationem, & cętera remedia bonorum operum pro tollenda pœna temporali; de pęnis autem à quamplurimis passis etiam post remissam culpam *Chrysost. hom. 10. in Matth. 3. Greg. hom.20. & c. Benz. lib.2. à c.40. ad 42.* vbi habetur de formula pœnitentiarum antiquarum, superest agendum de pęnitentia iniungenda à Confessore, & sic de satisfactione.

SVM-

SVMMARIVM.

DE SECVNDO REMEDIO, HOC EST, De satisfactione pro tollenda pœna temporali. Cap. V.



SECVNDVM remedium, quo satisfit pœnæ temporali, est satisfactio, quæ in nostro proposito non sumitur pro restitutione rei alienę, bonorum ablatorum, famæ & honoris, vt in
1 *l. prima ff. qui satis. dar. cog.* nec pro recessu, &
2 fuga ab occasione peccandi *vt in c. satisfactio de pœnit. dist.* 3. sed sumitur pro pœnitentia iniuncta, seu iniungenda à Confessore in confessione sacramentali pœnitenti, non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramenti voto vnà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ non tota remittitur, vt in Baptismo illis, qui post ipsum peccauerunt, & sic est tertia pars Sacramenti pœnitentiæ, & dicitur satisfactoria, de qua in *c. omnis de pœnit. & remis. Conc. Trid. sess. 14. c. 6. & seq. de iustificat. c. multiplex de pœnit. dist. 1. Sot. in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. Caiet. aduersus hæreses vers. pœnit. Nauarr. c. 3. in Manuali, & definitur sic.*

4 Satisfactio est compensatio quædam iniuriæ Deo illatæ per peccatum ad quamdam iustitiæ qualitatem, cum proposito cauendi in futurum *Syl. satisfactio in princ.* deducitur ex *c. satisfactio de pœnit. d. 3.* intellige de satisfactione iniuncta in Sacramẽto pœnitentiæ, qui enim sua spontè illam suscipit dicitur quidem satisfactio, sed non Sacramentalis *Ledes. 2. quarti quæst. 11. in fin. dixi* (quædam) quia non potest deueniri ad iustam mensuram, quæ sit proportionata compensatio, sed homo debet conari peruenire ad talem satisfactionem, quam potest, *Caiet. verbo satisfactio Nauarr. cap. 3. & cap. 26. nu. 15. & seq.*

5 Hæc satisfactoria pœnitentia triplex est, solemnis seù publica, quæ pro delictis scandalosis imponebatur tempore primitiuæ Ecclesiæ primo die Quadragesimæ cum sacculo, & cilicio, de qua loquitur *tex. in cap. quadragesima 50. dist.*

6 Secunda dicitur publica, sed non solemnis, quæ imponitur Blasphemis coram populo inter missarum solemnia, de qua *cap. statutum*

de maled. cap. Deus cap. omnis de pœnit. & remiss. & dicebatur salutaris, quia imponebatur ob salutem priuatam pœnitentis.

7 Tertia dicitur secreta, seu priuata, quæ est multiplex, vt dictum est supra *cap. 3.*

8 Regulariter loquendo in omni confessione sacramentali iniungenda est pœnitentia, ex *Conc. Trident. sess. 14. cap. 8. Nauarr. cap. 26. num. 15. Ledes. secunda quarti q. 20. num. 4. dub. 2. Suar. disp. 38. sect. 3.* dixi regulariter, quia non est opus iniungere, quando constaret pœnitentem satisfecisse plenè *Caiet. vers. satisfactio, & vers. confessio in fin.* vel si impeditus esset ab infirmitate *Nauar. cap. 26. n. 83. Pet. Sot. lect. 2. de Confess.* tunc enim est tantum indicanda non imponenda *c. p. 27. q. 7.* vel leuis imponatur; est inquam necessaria huiusmodi pœnitentia, quia dum ob peccatum mortale incidit in culpam seu maculam, ea sublata per confessionem, remanet reatus, seu pœna temporalis loco æternę, & sic fit transitus de inferno ad purgatorium, qua soluta meretur patria æterna.

9 Dices si pœnitens vult differre pœnitentiam, & eam persoluere in purgatorio, & non in hac vita, potest ne absolui sine iniunctione pœnitentiæ? Respondetur duæ sunt opiniones, prima asserentium posse absolui, vt *Caiet. verb. Confessio, & verbo satisfactio, & verbo absolutio Adrian. q. de confessione, Scot. dist. 17. q. 1. ar. 2. Gabr. dist. 17. q. 1. art. 2. Gabriel. dist. 16. q. 2. Med. C. de confessione. Nauarr. c. 26. num 20. Ledesm. 2. quarti q. 20. art. 4. concl. 2. Cord. de Indulg. quæst. 1.* vbi licite potest pœnitens hanc satisfactionem reseruare in purgatorio ex *Soto in 4. dist. 20. q. 2. art. 2. in responsione ad 3.*

Altera sententia est opposita *Palud. in 4. dist. 20. quæst. 2. Maior. dist. 17 quæst. 2 Anton. 3. par. tit. 18. cap. 9. Castr. lib. 2. de leg. pen. Sot. dist. 19. q. 1. art. 3. Victor. quæst. 109. D. Thom. in addit. q. 18. art. 3. Petr. Sot lec 2. de satisfact.* est communis & vera patet ex *Conc. Trid. sess 14. c. 6. & 8. de satisfact.* Tenetur enim pœnitens acceptare pœnitentiam rationabilem sub peccato, quia Confessor habet potestatem non solum soluendi, sed & ligandi, dixi rationabilem, idest claue non errante, & sic, vt sit discreta, ex infra dicendis; pœnitentia enim iniungitur ob varios fines, nempe ad præseruationem, & vt pœnitens intelligat grauitatem peccati ne dum ad satisfaciendum, vt ex *eodem Conc. Trident.* non tamen tollitur quin pœnitens possit rogare confessarium, vt mutet pœnitentiam, puta orationes loco ieiunij, &c. vide *gloss. in cap. peccati de regul. iur. lib. 6* vbi si non potest quis induci ad dimittendum peccatum, non est absoluendus nisi iniuncta pœnitentia, quæ ad multa deseruire potest.

Pro concordia opinionum attendat Confessor qualitatem, & dispositionem pœnitentis, quantitatem pœnitentiæ iniungendæ, circun-

cunstantias peccatorum, vt mox dicam, vide *Caiet. in verbo satisfactio Sot. in 4. dist. 99. quæst. 2. num. 3. Nauarr. cap. 26. num. 21. Conc. Trid. sess. 14. nu. 8.* & debet potius inclinare ad misericordiam quã ad seueritatem. *Sylu. Confessor. 4. q. 3.* Quia est forũ misericordiæ, & pœnitentiæ sunt arbitrariæ, nec est sequendum consilium *Angeli confessio primo § 19.* asserentis, esse obligandum pœnitentem ad leuem tantum pœnitentiam, & alia opera esse imponenda sine obligatione, quia non tantum prosunt opera voluntaria, quantum satisfactio sacramentalis *Pet. Sot. lect. 2. de dist. pecca. Sylu. Confessor cit. Nauar. c. 26. num. 29.*

10 Et quando pœnitens recusat acceptare pœnitentiam sub prætextu quod vult peragere in purgatorio, debet saltem imponi, vt dicat ter Iesus, ne dimittatur absque absolutione, melius enim est leuem dare pœnitentiam, quam dimittere pœnitentẽ desperatum sine absolutione, quæ tunc potest denegari, quando nullatenus vult aliquam acceptare pœnitentiam licet minimam sub prætextu, quod velit satisfacere in purgatorio.

11 An autem sit prius iniungenda pœnitentia, & postea dare absolutionem, vel è contra, duæ sunt opiniones, vna *gloss. in cap. vlt. de censibus lib. 6. vers. audire*, vbi prius absolutio danda est, & postea pœnitentia; altera est *Clem. primæ de sepulturis*, vbi prius pœnitentia, & postea absolutio est danda, vtraque opinio potest substineri, sanum tamen est consilium, vt ante absolutionem iniungatur, ne vel omittatur ex obliuione, vel à pœnitente refutetur *Armill. absolutio 6. in fin.* vide *Suar. disp. 38. sect. 3.*

12 Aduertendum tamen, quod præambula illa, quæ fiunt à Confessore post audita peccata, videlicet, quod relinquantur malæ practicæ, occasio peccandi, restituantur bona aliena, &c. non sunt pœnitentiæ iniunctæ, nisi specificè imponatur; idem dicendum si imponatur pro pœnitentia ieiunium; si postea subdat Confessor, & quoties blasphemas deosculare terram; tunc ieiunium est vera pœnitentia, non autem alia verba nisi addatur etiam pro pœnitentia.

13 Modus seruandus in iniungenda pœnitentia statuitur à *Conc. Trid. sess. 14. c. 8. de satisfact. Nauar. cap. 26. num. 18. sequen. Suarez disp. 38. sect. 6.*

14 Quatuor nihilominus perpendere debet Confessor, primo quæ sit grauitas, & quantitas peccatorum; ne leues pro grauibus peccatis pœnitentiæ, vel è contra imponantur, sed secundum mensuram peccati, sit & plagarum modus; non tamen sunt seruandi Canones pœnitentiales, qui ob vnum peccatum mortale imponebant septem annos de publica pœnitentia; hodie namque pœnitentiæ sunt arbitrariæ *cap. Deus de pœniten. & remiss.* & melius est accusari de

misericordia, quam de austeritate *c. allegant 26.q.6.* in omnibus tamen prudentia adhibenda erit.

Secundo, consideratur qualitas delicti idest, vt blasphemanti dentur orationes vocales, homini carnali celicia, & disciplinæ, guloso ieiunia, & sic de singulis, & in eo, quo quis peccat puniri debet, sed ob varia peccata non sunt dandæ variæ pœnitentiæ.

Tertio, qualitas pœnitentis, considerando quæ potest sufferre, mulieri enim non decet imponere disciplinas, ne concurrat domestica curiositas; nec mancipio peregrinationes, ne adsit præiudiciũ Domini *c. relatum de sent. excom.*

Quarto, finis ob quã debet imponi pœnitentia, colligitur ex *Trid. sess.14.c.3.* vbi non solum est satisfaciendum peccatis commissis, sed vt sit medicina præseruatiua.

15 Omnia opera, quæ pro pœnitentia iniungi possunt, ad orationem, ieiunium, & eleemosynam reducuntur *Theol.in 4.dist.15.Trid.sess.6. can.14.& sess.14.can.13.De his Tob.12.* vbi bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna *Matt.16.*

16 Oratio intelligitur vocalis, vt sunt septem Psalmi, Officium B.Virginis, Defunctorum, &c. & etiam mentalis, vt meditari aliqua puncta passionis Christi, &c. Iudicium particulare, Infernum, Purgatorium, Paradisum, vel vt legat aliquas lectiones spirituales, puta Aloysium de Granata, opera D.Bernardi, pharetram diuini amoris, &c. sufficit illa legere, licet quæ ibi scripta sunt non meditẽtur. Item vt audiat verbum Dei quotidie, vel certis diebus auscultet Missam, & sic per
17 orationem satisfit Deo, & bonis Animæ, ad orationem etiam reducuntur actus contritionis, per quæ superbia eradicatur, & quod oratio vocalis, seu mentalis sit satisfactoria *D. Thom.in 4. dist.15. q.1. art.4.quæstiuncula 3.ad primum & q.4.art. 3.quæstiuncula 1.* de qua oratione plura dicta sunt supra par.1. c.18.

18 Ad ieiunium reducuntur omnia quæ corpus affligunt, & carnis concupiscentiam domant, de flagellatione sui ipsius *D.Paul.1.Cor.9. castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo*, & pro ieiunio, per quod satisfit Deo de bonis corporis, non solũ intelligitur abstinentia à carnibus, sed reliqua opera corporis afflictiua, & maceratiua, vt dictum est, vt sunt disciplinæ, cilicia, peregrinatio, visitatio locorum piorũ, vigiliæ per aliquas horas pro amore Dei, humi cubatio, &c. de quo ieiunio vide, quæ *p. 1.c.20.* & *Luc.2.*

19 Pro eleemosyna per quam satisfit Deo de bonis exterioribus substantiæ, & est magis satisfactoria, quam oratio, & ieiunium ex *D.Tho. in 4.dist.15.* ratio est duplex de qua *Graff.in append.lib.1.c.12.nu.4.* intelliguntur, quæ concupiscentiam oculorum, & auaritiam tollunt, ceduntq. in proximi vtilitatem, vt sunt opera misericordiæ, dando

aliquid

aliquid pauperibus, egenis, locis pijs, carceratis, infirmis, &c. quæ comprehendunt opera misericordiæ corporalia, de quibus *Graff. in Append. decis. lib. 1. cap. 12. Benz. lib. 2. cap. 28.* Quæ omnia opera imponuntur pro pœnitentia, vt contraria contrarijs curentur, frigida enim calidis, & calida frigidis sunt applicanda.

21 Dices an pœnitentia disciplinandi sit irrationabilis, puta si confessarius imponeret, vt faceret quis decem disciplinas num dicatur
22 indiscreta, & videtur affirmatiue, ex quo reus non tenetur agere, sed pati; solet enim valere argumentum inter iudicium fori, & sacramẽtalis, & exterioris, & sicut reus nõ tenetur obedire Iudici exteriori, ita & Iudici sacramẽtali, sed sic est quod reus nõ tenetur agere, sed pati, ergo nec reus Iudicis sacramentalis *D. Thom. 2. 2. q.*
23 *49. art. 4.* hinc si Iudex profert sententiam vt ipsemet reus se furcæ suspendat, reus non tenetur agere, sed pati, in contrarium tamen in casu nostro est veritas, & prædicta pœnitentia dicitur rationabilis, & discreta, & pœnitens tenetur obedire, & tenetur se flagellare, & castigare corpus suũ *c. nõ est nostrum 23. q. 5.* vbi sicut reus Iudicis exterioris tenetur obedire pœnæ impositæ puta, si est condemnatus ad exilium, cum non sit pœna mortis vt in casu nostro, sic dico, quod non seruantes exilium peccant mortaliter, & non sunt absoluendi.

24 Potest denique prudens confessor alias adhibere pœnitentias, puta pro recidiuo, dum aliæ pœnitentiæ non profuerunt potest imponere frequentationem confessionis, pro tentationibus, quæ de nocte vel de die eueniunt aliquas breues preces; puta vt intra se dicat, *cor mundum crea in me Deus; Deus in adiutorium meum intende*; quas si non potest aliqua causa ore dicere, corde proferat, & si pœnitens dicat non posse semper de huiusmodi pœnitentijs recordari, Confessor iniungat vt faciat quando recordatur.

25 An possit fieri huiusmodi satisfactio per opera alias debita, quæ quis tenetur facere ex alio præcepto, puta si pœnitentia sit ieiunium, an possit adimplere in die vigiliæ vel quadragesimæ, in qua te-
26 netur ieiunare, vel si iniungatur celebratio diuini officij ad quod quis tenetur, an possit vnica celebratione satisfieri? Respond. duæ sunt opiniones, vna affirmantium *vt Sot. in 4. dist. 15. q. 1. artic. 1. Palud. dist. 15. q. 1. art. 2. Syl. satisf. quæst. 8.* Alia opinio est in oppositum *vt Caiet. verb. satisf. &c. vbi Caiet.* dicit quod pœnitentia iniuncta intelligitur de opere non debito & si possit Confessor tales pœnitentias operis alias debiti imponere, & tũc pœnitens adimplendo satisfaceret vtrique, vt si quis tenetur ieiunare in quadragesima, posset Confessor imponere, vt etiam ieiunet ob pœnitentiam.

Pro resolutione tamen præsentis dubij, dico primo quod opera bona hominis existentis in gratia, licet sint debita ex vi alterius obligatio-

lationis, sunt satisfactoria pro pœna peccatorum *est Caiet. in opusc. de satisf. q. 1. Med. C. de satisf. q. 4. Adria. q. 1. de satisf. Sot. in 4. dist. 19 q. 2. art. 1. in fin. Nauarr. cap. 26. num. 23.* & videtur *Ant. 3. p. tit. 14. c. 20. initio* patet quia tale opus est meritorium, ergo satisfactorium, confirmatur, quia alias si quis martyrium subiret, tempore quo tenetur, non satisfaceret pro omni pœna, quod tamen est falsum.

Secundo dico quod poenitens regulariter nō satisfacit obligationi, quando implet poenitentiam sibi iniunctam per opus alias debitum, vt si impositum ieiunium impleret in aliqua vigilia *Sot. Med. Anton. in locc. cit. Vict. q. 205. Led. 2. 4. q. 14. art. 1. dist. 7.* & est communis vsus Confessariorum, Dixi regulariter, quia in aliquo casu posset satisfacere quando scilicet tenetur de iure naturæ, vt accidere posset in oratione, eleemosyna, & ieiunio *Ant. loc. cit. ex eod. D. Thom. dist. 15. in 4.*

27 Tertio dico quamuis regulariter non debeat Confessarius iniungere poenitentiam de opere alias debito, potest id tamen aliquando, imo est salutare consilium, si tali poenitentia poenitens induceretur ad aliquod præceptum implendum *DD. cit. & Vict. q. 202.* ratio est quia per ea opera poenitens implet satisfactionem. & præceptum quod alias non obseruaret, quare illi qui numquam ieiunauit, potest imponi poenitentia, vt ieiunet in quadragesima, & Clerico, qui numquam recitauit horas Canonicas vt illas recitet, &c. Nota tamen hoc non intelligi de opere iniuncto pro poenitentia Confessoris, sed intelligitur de debito ex aliquo præcepto vide *Suar. disp. 37. sect. 4.*

28 Dices an tempore Missę possit impleri poenitentia orationis iniūctæ, quando missa audienda est de præcepto? Resp. affirmatiue si ad vtrumque potest attendi *vt Nauarr. c. 21. num. 8.* alias non satisfacit illi, cui non attendit.

Sed quæ est ratio quod tempore missæ audiēdæ de præcepto adimpleri possit poenitentia iniuncta à Confessario, & non possit adimpleri ieiunium v. g. iniunctum pro poenitentia tempore vigiliæ, & sic quare aliquando per vnicam actionem dantur plures effectus satisfactionis, aliquando vero non Resp. quando actio terminatur ad plura obiecta secundum diuersas rationes formales, puta iustitiæ Religionis, &c. tunc potest per vnicam actionem pluribus obligationibus satisfieri, quia vnum obiectum est independens ab altero, & vnum se impertinens ad aliud.

Quando vero terminatur actio ad plura, quæ sub eadem ratione considerantur tunc non potest per vnam actionem pluribus satisfieri quia habent idem principium, & eandem rationem formalem quæ terminantur ad diuersa obiecta, à quibus; sicuti plura sunt ita satis-

facit

facit ab illis debet ſpecificari per modum plurium, alioquin vnum poſſet per centum ſatisfacere debito mille aureorum, & ſic vnica ſatisfactione non poſſunt adimpleri plura præcepta ſub eadem ratione formali v. g. religionis, iuſtitiæ, &c.

Hinc qui audit miſſam ex præcepto, & recitat poenitentiam iniũctam à Confeſſore ſatisfacit vtrique, quia cadunt ſub diuerſa ratione formali, nempe religionis, & iuſtitiæ, vel ſatisfactionis, ſic votum viſitandi Baſilicam S. Petri, & ratione Iubilei eſt diuerſa ratio, prima enim eſt ratione religionis, ſecundum ratione iuſtitiæ, ergo poteſt vtrique ſatisfieri. *vid. Suar. t. 3. 3. p. diſp. 88. ſect. 3. in fine, & t. 1. de religione in materia de orat.*

Si vero conſideretur opus iniunctum, vt actus religionis ſub hac ratione, quia incidit cum voto, tunc quoniam haberet idem principium, & eamdem rationem, non poteſt vnica actione vtrique ſatisfieri, iſta vero licet ſint plura, tamen vnum per accidens ſe habet ad aliud, ideo nullius ſunt conſiderationis, & ita intelliguntur, quæ alias dixi in tractatu de Iubileo *c. 17. n.* 16. vbi veriorem exiſtimaui opinionem Silueſtri, vtraque tamen ſententia ſubſtineri poteſt, & concordari poſſunt DD. diuerſè ſentientes in hac quæſt. *vt Graff. c. 5. nu. 38. lib. 1. in append. deciſ.* vbi tenet eleemoſynam iniunctam pro poenitentia poſſe dari cui debetur de præcepto vt parenti, ſeu indigenti *vt Sair. cla. Reg. lib. 6. cap. 33. de voto num.* 22. vbi qui vouit ſe daturum eleemoſynam pauperibus, ſi det in extrema neceſſitate conſtituto non ſatisfacit voto contra *Azo. p. 1. inſt. mor. lib. 11. c. 14. q. 1. Suar. tom. 3. diſp. 88. ſect. 3. in fin. & alij apud* ipſum vbi concordat cum noſtra opinione numer. 34. quod tempore miſſæ poſſit impleri poenitentia iniuncta à Confeſſore contra opinionem *Syl. Aug. & Armil. in verbo miſſa, & in verbo feria Sot. in 4. diſt. 15. & 19. q. 1. & 2. artic. 1. Palud. ibidem q. 1. & 2. Syl. ſatiſfactio. q. 8. Med. Cod. de ſatiſf. q. 4. Adr. de ſatiſf quæſ. 1. & 7. Nauarr. c. 26. num. 23. & in c. 1. de pœnit. diſt. 6. num. 40. & in c. 21. num. 8. in c. quando not. 19. num. 184. Antonin. 3. p. tit. 4. cap. 20. Vict. quæſt. 205. Ledeſ. 2. 4. quæſ. 14. art. 1. diſt. 7. Caiet. tom. opuſ. de valore orationis D. Tho. in 4. diſt. 15. Benz. de iubil. lib. 2. cap. 15. dub. 30.*

29 Quæritur an poenitentia neceſſario ſit iniungenda in operibus pœnalib. Reſp. primo regulariter imponenda eſſe opera poenalia, qualia ſunt orationes, eleemoſynæ, & ieiunia *Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. Nauarr. c. 3. num. 3. D. Thom. in addit. q. 15. art. 3. Sot. diſt. 19. quæſt. 2. art. 1. Vitt. q. 202. Palud. diſt. 15. q. 1. num. 2. & alij communiter.* Ratio eſt, quia hæ ſunt in vſu apud omnes, & quando ſancti, vel ſcriptura hortantur ad ſatisfaciendum; poenalia opera pro-

proponunt, vt patet *Ioel.* 2. & alibi, secundo dico quod omne opus bonum procedens ex gratia, generali ratione est satisfactorium, siue sit actus tantum internus, siue externus cum interno *Sot. art.* 2. *loc. cit. Vict. q.* 202. Quare etiam actus dilectionis Dei super omnia est satisfactorium *DD. cit. & Sot. in* 4. *dist.* 15. *q.* 1. *artic.* 3. *Gabr. dist.* 16. *q.* 2. *art.* 2. *conclus.* 3. *& Ledesm.* & patet quia omnia opera bona habent annexam aliquam pœnam propter resistentiam carnis, &c. *ad Rom.* 7. *sentio aliam legem, &c.* verumtamen per antonomasiam opera externa dicuntur satisfactoria, & illa sunt præcipuè iniungenda in pœnitentiam *Sot. cit.* quare omnia opera bona possunt iniungi; vt frequens confessio, communio &c.

30 An flagella inflicta in hoc mundo à Deo sint satisfactoria pro peccatis? Respond. affirmatiuè si patienter tolerentur, quia talis pœna est opus ipsius peccatoris per hoc quod voluntarie acceptat, & patienter substinet *Conc. Trid. c.* 9. *de pœnit. D. Thom. in addit. q.* 15. *art.* 2. *Syl. satisf. q.* 9. *Nauarr. c.* 7. *num.* 4. *Vitt. q.* 207. *& alij.*

31 Quæritur an homo possit satisfacere vni peccato non satisfaciendo pro alio Resp. quod ab eo, qui est in gratia potest satifieri pœnæ temporali vnius peccati, & non alterius *Sot. dist.* 19. *q.* 1. *artic.* 1. *concl.* 3. ab eo autem, qui non est in gratia, hoc non potest, vt patebit *q. seq.* vide *Suar. disp.* 37. *sect.* 2. *assert.* 1.

32 Quæritur an homo in peccato existens possit satisfacere pœnæ temporali vel præcepto implendi pœnitentiam iniunctam? Respond. primo qui est in peccato mortali, non solum non potest satifacere pro culpa, sed nec etiam pro poena temporali peccati dimissi, siue poenitentia sit iniuncta, siue non, vt *dd. cit. Alex. Bonauent. Adr. Caiet.* quos adducit, & sequitur *Sot. art.* 4. *cit.* 1. *cõtra Gabr.* & ratio est quia impossibile est satisfacere per opera, quæ non placent Deo cuiusmodi sunt opera peccatoris inimici Dei, ergo, &c. vide *Vict. q.* 201. *Nauarr. de pœnit. dist.* 6. *in princ. num.* 45.

33 Secundo dico quod qui implet in peccato mortali poenitentiam iniunctam, nõ tenetur istam reiterare, sed satisfacere præcepto Cõfessarij *Caiet. vers. satisfactio. Pet. Sot. de satisf. lib.* 2. *Nauar. c.* 9. *num.* 19. *& de pœnit. dist.* 6. *in princ. num.* 45. *Med. q.* 28. *de conf. Vict. quæst.* 201.

34 An poenitentia facta in peccato mortali suum sortiatur effectum adueniente charitate, ita vt satisfaciat poenæ debitæ? Resp. sunt duę sententiæ, vna *Sot. art.* 5. *& Med. loc. cit. Ledes.* 2. 4. *q.* 13. *art.* 3. *Cou. c. alma Mater part.* 1. *§.* 4. *num.* 7. *D. Thom. in add. q.* 14. *artic.* 3. *Gabr. dist.* 16. *quæst.* 2. *artic.* 2. *dubb.* 4. qui tenent quod non reuiuiscat, ita vt satisfaciat. Altera sententia opposita est *Caiet. vers. satisfactio. & q.* 2. *de satisf. Nauar. c.* 3. *n.* 5. *Vict. loc. cit.*

quæ quidem opinio est pia, quia commendat Dei misericordiam, sed prima videtur probabilior, quia si illa opera in peccato facta non reuiuiscũt quoad meritum, cum non sint facta in charitate, ergo neque quoad satisfactionem.

35 Dices ad quid prosint opera facta in peccato, quæ sunt moraliter bona, respons. ad multa, quæ prosequitur *Nauarr. c. 27. num. 266. Sot. art. 5. cit. Cou. num. 11. cit. Gabr. in 4. distinct. 16. quæst. 2. dub. 4. & in can. Missæ lect. 59. Suar. disp. 37. sect. 2. sect. 1. & ibi cit. prope finem* disponunt enim remotè ad gratiam, eo tamen modo, quo sacri Theologi dicunt, vt optime *Bellarm. de Grat. lib. 6. c. 6. ad quintam. obiect.* & videri potest *Suar. 1. par. c. 18. & opus. 1. lib. 3. c. 2. & Vasq. 1. par. dist. 91. c. 10.* conducunt ad vitandam transgressionem præcepti, ad vitanda alia peccata, ad mouendum iustos vt orent pro illis, vt mereantur de congruo bonum motum in Deum, quod fit eleemosynis, &c. An autem temporalia bona mereãtur de congruo, item quomodo poenas inferni minuant vide *Sot. loc. cit. D. Thom. in addit. q. 14. art. 4. & 5. &c.* An **Pœnitentiæ** factæ in peccato mortali reuiuiscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, aliqui affirmant, *vt D. Thom.* & reliqui cit. *à Suar. disp. 32. sect. 2.* ipse tamen negat, & respondet D. Thomæ ibidem.

36 Opera facta in gratia sunt satisfactoria, & meritoria de condigno, præsupposita liberalitate Christi, sed diuersimode, primo quia qua-
37 tenus merita respiciunt ęternam beatitudinem, quatenus satisfactoria respiciunt poenã, sed ista non differunt, adeo vt coniungantur in vno, nam in viatoribus opera prædicta quantum habent charitatis, tantum habent meriti, & quantum poenalitatis, tantum habent satisfactionis: in existentibus in Purgatorio separatim, nam satisfaciunt, & non merentur, quia illorum status non est merendi.

Secunda differentia quatenus merita semper plene remunerantur, à Deo, quia eis correspondet Beatitudo; quatenus satisfactoria non semper plenè remunerantur à Deo, & hoc non propter defectum iustitiæ, sed quia non est, vnde satisfacientibus remuneretur cum satisfactionis nihil habeant.

Tertia quatenus meritoria non excedit personam, quam meretur, nam nemo alteri potest mereri, de condigno loquendo, neque primam gratiam, neque augmentum gratiæ; præter Christum, qui est Auctor gratiæ, & gloriæ, iuxta illud *gratiam, & gloriam dabit Dominus*: licet homo iustus possit de congruo mereri alteri peccatori gratiam iustificantem: quatenus satisfactoria prosunt pro alijs etiã, & non solum de sibi superfluis, sed etiam si ipsi indigent, pro se satisfaciant dũ operantur, nam si nemini applicauerint, tunc sibi prosunt

ad

ad remissionem poenæ, si ad aliquam tenentur, si minus reponerentur in thesauro Ecclesiæ.

38 An peccet pœnitens non adimplendo pœnitentiam iniunctam? Resp. distinguendo, quod aut primo pœnitens accedit ad confessionem animo non adimplendi poenitentiam iniungendam, & iste peccat, & non est absolutus, quia recipit absolutionem in statu peccati moralis, & ex defectu satisfactionis confessio est nulla, aut secundo acceptat poenitentiam animo faciendi, & postea nihil facit ex malitia, & tunc iste peccat, sed confessio facta valet, quia post absolutionem mutauit animum.

39 Sed dices quod peccatum committit non adimplendo? Respond. si poenitentia iniuncta est leuis, & parui momenti, puta quia imposuit, vt dicat septem Pater, & septem Aue Maria, & poenitens ex industria reliquerit, & in tali casu peccat venialiter, non autem mortaliter: licet peccata mortalia sit confessus, quia ratione leuis materiæ peccauit venialiter etiam quod, vt dixi, ista læuis poenitentia sit imposita ob peccata mortalia, si vero poenitentia fuit grauis, puta, quia imposuit poenitenti Confessor vt ter ieiunet, & cæt. & omisit facere, & tunc peccat mortaliter, ratione grauis materiæ, & sic regula sit, quod non adimplere poenitentiam iniunctam est peccatum mortale; nisi excusetur ratione læuis materiæ.

Aut tertio iste poenitens obliuiscitur facere poenitentiam, quia non recordatur nisi quando iterum vult confiteri, & tunc ex incogitantia, & obliuione, & inaduertentia est peccatum veniale.

Aut quarto pro peccatis venialibus in tota materia confessionis imponitur grauis poenitentia, & illam reliquit poenitens; & tunc est etiam peccatum veniale, licet poenitentia fuerit grauis, quia peccata confessa fuerunt tantum venialia, vide *Nauarr. in cap. contrarium, &c. 3. de pœniten. distin. 5. Sot. in 4. senten. distinct. 9. quæst. 2. artic. 3. & 4. imo tex. in cap. omnis vtriusque sexus de pœn. & remiss.* dixit quamprimum faciat poenitentiam idest vt faciat in statu gratiæ poenitentiam iniunctam.

40 An qui tempore præfixo poenitentiam nō impleuit teneatur postea illam implere? Respond. affirmatiuè cum *Caiet. vers. satisfactio*, licet enim ponitenti statuatur tempus certum, communiter tamen non est ea intentio Confessariorum, vt scilicet eo elapso tempore, poenitentia non impleatur, ideo expediret, vt de hoc poenitentes admonerentur, & ex hoc resultat dubium alias mihi propositū à quadam Illustriss. persona, cui cum esset iniūcta pœnitentia dicendi coronam per octo continuos dies, cum vna die omiserit dubitabat an potuisset die sequenti adimplere bis dicere coronam.

41 An qui non impleuit poenitentiam, vt debuit teneatur ob id iterare confessionem? Respond. negatiue nisi in casu, quo poenitens ante absolutionem poenitentiam contemnat, quia tunc confessio esset irrita per accidens vide *Nauar. cap. 9. num. 17.* adde quod non tenetur iterare ex eo, quod in peccato mortali poenitentiam impleuit, vt dixi supra.

42 An Confessarius possit commutare poenitentiã iniunctam ab alio Confessore? Respond. conueniunt omnes in tribus, primo quod quando poenitentia continet errorem intolerabilem potest secundus Confessor illam mutare, vel potius declarare illam non fuisse validam, & in confessione aliam iniungere; imo declarare, quod clauis errauit, potest Doctor extra confessionem. Similiter potest Cõfessarius etiam extra confessionem ex causa declarare poenitentiam à se iniunctam, aut moderari intra breue tempus idest intra hebdomadam, *Enriq. lib. 5. de sac. cap. 21. par. 8 ledes. quæst. 20. art. 4. Sot. d. 20. q. 2. art. 3.*

43 Secundo conueniunt quod potest superior ex causa rationabili mutare poenitentiam iniunctam à Confessario suo inferiori, in confessione tamen sacramentali, *Sot. dist. 20. q. 2. art. 3. in fine*, similiter certum est, quod si iteraret confessionem quilibet potest mutare qui potest absoluere.

44 Tertio licet videatur dicendum quod cum poenitentia assimiletur sententiæ diffinitiuæ, quam alius non superior non potest tollere, seu mutare, quia par in parem non habet imperium *l. Magistratus ff. de arb.* nihilominus dicendum quod quando adest causa iusta, potest quilibet Confessor mutare poenitentiam iniunctam ab alio Confessore ex *Nauarr. cap. 26. num. 22. Sylu. vers. confessor il primo quæst. 32. Petr. Sot. de satisfact. Vict. de Confess. num. 113.* vbi habetur id posse facere Confessorem etiam non audita confessione præteritorum peccatorum. vnde quando quis confitetur non satisfecisse poenitentiam iniunctam ab alio Confessore ob aliquam causam, potest iste secundus Confessor absque eo quod poenitens repetat illa peccata confessa primo Confessori, mutare hanc poenitentiam, quod eo magis facere potest vt supra dictum est, si poenitentia esset indiscreta, & difficile adimplenda; cessante vero iusta causa nec superior, nec inferior potest mutare poenitentiam iniunctam; quia sententia iusta non potest sine causa mutari *Sot. dist. 20. quæst. 2. artic. 3. Syl. Confess. 1. quæst. 27. Ant. 3. p. tom. 14. cap. 19. §. 4.*

45 Sed difficultas est an possit idẽ Cõfessor, vel æqualis ipse, aut inferior mutare poenitentiã quæ poenitenti non placet, vel eã putat se non posse sine difficultate implere, & an sit necesse iterum confiteri

pec-

peccata, propter quæ fuit imposita? Respond. posse mutari à quocumque, qui habet potestatem absoluendi à peccatis, ob quæ fuit imposita, etiam inferior non repetita confessione, solum ex hac causa, quia pœnitens putat non posse implere, vel non sine periculo animæ vel corporis *Nauarr. cap. 26. num. 22. Ledes. 2. 4. quæst. 10. artic. 4. Vict. quæst. 211. Anton. 3. par. tom. 14. cap. 19. §. 19. & Palud. & sequuntur plerique recentiores* quicquid dicat *Sot. & Sylu loc. cit.* qui dicunt iterandam esse confessionem, patet nostra sententia, quia pœnitentiæ sunt arbitrariæ, & forum est misericordiæ.

46 Num autem, & quibus casibus possint moderari pœnitentiæ iniũctæ per Rom. Pontif. infra patebit.

47 Possunt tamen moderari pœnitentiæ iniunctæ ab alio Confessore in multis casibus, puta tempore Iubilei, quando quis sit ingressurus Religionem, quando est bene contritus, tempore infirmitatis, &c. *Caiet. vers. satisfactio*.

48 An pœnitentiam in confessione iniunctam possit quis per alium implere? Respond. negatiue, quia imponitur tamquam satisfactoria medicina ad correctionem, & licet opera satisfactoria possint fieri per alium, vt facere celebrare tot missas, tamen, quia est onus personale non potest per alium adimpleri, quia regulariter, & ordinario modo debet per se adimplere, ideo in *cap. omnis de pœniten. & remiss.* dicitur *iniunctam sibi pœnitentiam proprÿs viribus studeat adimplere Diu. Thom. in addit. quæst. 13. artic. 2. Suarez. disput. 38. sect. 9. & alÿ communiter.* excipitur casus necessitatis, in quo est consensus interpretatiuus Confessarij, quando scilicet quis non posset eam implere per se propter impotentiam posset per alium, siue in totum, siue in parte *Dur. dist. 20. quæst. 2. Gabr. dist. 16. quæst. 2. dub. 8. Sot. distinct. 19. quæst. 2. artic. 4. Vict. quæst. 2. vers. 6. Med. q. 48. de confessione Sylu. vers. satisfactio quæst. 3.* verbi gratia tempore infirmitatis vocatur confessor ad confitendum infirmum, qui habet grauia peccata, attamen est bene contritus, tunc insinuata grauitate peccatorum pœnitenti iniungi potest leuissima pœnitentia, vtputa dicendo ter *Iesus*, sed iniungat, vt consanguinei dicant tot Coronas, vel celebrari fa-
49 ciant tot missas, & cætera, sed isti qui volunt satisfacere pro infirmo debent esse in statu gratiæ; vel quoniam potest euenire, vt consanguinei, & alij hoc non faciant ex obliuione nomine infirmi, debet Confessor iniungere vt ipsemet ægrotus offerat Deo illa tormenta, quæ sentit in illa infirmitate, & ideo in absolutione dicitur *quidquid boni feceris, & mali sustinueris sit tibi in augmentum gratiæ*, quia sufferendo Aegrotus huiusmodi dolores Deo satisfa-

tisfacit partim poenitentiæ iniunctæ etiam quod consanguinei, & cæteri non faciant aliam poenitentiam impositam à Confessore; Similiter quando expresse Confessarius imponeret poenitentiam vel per se, vel per alium adimplendam, vt peregrinationem, eleemosynam, &c. tunc vnus posset pro alio satisfacere *Sot. Vict. loco cit. Sylu. Palud. distin. 20. quæst. 3. artic. 1. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 20. §. 1. Dur. loc. cit. Syl. satisfactio quæst.* 3. alij autem duo casus, quos refert *Syl. ex Palud.* non sunt admittendi, vt scilicet faciat vtiliora opera, vel vt plus satisfaciat per meliorem.

50 An vero vnus possit satisfacere pro alio absolute pro peccatis commissis est certum de fide, cum credamus communionem Sanctorum, dummodo ergo sint in gratia potest vnus pro poena peccati alterius satisfacere, per opera enim Deo grata potest satisfieri *D. Thom. Sot. & alij communiter vide Cou. in cap. Alma Mater par. 1. §. 4. nu. 1. &c.*

51 Tertium remedium pro tollenda poena temporali est Indulgentia, licet prædicta alia remedia non tollant omnem poenam, plenaria tamen omnem delet, mediante potestate Papæ, qui soluit pro nobis aperiendo thesaurum Ecclesiæ, & ab eo depromendo tot merita satisfactoria Sanctorum.

52 De hac Indulgentia præsens est tractatus, in qua tria concurrunt communicatio, seu applicatio, seu dispensatio thesauri Ecclesiæ, secundo solutio, vel satisfactio poenarum de thesauro, tertio remissio, seu relaxatio poenæ debitæ.

Quid autem ipsorum trium sit Indulgentia principaliter, & essentialiter declarat *Cord. lib. 5. q. 3. vers. quid autem.*

S V M M A R I V M.

Indulgentiæ nomen quid significet. 1.
Indulgentia quot modis accipiatur. 2.
Indulgentia quandoque significat licentiam alteri facere. 2.
Indulgentia significat concessionem gratiæ. 3.
Indulgentia significat gratiæ dispensationem, & collationem. 4.
Indulgentia sumitur pro vacare, vel operam dare. 5.
Indulgentia sumitur pro facili venia poenarum. 6.
Indulgentia significat remissionem debiti vel iuris. 7.
Venia quot modis dicatur. 7.
Indulgentia sumitur pro remissione pœnæ temporalis. 8.
Indulgentia significat remissionem culpæ. 9.
Indulgentia significat lenitatem, æquitatem vel iuris relaxationẽ. 10.
Indulgentia sumitur pro relaxatione ab Ecclesia, seu remissione. 11.

DE TERTIO REMEDIO contra pœnam temporalem, & sic de Indulgentijs, & primo Indulgentiæ nomen quid significet, & quot modis accipiatur.

Cap. VI.



TERTIVM remedium pro tollenda poena temporali est Indulgentia, de qua meus est principalis sermo in hac p. 2. ideo circa eam distinctè procedendum est, vt facilius materia intelligatur, qua de re videndum est primo Indulgentiæ nomen quid significet, & quot modis accipiatur.

1 Indulgentiæ nomen valde æquiuocum est, & multa, ac varia habet significata, vt late explicat *Archidiac. Io. Andr. & cæteri DD. in cap. Indulgentia de pœnit. & remiss. lib. 6. vbi gloss. vers. Indulgētiæ & dicit Bellarm. de Indulg. lib. 1. cap. 1. & Suar. disp. 49. in princ. Summ. Coron. Conf. tit. de Indulg.*

2 Et quandoque in bonam, quandoque in malam partem accipitur, quandoq; enim significat licentiam alteri facere, seu mollem educationem iuxta illud

Blanda Patrum segnes facit Indulgentia natos.

Cic. in Epist. ad Attic. lib. 10. Filium Patris Indulgentia deprauari, ait *Quintil. lib. 1. instit. cap. 3. Mollis educatio, quam nos indulgentiam appellamus, omnes neruos mentis, & corporis frangit Plin. lib. 7. cap. 10. Indulgentior est Nutrix, quam Mater*, & hoc modo sumpta, idem est ac condescendentia, & lænitas in subditos, & inferiores.

3 Quandoque significat concessionem gratiæ *cap. 1. vt lit. penden. cap. dudum de priuileg. cap. vlt. eod. l. licicatio, seu locatio §. earum ff. de publ. & vectig.*

4 Quan-

4 Quandoque gratiæ dispensationem, & collationem *cap. vlt. 77. distin. in fin. cap. dudum de elect. clem. 2. de celeb. miss. cap. cum ad Monasterium circa medium de stat. Monach.* quæ dispensatio est præter ius commune *33. quæst. 2. interfectores 35. quæst. 2. de incestis.*

5 Quandoque sumitur pro vacare, vel operam dare iuxta illud. *Indulgere gulæ, noli, quæ ventri amica est.*

Quandoque pro facili venia poenarum, & facili impunitu delictorum, & remissione *Archidiac. in cap. fin. 1. quæst. 3. l. si apparitor C. de cohort. lib. 12.* vbi *non est mentis nostræ, vt crimina Indulgentijs subleuentur,* hoc est ne delicta remaneant impunita *l. Indulgentiæ C. de gener. abolit.* vbi Indulgentia Principis remittit pęnam non autem notam infamiæ *Nauarr. de Iub. not.* 8. *&* 20.

Aliquando permissionem, vt cum permittitur minus malum ad euitandum maius *cap. denique dist. 4.* puta adulterium ne fiat homicidium *cap. si quid verius 33. quæst. 2. cap. nerui dist. 13.* quæ dicitur tolerantia permissiua, & non approbatiua, excusat enim à pęna, non à culpa *gloss. in d. c. denique.*

7 Aliquando significat remissionem debiti, vel actionis, cuius ius habemus aduersus aliquem, sicut qui habet actionem iniuriarum, pecuniarum, &c. & sic Deus indulget peccata per gratam condonationem *Isai. cap. 61. 63. Luc. 4.* quot autem modis venia dicitur *cap. peccati de reg. iur. lib. 6.*

8 Quandoque pro remissione poenæ temporalis *l. final. de abolit. l. Lucius C. ad Sen. Cons. Turp.*

Aliquando pro remissione poenæ debitæ pro peccatis *Isa. 51. misit me vt mederer &c. Luc. 4.* exponit remissionem.

9 Aliquando significat remissionem culpæ *Iudit. cap. 8.* vbi Indulgentiam eius fusis lachrymis postulamus, idest remissionem culpæ *cap. si quis 2. quæst. 7.* vbi Deus indulget, hoc est remittit culpam, & vtitur Ecclesia in oratione illa *Indulgentiam quæsumus Domine, &c.*

10 Aliquando significat lænitatem quamdam, seu æquitatem, seu relaxationem rigoris iuris, vt quando poena suos non tenet Authores, vt de iure tenere debet *l. sancimus C. de pœnis*, sed compensatur poena satisfactione aliena, & dicitur Indulgentia idest remissio poenæ, quæ fit lænitate quadam iuris communis, quod est quando habetur, quod poena sequatur culpam, si postmodum venit æquitas, quæ relaxat poenam, illa dicitur Indulgentia, seu benignitas, dispensatio, seu relaxatio.

Et tali pacto vsurpat Ecclesia Indulgentiam, hoc est relaxationem, seu remissionem, & quod *Isa. cap. 61.* dixit *Prædicate captiuis*

Indulgentiam, Luc. dixit *remissionem*, vide *Sot. & alios Theol. in 4. dist. 20. & 21. quaest. 1. art. 1. Syl. Indulgentia in princ. Nauar. not.* 20. quae sumpta est à legibus ciuilibus Imperatorum, & Iurisconsultorum, vbi Indulgentiae nomen, latinè remissionem, & & dispensationem criminum, & poenarum significat, vt patet *Cod. Theodos. lib. 9. tit. 38. de indulg. crim. l. 3. & 4. l. Lucius ff. ad sen. cons. Turp. tot. tit. de abolit. in C. & ff. ad Sen. Cons. Turp. & ff. de crim. abolit. l. indulg. C. de gener. abolit. tot. tit. de sent. pass.* & sic Indulgentia est clemens, & mollis remissio, quae seueritati opponitur, indulgere enim idem est ac pareere, & remittere, *Viguer. de sacramen. ordinis tit. de indulg. cap. 16. §. 6. vers. 19. Examen ordinand. Nicol. Aurifici senen. fol. 334.*

12 Tempore Sancti Syluestri solutio damnatorum appellabatur, Tempore Sancti Clementis benedictio *lib. 3. constit. Apostolic. cap. 8. & lib. 8. cap. 44.* habetur *Ioel. cap. 1.* tempore Cypriani pax. *Ephes. 2.* Tempore Bonifacij viij. venia.

13 Varia habet nomina, aliquando vocatur Indulgentia *Extrauag. antiquorum de poenit. & remiss. c. Indulgentia eod. lib. 6.* aliquando relaxatio, aliquando redemptio *Daniel. 4. Prouerb. 12.* aliquando remissio *c. quod autem de poenit. & remiss.* aliquando condonatio 2. *ad Corinth.* aliquando benedictio *ex Clem. Rom. Apostol. const. lib. 3. cap. 10. vbi Turria.* aliquando donationes, seu abundantiae spirituales vt tempore Apostolorum *Paul. 2. Corinth. 2.*

14 Et licet aliqui putauerint hoc nomen Indulgentiae non esse ecclesiasticum, nec in scripturis reperiri, nec à Scriptoribus ecclesiasticis vetustioribus vsurpatum ex *D. Anton. p. 1. tit. 10. cap. 3. in princ. Caiet. in Opusc. tom. 1. tract. 15. cap. 1.* vbi ne dum nomen, verum etiam originem, nulla sacrae Scripturae, nulla priscorum Doctorum Graecorum, aut Latinorum authoritate scriptam haberi sequitur *Nauarr. not.* 8. nihilominus secus apparet *ex Isa. cap. 61. Luc. 4. Io. 20. Matth. 16. 2. Corinth. 2.* & alibi *vt Viguer. de Indulg. c. 16. §. 6. vers.* 19. Indulgentia enim cum sit remissio per eam Ecclesia remissionem interpretatur.

SVMMARIVM.

Indulgentia duplex prophana & ecclesiastica. 1.
Indulgentia prophana est triplex. 2.
Indulgentia prophana priuata quae. 3.
Indulgentia prophana regia, quae & quotuplex. 4.
Indulgentia, & abolitio quomodo differunt. 5.

In-

INDVLGENTIA QVOTVPLEX SIT. Cap. VII.

1 DVPLEX considerari potest Indulgentia, nempè prout est prophana, & ecclesiastica, & agendo prius de prophana dico, quod nihil aliud est, quam quoddã indultũ, quod latinè appellatur abolitio, quæ idem est ac collatio, deletio, cancellatio, & irritatio, idem namq; significat Indulgentia prophana, ac indultum, & abolitio, de qua materia *tot. tit. ad Senat. Consul. Turp. de abolit. crim. C. de abolit. de gener. abolit. ff.*

2 Hæc Indulgentia prophana est triplex, nempe priuata, seu particularis, regia, & legalis de quibus *in l. abolitio, vbi Bart. & l. aut priuat. §. triginta ff. ad senat. Consul. Turp.*

3 Priuata seu particularis dicitur quando pars læsa seu accusator petit deleri nomen rei de numero reorum *iuxta tex. in l. interueniente ff. ad senat. Consult. Turp.*

4 Regia rursus duplex est generalis, & particularis, abolitio regia generalis, quæ alio nomine indultum dicitur, est quando Rex, seu Papa, & Imperator, seu alius nõ recognoscens superiorem ob publicam gratulationem, vel ob diem insignem, vel ob partam victoriam, vel ob natalem primogeniti, vel pro primo ingressu in regnum, vel pro extirpandis exulibus, vel ob memoriam passionis Domini Nostri IESV CHRISTI in die Veneris Sancti, vel ob publicam vtilitatem, &c. emanat indultum generale omnibus delinquentibus, quo Princeps remittit omnem pœnam corporalem,

quam

quam delinquentes pati deberent, *vt in l. 2. C. de sent. pass. l. interueniente, & l. abolitio cit.* & in Regno Neapolitano adsunt pragmaticæ *sub tit. de abolitionibus*, idest de indultis vbi plures reperiuntur æditæ tempore Reginæ Ioannæ.

5 Differt tamen abolitio, & Indulgentia, siquidem abolitio non extinguit crimen, sed tantum instantiam iudicij, *Farinac. in prax. in tit. de inquisit. quæst. 6. num. 61.* vnde quia abolitio conceditur ob publicam lætitiam, ea transacta, infra triginta dies potest accusator de nouo accusare *l. si interueniente, ff. ad senat. Consult. Turp.* sed Indulgentia omnino extinguit delictum *Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 10. Cephal. cons. 34. num. 14. Abb. cap. tua de procurat. gloss. in cap. de accusatoribus.*

6 Sub quo generali indulto numquam comprehenditur crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, nisi fiat expressa mentio, *Capic. decis. 730. num. 56.* & licet Rex habeat potestatem faciendi huiusmodi gratiam generalem, nihilominus semper sunt exceptuanda crimina excessiua, & crimen falsi *l. Lucius ff. ad senat. Consul. Turp.* cum non omne quod liceat expediat.

7 Nec huiusmodi generalia indulta intelliguntur in præiudicium tertij, nec extenduntur ad delicta futura, sub spe indulti commissa vide *Imol. cap. vlt. num. 11. de const. Gugl. de Bened. in repet. cap. Raynutius de testam. par. 2. num. 115.* & sic qui habet bona aliena non gaudet indulto cum debeat restituere, sic etiam qui committit homicidium sub spe indulti antequam publicetur, nec gaudebit, si hominem occidat sub spe, & fiducia indulti.

8 Hinc si bona hæretici fuerunt confiscata *iuxta tex. in cap. cum secundum de hæreticis in 6.* & postea concesserit Princeps Indulgentiam ad fidem reuertenti, talis Indulgentia non extenditur ad bona confiscata per Principem prius alienata *Abb. in cap. cum causa de rescript.* nisi Indulgentia fuerit in forma plenissima, vt si diceretur, restituo hæreticum in pristinum statum, non obstante aliqua alienatione, quam volo haberi pro infecta *Alexan. in l. gallus §. & quid ff. de libe. & posth.* non tamen recuperabit fructus ex bonis illis perceptis *Auth. idem est de Nestorianis. C. de hæreticis.*

Et licet supra tract. de Iubileo p. p. dixerim quod incidens in censuras, & casus papales sub spe Iubilei, lucretur Iubileum si fuerit contritus; etsi hoc non sit practicandum, illud tamen procedit secundum conscientiam, dum vadit verè contritus, secus autem dicendum est in casu isto, in quo sumus in pœnis temporalibus, quæ sunt in beneficium Reipublicæ, & numquam censetur velle Princeps præiudicare iuri tertij *gloss. in l. vnica C. de in ius vocan. Ias. in l. præscripta, C. de prec. imper. offer.*

 9 Quæ

9 Quæ conclusio limitatur quando Princeps expresse voluit præiudicare iuri tertij, & indulto exprimit, ob publicam vtilitatem, tunc enim etiam sine partis remissione potest gaudere indulto *Dec. consil. 53. n. 5. Iul. clar. prat. crim. de homicidio num. 59.*

10 Ita etiam non intelligitur indultum generale in præiudicium Baronum, ita vt comprehendat etiam Vassallos ipsorum Baronum. Rex enim iuri ipsorum non intendit præiudicare, nisi expresse dicat, & generaliter indultum loquatur *Ias. in l. vbi pactum C. de transaction.* vbi declaratur an liceat interficere banditum *Fel. cap. quæ in Ecclesiarum de const. Salicet. l. iubemus C. de Curs. publ. lib. 12. in l. 2. c. de noxal.*

11 Nec extenditur hoc indultum ad delicta particularia pecuniaria, sed tantum ad remissionem pœnæ temporalis, & corporalis. vnde si fur sit damnatus ad mortem, & ad restituendam rem ablatam, cum non sufficiat satisfacere tantum Reipublicæ, sed parti læsæ *ex Al-*
12 *ph. de castro lib. de leg. pen. cap. 17. Nauarr. cap. 15. nu. 25. Hippol. sing. 575.* & pro tali interesse potest agi etiam contra hæredes quatenus sint in bonis Defuncti *DD. cit.* non propterea quod venit indultum est immunis à tali restitutione.

13 Indulgentia vero seu abolitio regia particularis, & priuata dicitur quando Rex alicui priuatæ personæ indulget, seu facit abolitionem, seu remissionem pœnæ ob aliquod beneficium forsan collatum Reipublicæ *l. 2. C. de abolit.* sic etiam si quis fuerit rebellis seu banditus, & habeat remissionem pœnæ corporalis, licet non restituatur ad bona confiscata, neque ad locum, & dignitatem pristinam, vnde qui erat de collegio per tale indultum non restituitur *Dec. cap. quia diligentia de election. Bart. in l. 2. ff. de iniur. l. generalis C. de senten. pass.* ideo *in cap. fin. §. Indulgentia 2. quæst. 3.* ponitur differentia inter indultum, & resti-
14 tutionem in integrum, quia si Princeps alicui deportato in insulam ob crimen, quod infamiam irrogat indulget, tunc intelligitur remissa poena; non autem sublata infamia, quod secus est si dixerit restituo te in integrum, & remissio poenæ non potest post condonationem delicti concedi nisi per Principem superiorem *l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst.* inferiores vero Iudices non possunt concedere dictas Indulgentias, sed secundum ius iudicare, & imponere poenas à iure introductas *l. 1. §. 1. ff. ad Turp. l. si præsens ff. de pœnis.*

15 Quod limita si talis rebellis sit restitutus non per Indulgentiam, seu gratiam, sed ex iustitia, tunc enim omnia pristina iura, & bona recuperat, etiam in præiudicium tertij *Ias. in l. gallus, §. & quod si tantum num. 73. de liber. & posthum. l. 1.*

C. de

C. de sent. paß. l. 1. §. de qua ff. de postulando l. in causa §. fin. ff. de minoribus.

Limitatur etiam, nisi in indulto dixerit plenariè indulgemus, vel recipimus talem in plenitudinem gratiæ nostræ, tunc enim recuperat omnia pristina iura, & locum Collegij, & dignitatis. *d. l. generalis C. de sent. pass. Dec. d. c. quia diligentia de elect.*

16 Item si seruus alicuius priuatæ personæ ex aliquo delicto fuerit damnatus ad triremes, si postmodum habuerit tale indultum, & restituatur ad pristinam dignitatem, & fuerit liberatus à pœna remigandi non potest vendicari à domino, sed gaudet libertate *l. frustra C. de sent. pass.*

Idem dicendum de filiofamilias relegato in insulam, si haber tale indultum non redit sub patria potestate *l. insulam C. de sent. pass.*

18 Sed si prædictus seruus, vel filiusfamilias fuerint capti ab hostibus, si postea ab eorum manibus euaserint non propterea remanet liber seruus, & filius liberatus à patria potestate *l. Mulier ff. de poenis.*

19 Indulgentia verò legalis dicitur, quando accusatore defuncto, & nemine comparente perit instantia *Dec. in c. quia diligentia de elect.*

20 Dicitur etiam Indulgentia legalis quotiescumque ex causis iustis de iure proximis, indulgetur alicui deliquenti, vel penitus indulgēdi, vel remittendi pœnas, & moderandi, & temperandi illas.

21 Causæ istæ multæ sunt, & variæ, inter alias sunt infrascriptę videlicet. *Persona, causa, locus, tempus, & dignitas l. si apparitor C. de cobort. lib. 12.*

22 Persona, quando quis committit delictū, & est valde senex, seù iuuenis, tunc ei indulgetur, hoc est remittitur poena, & punitur cum moderatione, & sic poena extraordinaria *l. auxilium §. in delictis de minoribus c. 1. de delict. pueror. gloss. in c. 2. de Apost.*

Dicitur etiam ratione personæ, quando persona est valde vtilis, seù necessaria Reipublicæ, si enim homo insignis deliquit, ei indulgetur, & temperatur poena *l. ad Bestias ff. de pœn.*

23 Hinc legimus in *c. 1. de Iudæis*, quod si quis reperitur in loco, vbi sunt Iudæi, & Infideles, bona conscientia non possunt vti Christiani eorum Medicis, & obstetricibus, alias grauissimè peccarēt, hinc *Fel.* dicit legem hanc habere Indulgentiam, & quod fit relaxatio dispositioni rigidæ, quia si adesset aliquis Iudæus excellens in arte, tunc posset Christianus vti illius Iudæi opera ita *Fel. d. c. 1. de Iud. nu. 3.* & sic quando Christianus est in articulo mortis posset vti opera Medici Iudæi, qui est excellens in arte.

24 Extenditur hoc priuilegium quando delictum est commissum à multitudine *l. aut pacta in fine ff. de poenis D. Thom. 2 2. q. 108. nu. 1.* ad

ad quartum, & tunc dicitur moderari poenam ratione multitudinis *c.quoties 1.q.7.*

25 Moderatur etiam poena si banditus receptaretur à consanguineo *l.2.ff.de recep.vbi Bald.* addit, quod quando quis est in Villa & Banditi quærunt ab ipso victum, si illis datur, moderanda est poena, quia tunc videtur datus per vim, vide *Bart.in l.in delictis ff. de noxal. & Foller.in pract. crim. vers.bandiantur.*

26 Causa dicitur, quando quis committit delictum, est refectus petulantia, ebrietate, &c. tunc enim non punitur poena ordinaria, sed moderatur *l.omne delictum §.vinum ff. de Iud. l. lege Cornelia ff.ad legem Corn.de Sicar.§.1.*

27 Idem dicendum quando quis per infamiam aliquem occidit *l. Diuus ff.de Off.Præsid.*

28 Idem dicendum de seruo contra Dominum *l.liber homo la secunda ff. ad l.aquil.*

29 Causa etiam moderat poenam quando verbi gratia vulneratus ab Antonio facit exculpationem eidem Antonio, tunc enim Iudex non potest procedere ad torturam, cum illa exculpatio habeat vim Indulgentiæ, & ita dicitur habere Indulgentiam legalem *Bald.& Ias.in l.1.C.comm.de legatis.*

30 Huiusmodi autem exculpationes sunt causa aliquando multorum malorum, cum vt plurimum fiant importunis precibus Confessorum, Aduocatorum, & Procuratorum, qui compellunt vulneratos ad illas, & re vera non libenter faciunt, & si talis vulneratus moreretur, dum dixit mendacium se libenter exculpationem fecisse, & re vera non est ita, peccat mortaliter, cum exculpatio fieri debeat cum veritate.

31 Locus dicitur, quando delictum est in loco publico, tunc enim datur maior poena, sed si est in priuato minor *l.si quæstiones §.sed in theatro ff.de iniu. l.Prætor ait cit.*

32 Tempus, vt si delictum factum sit non data opera, sed inconsultò, & improuiso *l.aut facta §.tempus ff.de pœn.* moderatur etiam poena si delinquens diù stetit in carceribus, vel longè è domo sua *l.in diuino.ff.de pœnis c.vlt.de pœnis l. Decurionum ff. de poenis.*

33 De dignitate vide *gloss.in d.l.si cohors talis vers. annis C.de cohort. lib. 12.*

34 Ecclesiastica vero, de qua est sermo, nihil aliud significat nisi remissionem, seù relaxationem poenæ debitæ pro peccato, de qua *c.quod autem c.nostro, & c. cum ex eo de pœnit. & remiss. Extrauag. vnigenitus eod.* & apud Patres nomine remissionis Indulgētia vsi sunt, vt *Cyprianus in Epist. 21. ad Lucianum pro Numenia, & Candida,* & habetur etiam in sacra Scriptura vt *Iudit.c. 8.Isai. cap.61. & 63. Luc.4.* vide *Bellar.lib.1.c.1.*

Hæc

35 Hæc secundum *Cord. q. 13.* triplex est primo absolutè sumpta, & sic est remissio poenarum, quæ conuenit Subditis viuentibus, illis à Prælatis, vel habente auctoritatem concessa. Secundo, per modum suffragij, quæ conuenit solum defunctis. Tertio, per viam participationis de communi thesauro, quæ conuenit solum Prælatis habentibus authoritatem concedendi, & hæc, aut erit localis, aut personalis, aut realis.

Item ex *Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiss.* aut erit totalis, quæ ea dici videtur, quæ totam poenam remittit ei, cui applicatur, aut partialis, quæ tantum remittit partem poenæ, vt infra demõstrabitur, ita *Suar. disp. 50. vers. 1. diuis.* vel vt *Nauar. not. 9. nu. 2.* Indulgentia non plena, & dicitur pars poenitentiæ iniunctæ, vel iniungendæ, plena quæ per se totam poenitentiam iniunctam, vel iniungendam, vel totam poenam pro omnibus peccatis confessis, vel non confessis lætalibus debitam, vel totam etiam non confessis venialibus tollit.

S V M M A R I V M.

Indulgentiæ vsus in Ecclesia antiquissimus. 1.
Indulgentiæ vsus salutaris. ibidem.
Indulgentiæ concessio, est pœnes Ecclesiam, ibidem.
Indulgentiæ Ecclesiasticæ definitio 2.
Indulgentia est remissio pœnæ spiritualis temporaneæ. 3.
Remissio idem est ac absolutio. 4.
Remissio idem ac relaxatio. ibidem.
Remissio idem ac condonatio. ibid.
Remissio idem ac donatio, & venia. ibid.
Indulgentia an sit solutio, vel absolutio. 4.
Indulgentia est absolutio iudiciaria annexam habens solutionem ex thesauro. 5.
Papa an possit Indulgentiam concedere per solam solutionem. 6. 7.
Remissio pœnæ per Indulgentiam est duplex parua, & magna. 8.
Remissio parua pœnæ quæ. 8.
Remissio magna pœnæ quæ. 8.
Remissio quare dicatur. 8.
Indulgentia quare dicitur remissio pœnæ spiritualis à 9. vsque ad 12.
Indulgentia dicitur remissio pœnæ spiritualis, ad differentiam pœnæ sæcularis. 9.
Indulgentia dicitur pœnæ spiritualis remissio, ad differentiam pœnarum,

rum, quæ iniunguntur in Religione, & Capitulis à Prælatis. 10.

Indulgentia dicitur remissio pœnæ spiritualis, ad excludendum debitum temporale. 11.

Indulgentia dicitur remissio pœnæ spiritualis ad differentiam excommunicationis illatæ in foro externo. 12.

Excommunicatus ab Episcopo non intelligitur absolutus in foro exteriori per consequutionem Iubilei. 13.

Satisfacere Deo, aliud est, quoad pœnas spirituales, & satisfacere Ecclesiæ in foro contentioso. 14.

Pœna Ecclesiastica alia est, quam pœna ciuilis. 15.

Excommunicatus ab Episcopo tempore Iubilei, an possit Romæ absolui in præiudicium eius. 16.

Sacerdos Romæ absolutus ab excommunicatione in præiudicium Episcopi, si celebrauerit irregularitatem, an incurrat. 17.

Absolutus Romæ ab excommunicatione in præiudicium Episcopi, si postea moreretur, an possit Episcopus eum priuare sepultura Ecclesiastica. 18.

Excommunicatus Romæ absolutus tempore Iubilei in præiudicium Episcopi nisi ab eo absolutionem receperit, an semper in foro interno remaneat excommunicatus. 19.

Poena debita alicui, quod Episcopo non paruerit, an possit virtute Iubilei absolui inconsulto Episcopo. 20.

Indulgentia cur dicitur remissio poenæ spiritualis temporaneæ. 21.

Indulgentia cur est remissio poenæ debitæ pro peccatis actualibus. 22.

Indulgentia cur est remissio poenæ debitæ pro peccatis actualibus dimissis. 23.

Indulgentia non prodest existenti in peccato mortali. 24.

In concessione Indulgentiarum requiritur causa. 25.

In concedente Indulgentiam requiritur authoritas. 26.

Indulgentia quare dicitur extra Sacramentum. 27.

Indulgentia quare dicitur per applicationem thesauri Ecclesiæ. 28.

Indulgentia dicitur applicatio thesauri Ecclesiæ ad differentiam communicationis bonorum operum, quæ fiunt in Religione à Prælatis. 29.

Differentia inter satisfactionem, Indulgentias, & Sacramentum. 30.

Satisfactio, & meritum quomodo differant. 31.

Iustus potest mereri sibi, & alteri satisfactionem pœnæ. 31.

Meritum, & satisfactio quomodo differant. 32.

Christus, Beata Virgo, & alij iusti copiosiorem satisfactionem exoluerunt. 33.

IN-

INDVLGENTIA ECCLESIASTICA quid sit.

Cap. VIII.



1 DEBEREM antequam ad definitionem Indulgentiæ deuenirem, videre, an Indulgentiæ sint in Ecclesia, quia teste *Philosoph.2.poster.* quæsitum quid est, supponit quæsitum si est, numquam enim quæritur de aliquo quid sit, nisi prius sciatur, an sit in rerum natura id, de quo quæritur, Cæterum quia cum fidelibus,& Catholicis loquor sat est pro nunc supponere, quod Indulgentiæ sunt in Ecclesia, & quod vsus earum sit antiquissimus, licet non tam frequens, vt hiscè temporibus, quodque hanc facultatem Christus Ecclesiæ reliquit, & earum vsus maximè est salutaris populo Christiano, vt testatur *sacrosanctum Concil. Trident. sess.21. de Indulgentijs*, & de earum vsu antiquo *c.ad liberãdam de Iude. Matt.16.Ioan.20. cap.audiuimus c. quodcumque.24.q.1.c.constitueretur 50.dist.c.adhuc.de poenit.dist.1. tot.tit.de poenit.& remiss.in decret.sex.et Clemẽtinis Oltrad.cons.271. nu.2.* vbi damnat secus asserentes, & credentes *Fel.serm. de Indulg. nu.20.decis.fidei Cathol.c.1.& seq.Cath.Neap.lib.3.casu.101.fol.197.* & infra probabitur.

2 Variæ à Doctoribus traduntur Indulgentiarum definitiones, quibus omissis sequentem amplectar.

3 Indulgentia est remissio pœnæ spiritualis temporaneæ,Deo debitæ pro peccatis actualibus post baptismum iam dimissis, rationabiliter concessa homini existenti in gratia à legitimo Superiore extra Sacramentum per applicationem thesauri.

4 Nota,quod remissio in nostro proposito idem sonat, quod absolutio, relaxatio,condonatio,donatio,venia. An autẽ Indulgentia sit solutio, vel absolutio magna est inter doctores disputatio, dicendum tamen, quod sit absolutio iudiciaria, annexam habens solutionem
5 ex thesauro, licet in Indulgentijs absolutio cum solutione coniunga-
6 tur ordinariè, posset tamen summus Pont.Indulgentiam concedere, per solam solutionem, non tamen per solam absolutionem ex *Bellar. lib.1.cap.5.*vbi ad obiectiones,quę fieri possunt,respondet *cap.6.*vide *Cord.q.3.Sot.in 4.d.21.q.7.art.2. Angl.in 4.de Indulg.par.2. Alph.*

Aluer.

Aluer.Guer.in specul.iur.Pont.cap.28. A quo autẽ vinculo soluat exponit *Bellar.lib.1.c.7.* vbi tradit duplex vinculũ culpæ scilicet,& pœnæ, reatus pœnæ est pœna naturalis, quæ consequitur peccatũ originale,qualis est mors,ignorantia,concupiscentia,*sup.cap.1.num.21.*& pœnæ personalis, quæ consequitur peccatum actuale, vt fuit pestis immissa in populum ob peccatum Dauidis. Reatus pœnæ personalis alter pertinet ad forum externum, alter ad internum, Reatus pœnæ debitæ in foro interno, seu pœnitentiali, alter est pœnitentiæ iniunctæ, alter iniungendæ, reatus pœnæ iniunctæ, & iniungendæ, vel est debitum,vt satisfiat soli Ecclesiæ, vel vt satisfiat etiã Deo.

8 Consideratur autem dupliciter ista remissio prout est magna, & prout est parua; magna dicitur remissio culpæ, quæ fit in Sacramento pœnitentiæ sic dicta, quia viuificat hominem mortuum. Secunda dicitur pœnæ, & est Indulgentia respectu remissionis culpæ, & pœnæ æternæ, vel remissio magna dicitur de peccato mortali, parua de veniali. Dicitur remissio ratione diuinæ iustitiæ,cui est facienda solutio, seù satisfactio, nam ob peccata cõmissa homo est debitor pœnæ, & culpæ, remissio culpæ, siue lætalis, siue venialis non fit per Indulgentias, sed per Sacramentum pœnitentiæ,ex merito Christi,quia restituitur peccator in pristinum statutum gratiæ, & pœna remanet commutata in temporalem, quæ remittitur per Indulgentias.

9 Dicitur in definitione (spiritualis) ad differentiam pœnæ sęcularis exterioris fori, tam ecclesiastici, quam sæcularis, & ciuilis, nam per Indulgentias nullus reus consequitur remissionem pœnæ debitæ in dictis foris *Dec.gloss.& DD.in cap.gaudemus de diuor.Fel.in c. de ijs de accusat.* sicut enim baptismus collatus infideli delinquenti non liberat eum à foro exteriori *Dec.cons.130.D.Thom.in 4.dist.20.q.1. art.5. quæstiunc.2.* Quoniam facinorosi delinquentes tenentur satisfacere Reipublicæ offensæ ad exemplum aliorum,vt mali deterreãtur à peccato, & boni securitate fruantur, interest enim Reipublicæ ne delicta remaneant impunita, ita & Indulgentia operatur huiusmodi effectum.

10 Vel dicitur spiritualis ad differentiam pœnarum,quæ iniunguntur in Religione, & in Capitulis à Prælatis, quæ non remittuntur, sunt enim pœnæ emendatorię *Couar.c.alma p.1.§.11.circa.finem Nauar. de Iub.not.11.nu.20.Caiet.opusc.de Ind.c.2. in fin.*

11 Item dicitur spiritualis ad excludendum debitum temporale,quod dicitur satisfactio; quę debetur ex iustitia.

12 Vel dicitur ad differentiam excommunicationis illatę. in foro exteriori, Episcopus enim si excommunicat aliquem, & is consequatur Indulgentiam, vel Iubileum, & absoluatur à Confessario electo illius facultate ab omni vinculo excommunicationis, & dictę absolutionis obtineat

obtineat fidem à dicto Confessario, non propterea dicitur absolutus ab illa excommunicatione Episcopi *c. de his de accusat.* & ex diuersis non fit illatio, & aliud est forum spirituale Dei, aliud Ecclesiæ, & Reipublicæ, nec prædicta fides obtenta deseruit, nisi in foro Dei, non autem pœnes Episcopum, cui non tollitur talis facultas, nec mens Pontificis aliter intelligitur, & sic iste talis dicitur absolutus, quoad Deũ tantum, non autem quoad homines *Couarr. d. c. alma §. 11. in fine*, & sic declarauit Greg. xiij. in quodam iubileo ab ipso concesso, cum
14 aliud sit satisfacere Deo, quoad pœnas spirituales, aliud Ecclesiæ in foro contentioso. Hinc cum in *c. statutum de maled.* habeatur quod ob blasphemiam Dei & sanctorum iniungatur publica pœna, & in alijs sanctionibus damnetur ad triremes, vel vt furetur lingua, si blasphemator satisfecerit *d. c. statutum* debet etiam luere aliam pœnã temporalem, nempe triremium, &c. quia aliud est pœna ciuilis, aliud pœ-
15 na ecclesiastica, & satisfacta Ecclesia, debet satisfieri, & curiæ sæcu-
16 lari; sic etiam si quis est nominatim excommunicatus per Episcopũ ob aliquod delictum, à quo tempore Anni sancti absoluitur Romæ, & obtinet dictæ absolutionis fidem, illa non deseruit in foro exteriori, quia in præiudicium Episcopi non poterat absolui, nec Papa intendit præiudicari partibus, & sic debet obtemperare Episcopo in faciendo pœnitentiam iniunctam, seu iniungendam.

17 Hinc si iste talis est Sacerdos, & celebrauerit sub spe illius absolutionis Romæ habitæ, incurrit irregularitatem in foro exteriori.

18 Et si moreretur, posset Episcopus illum priuare ecclesiastica sepultura, ideo ab huiusmodi absolutionibus esset abstinendum, sed ad excommunicantem remittere pœnitentem, nisi de consensu Episcopi talis absolutio detur.

19 Quod si pœnitens fecit, quod in se erat, tam quoad Episcopum, quam quoad partem offensam, offerendo satisfactionẽ parti, & humiliationem Episcopo, nihilominus numquam potuit consequi nec partis remissionem, nec Episcopi absolutionem, licet iste talis, quoad forum interius, & animam maneat absolutus, tamen quoad forum exterius adhuc remanet excommunicatus, & est vera opinio ex *Nauar. cons. 23. de pœnit. & remiss. & cons. 75. de Regularibus nu. 12.*

20 Pœna autem, quam quis incurrit, quod præcepto Episcopi non paruerit ex *Sot. in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. colum. 5. & Graff. decis. par. 1. lib. 3. c. 15. nu. 7.* potest inconsulto Episcopo virtute Iubilei absolui, etiam ea non soluta, quia Iudex non est pars, sed tertius inter partes.

21 Dicitur in definitione (temporaneæ) ad maiorem intelligentiam, & ad differentiam pœnæ æternæ, quæ non remittitur nisi per dictæ pœnitentiæ Sacramentum, vel ad differentiam pœnæ naturalis, scilicet peccati originalis, quod licet remittatur per baptismum ob meritũ Christi,

Christi, remanet tamen pœnalitas in hac vita, puta fames, & pœnæ naturales, nempe frigus, fames, sitis, mors &c. quæ per Indulgentiam non tolluntur directè, & per se primo.

22 Dicitur (actualibus) ad denotandum, quod Indulgentia non conceditur pro originali, cui solum respondet pœna damni, & Indulgentia est remissio pœnæ sensus, & pro culpa non dimissa nemo lucratur Indulgentias, quia illi debetur pœna æterna.

23 Dicitur (dimissis) per *extrauag. Antiquorum de pœnit. & remiss.* nam Indulgentia semper supponit dispositionem subiecti ipsius consequentis Indulgentiam, quod scilicet habuerit remissionem peccatorum, quoad culpam, & quod pœnitens sit in statu gratiæ, præterea cum Deus videat peccatorem commisisse tot peccata mortalia, & quod sit damnatus, quando decernit facere pœnitentiam amplius illius Deus non recordatur, & si confiteatur per illam pœnitentiam, & vim contritionis, ac efficaciam absolutionis consequitur remissionem culpæ, fit amicus Dei, & pœna æterna commutatur in temporalem, quæ tanta esse debet, quanta fuerunt peccata, quæ pœna temporalis per Indulgentiam remittitur, imò tanta potest esse contritio, vt etiam tota pœna, quæ remanebat pro peccatis iam dimissis, deleatur *c. mensuram de pœnit. dist.* 1. & quoad peccata venialia, propter quæ dantur etiam pœnæ temporales, licet Sacramentalia, vt sunt aqua benedicta, tunctio pectoris, signum crucis, & similia tollant, & remittant culpam venialium, tamen ad remissionem pœnæ opus est etiam habere bonam dispositionem *gloss. in procemio decretalis sexti in fine*.

24 Dicitur (existente in gratia) quia Indulgentia non prodest existenti in peccato mortali; passio siquidem Christi, cuius virtute Indulgentia conceditur, viuis membris, & non mortuis applicatur.

25 Dicitur (rationabiliter) quia in cōcessione Indulgentiarum requiritur causa pia, & rationabilis *Sot. in 4. dist. 21. q. 2. ar. 2. in fin.*

26 Dicitur (à legitimo Superiore) quia in concedente requiritur authoritas, de quibus infra.

27 Dicitur (extra Sacramentum) quia relaxatio pœnæ pertinet per extensionem ad forum pœnitentiale, sed extra Sacramentum pœnitentiæ *Sot cit. art. 1. Nauarr. c. 14. Tol. lib. 6. c. 21. Suar. disp. 69. sess. 4.* & sic non opus est, vt audiatur pœnitens in confessione ad hoc, vt detur Indulgentia, & tunc illa applicetur ex *Sum. Coron. Confess. de Indulg. n. 26.* & si aliquando requiratur absolutio pro Indulgentia consequenda, hoc tamen fit extra confessionem, quia illa absolutio non est Sacramentalis, quod accidit in articulo mortis, dum aliquis adscriptus alicui Confraternitati, vel habens aliquod diploma, in quo datur facultas, vt semel in vita, & in articulo mortis possit conse-

qui

qui Indulgentiam plenariam, tunc illa Indulgentia non applicatur ei, nisi adhibita forma, de qua infra dicetur.

28 Dicitur applicatione thesauri, ad significandum Indulgentiam esse satisfactionem quandam ex alienis operibus pœnalibus, vt si soluturo debitum distribueret ex ærario publico, vnde posset soluere, ita Papa dispensat de thesauro Ecclesiæ, vt Deo satisfaciamus.

29 Item dicitur thesauri, ad differentiam communicationum bonorũ, quæ fiunt à Prælatis Religionum, recipientibus aliquos ad communicationem bonorum spiritualium suorum subditorum, quæ non est Indulgentia, de qua communicatione, & applicatione infra, & *Rodo. can. quæst. p. 2. q. 85. art. 1.*

30 Differentia autem inter satisfactionem per Sacramentũ, & Indulgentias ea est, quia Sacramentum directè, & immediatè dimittit culpam, Indulgentia vero poenas, illud fit per potestatem ordinis cum iurisdictione, ista per potestatem iurisdictionis, illud ex solo merito Christi, ista ex satisfactione Christi, & Sanctorum, illud à Confessario in Sacramento pœnitentiæ, ista extra Sacramentum, illud cum determinata forma, ista cum signo exteriori, illud non potest quis sibi ministrare, istam potest concedens sibi applicare, *D. Thom. in add. ad 3. p. q 27. ar. 4.*

31 Verum quia iustus homo, & in gratia existens, bona opera, quæ facit sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria pro pœnis, quas debet pro peccatis mortalibus iam dimissis quoad culpam, non quoad pœnam, sequitur, quod iustus meretur non solum sibi, sed & alijs cũ possit pro altero satisfacere, quoad pœnam, sicut potest pro se v. g. si Petrus ieiunat pro Paulo, Deus remittit pœnam, quam debet Paulus, ac si ipse ieiunaret, ideo dicitur in articulo Symboli: communionem
32 Sanctorum, sed differt meritum, & satisfactio, nam nullus iustus potest per sua opera bona mereri alteri homini primam gratiam de cõdigno, sed bene potest pro altero de condigno satisfacere. *Tol. lib. 6. cap. 2. Viguer. c. 16. vers. 20. Bell. lib. 1. c. 2. de Indul. Sotus in 4. dist. 21. q. 2. art. 1.*

33 Iusti etiam, vt plurimum, plures satisfactiones exsoluerunt, quam deberent, quod maximè verum est in Christo, & Beatiss. Virg. qui fuerunt omnino immunes à peccato, & maxima passi sunt, & eorum opera satisfactoria sunt pro poenis infinitis, nõ quidem suis, sed alienis, quæ satisfactiones, seu cumulus operum supererogationis Christi, Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum repositæ sunt in corpore Ecclesiæ, quod dicitur thesaurus Ecclesiæ militantis *Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiss. Suar. disp. 51. sect. 2.*

SVMMARIVM.

DE THESAVRO ECCLESIAE.
Cap. IX.



1 CVM fundamentum, & basis Indulgentiarum, non oratio, seu opus, vel labor sit, vt quidam existimant, sed thesaurus Ecclesiæ, è quo In-
2 dulgentiæ ortum, vim, & virtutem habent, & sine eo nulla potest Indulgentia conferri, remissio enim pœnæ, quæ per illam acquiritur
3 virtute meritorum passionis Christi, & Sanctorum prouenit, ideo Indulgentiarum virtus ex thesauro pendet. Iure merito priusquam ad alia de Indulgentijs progrediamur, de ipso thesauro vidēdum est, de quo *Zab. in Clem. 1. de reliq. & vener. San. §. nos n. 3. DD in Clem. 1. de Priuil. Fel. serm de Ind. Suar. disp. 51. Cord. q. 4. & 5. Benz. lib. 2. à c. 24 ad 32. Med. disp. 8. & c. 43. ad 47.* & reliqui omnes, qui de Indulgentijs tractant.

4 Thesaurus nihil aliud est, nisi collectio, seu cumulus diuitiarum spiritualium ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum, ac bonorum operum cæterorum fidelium à primo Iusto Abel, vsque ad

nouissimum iustum, coactus in acceptatione, & præsentia diuina, dispensandus in Ecclesia militanti pro exoluẽdis debitis Christi fideliũ.

Dixi in acceptatione, & præsentia diuina ad excludendum quemcumque alium locum materialem.

Dixi ex meritis Christi, & Sanctorũ, ad excludenda bona, & diuitias Dei, seù angelorum, & attributa Sanctissimæ Trinitatis, prout *Cosm. Montig* putabat, tametsi à Dei gratia omnes nostras operationes, valorem, & merendo, & satisfaciendo sortiri necesse sit.

Dixi bonorum operum fidelium, quia in dicto thesauro conseruantur etiam omnia bona opera superabundantia Christi fidelium, dictus
5 thesaurus est in Ecclesia, sicut in quolibet Regno, & Republica Ærarium, hoc est thesaurus temporalis, seu aceruus bonorum, pecuniarum, & diuitiarum distribuendarum populo à Principe in eius occurrentibus necessitatibus, nam Principis est populo sibi subiecto prouidere, cum habeat se ad populum, vti Pastor ad oues, & Pater ad Filios *Arist.* 8. *Meth.* Sic in Ecclesia Dei, quæ Regnum Christi est, cuius caput est Christus, & Romanus Pont. eius Vicarius in terris, esse debebat tale ærarium, seu thesaurus spiritualis, ex quo fidelibus in eorũ necessitatibus per summũ dispensatorem succurri, & subueniri posset, in quo inuisibili ærario conseruantur omnia merita Christi, opera bona Beatiss. Virginis, & superabundantes satisfactiones, quæ ab operibus satisfactorijs, vel ex meritis, prout satisfactoria sunt Sãctorum supererogatoriè productæ, & producendæ erunt à viris iustis, & pijs, per eorum bona opera superabundantia, *quæ abundãtes, & inuestigabiles diuitiæ, & gratiæ ab Apostolo ad Eph.* 2. *&* 3. nuncupãtur, vt necessitatis tempore per Romanum Pontificem dicti thesauri æra-
6 rium, & pœnes quẽ claues thesauri à Christo sibi traditæ, detinentur, quibuscumque, quandocumque, & quantum voluerit, tam pro viuis, quam pro defunctis per Indulgentiarum applicationem ad debita peccatorum, qui non sunt soluendi dispensentur, nec obstat, quod de Christi sanguine, & sanctorum martyrũ persoluatur; quid enim aliud creditor exposcit, quam de debito satisfieri? & *Paul. ad Rom.* 8. non sunt dignæ passiones, &c. intelligitur quoad partem satisfactoriã, non quoad meritoriam, vt infra dicetur, hæc & alia *Caiet.* 22. *q.* 66. *art.* 5. *Couarr. reg. peccatum p.* 3. *§.* 2. *Sot. lib.* 4. *de Iustit. q.* 1. *art.* 1. *Nau. c.* 17. *n.* 172. *Moli. de prim. genit. c.* 23. *l.* 1. *C. de Thes. lib.* 10.

7 Quod autem in Ecclesia Dei detur thesaurus spiritualis, videtur de fide, vel saltem contraria sententia à Theologis erronea censetur, & forte hæreticum, quia contra definitionem Romani Pontificis in *Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiss.* & contra sensum, vsum & prædicationem Ecclesiæ *Suar. disp.* 51. *sect.* 2. *n.* 3. *Cord. q.* 5. *§. tertia ratio*, ideo forte, & ad argumenta, quæ in contrarium adducuntur

satis

satis congrue respondent *Med. disp.8. cap.43. & 44.Cord. quaest. 5. Suar.disp.51.per tot.Grass.in appen.lib.2. decis. c.1. num.36. Bellar. lib. 1. cap. 3.sequen.* & reliqui scribentes de hac materia, satisque sanctarum litterarum campus, ipsa iustorum operum ratio,probatorum hominum exempla, & testimonia Sanctorum demonstrant, Testis sit ipse Cyprianus, qui dum de Martyrum,& reliquorum Sanctorum gestis scripsit anno 1300. satis apertè demonstrat, & verba *D. Thom.in 4.dist.20. quaest.1.art.3.quaestiuncula* 1.optimis argumentis comprobant, dum sic loquitur.

8 *In Vnitate corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentiæ supererogauerunt ad mensuram debitorum suorum & multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt, per quas multitudo pœnarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia,quod omne pœnæ debitum nunc viuentibus excedat*. Per quæ verba clarè abundantes satisfactiones Sanctorum explicari videntur *Suarez loc. cit. num. 12.*

9 Patet ex *Clem. VI. in eius Extrauag. Vnigenitus cit. & ex Bulla Leonis X. & decreto misso ad Caiet. contra Lutherum, vt ipse Caiet. refert in 3.p.q.28. art.5.* vbi ait,Pontificem posse thesaurum Christi, & Sanctorum dispensare, præcipitq. sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendę,ipsi Romano Pontifici reseruatæ, id teneri,atque doceri.

Docet *Paul.2.Corinth.12 n.11.*per illa verba,nō *quæro quæ vestra sunt sed vos,nec debent parentibus Filij thesaurizare, sed parentes filijs.Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris, & 2.Corinth.8. nu.14. in præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas sicut scriptum est.*

10 Quid enim prædicta demonstrant,nisi inter fideles communicationē bonorum operum, & vnum posse alteri satisfactionem suam per modum suffragij communicare? quid nisi in fidelibus tantam esse meritorum abundantiam, vt per eam alijs indigentibus possit prodesse?

11 Colligitur ex tam multis operibus per viros iustos, & sanctitate celebres, editis flagellis, tum diuinitus,tum ab hominibus inflictis, & ex pluribus,quam meruerint passis tormentis. In medium prodeat *Iob.6.vtinam,*inquit, *appenderentur peccata, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera*, quo loco maiores pœnas passum fuisse Iob Spiritus sanctus docet,quam eius peccata merebātur.Prodeat *Apost.ad Coloss.1.nu.24.Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis,& adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore,quod est Ecclesia,*vbi de suis satisfactorijs operibus loquitur, item ad *Galat.9.Alter alterius onera portate,* idem de alijs sanctis di-

cendum videtur, ex *Aug. Psalm. 86. Benz. lib. 2. cap. 28. vers. nunc ad 2. dub.*

12 Ex quibus denotantur ærumnæ, quas sancti protulerunt in carne sua, tamquam reliquias quasdam passionibus Christi, pro communi totius Ecclesiæ thesauro, & vtilitate, quibus operibus meritum, & satisfactio apparet, & cum non fuerint pro dictis laboribus, & passionibus remunerati, sequitur quod aceruus ille, & supererogatio reposita sit in dicto thesauro, & cum alicui non applicauerint particulariter, & pro se ipsis non indiguerint, cum propter coniunctionem charitatis, pro omnibus Ecclesiæ membris fecerint, reliquerint distributionē & applicationem Christi Vicario ex *Apost. 1. Cor. 4. & 2. Cor. 2.*

Probantur prædicta tum ex parte Dei, tum ipsorum Sanctorum; ex parte Dei: nam ad eius prouidentiam, & iustitiam spectat remunerare opera hominum, vel in ipsismet operātibus, vel in alijs, eis coniunctis, quantum capacia sunt, & secundum modum conuenientem, sed hæc opera iustorum quatenus satisfactoria sunt, capacia sunt fructus, seu præmij saltem in alijs, qui per charitatem sunt vna cum eis, qui talia opera fecerunt, & possunt conuenienti modo ad hunc effectum reseruari, & acceptari, & per conuenientem potestatem applicari ergo, &c. *Suar. disp. 51. sect. 2. nu. 12. 13.*

Ex parte vero Sanctorum probatur ex *D. Paul. ex loc. cit. ad Coll. p.* & ex lege charitatis, qua Sancti in huiusmodi operibus gubernantur, vt demonstrabitur.

Item merita Sanctorum, vel sunt meritoria, vel satisfactoria, quoad vim satisfactoriam sæpe non sunt necessaria operanti, vel quia pro leuissimis peccatis grauissimam agunt pœnitentiam, vel quia, cum nullum habeant peccatum passi sunt, hæc opera satisfactoria, vel alijs applicari possunt, & quoad hoc, non apparet, Sanctos applicasse, vt aliqui dicunt, vel si applicarunt pro viuis, & defunctis Amicis, & Benefactoribus, multa reliquerunt non applicata, & sic in aliquo loco reponi necesse fuit, ergo in thesauro pro communi indigentium bono *Med q. 5.* Nec est dicendum, quod infructuosa, & inutilia remā serint, quia esset contra diuinam iustitiam, sicut enim nullum malum debet remanere impunitū, ita nullum bonū debet remanere inremuneratū.

13 Ratio quare huiusmodi satisfactiones superabundantes reponūtur in thesauro Ecclesiæ, tamquam communia eiusdem Ecclesiæ bona, redditur *à D. Thom. d. q. 1. art. 3. quæstiuncula* 1. nempe ex intentione ipsorum operantium, nam vnus potest pro alijs satisfacere iuxta intentionem suam, & ideo si alicui suam intentionem applicet, illi prodest, si non sit impedimentum, quando vero nemini applicat, & ipse etiam tali satisfactione non indiget, hoc ipso, vel formaliter, vel virtualiter intendit per illa opera Ecclesiæ prodesse quantum potest:

ergo donat illa ipsi Ecclesiæ, vt in eius thesauro custodiantur conuenienti modo suo tempore dispensando.

14 Non desunt qui asserant thesaurum hunc confici ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum, non autem ex meritis eorum, ratio eorum est, quia indulgentiæ introductę sunt in locum satisfactionum, & respondent operibus, non quatenus hæc meritoria sunt, quia sic prosunt solum operanti, sed quatenus sunt satisfactoria ad solutionem pœnę temporalis. Vocatur tamen à Patribus thesaurus meritorum, quia idem est opus meritorium, & satisfactorium *Sot. in 4. dist. 19. q. 2. art. 1. concl. 2.* vbi ome opus meritorium, quod ex gratia proficiscitur generali ratione esset quoque satisfactorium, &c. *Cord. q. 5.* vbi ponitur etiam differentia inter meritum, & satisfactionem respectu quiditatis, & fructus, seù efficacię de quo etiam *Benz. lib. 2. cap. 28.*

15 Sed ex verbis *Extrau. Vnigenitus de pœnit. & remiss.* apparet thesaurũ constare ex meritis Sanctorum, ex verbis (*ad cuius quidem thesauri cumulũ, &c.*) vbi nomine meriti Clem. VI. nõ intelligit satisfactiones, nam ait, *omnes Sanctos adminiculum præstare thesauro*, sed non omnes iusti supererogauerunt in operibus satisfactorijs, quia multi ex illis manserunt in purgatorio: ergo intelligit merita, & adminiculum pręstare magis, quam satisfactiones, vide *Suar. disp. 51. sect. 2.*

16 Et ex his patet, quod Indulgentia, partim est gratia, dum peccator non soluit de suo, partim Iustitia, dum Iustitię Dei sanguine Sanctorum satisfit, & Christus ob nimiam suam charitatem, qua dilexit nos, non solum meruit nobis gratiam, & gloriam iuxta illud *Paul. quem posuit propitiatorem nostrum per fidem in sanguine ipsius*, sed etiam remissionem peccatorum superabundanter, tota enim vita sua, in qua multa opera supererogationis fecit, & multa passus fuit, & meritoria, & satisfactoria fuit, quia multa opera supererogationis, ad quę non tenebatur fecit, multos labores, & pœnalitates supererogauit *Luc. 9.* vbi Moyses, & Elias visi in Maiestate dicebant excessum, idest Passionis Christi, quam completurus erat in Hierusalem ex quo apparet, quod eius pœnalitas, & passio excedebat redemptionem quam fecit, vt *1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, non autem nostris tantum, sed totius mundi, imo infinitorum, si essent cum minima gutta sanguinis, esset infinitę satisfactionis, de quibus Christi supererogatorijs operibus laboribus, ærumnis, doloribus, & pręcioso sanguine eius, sparso pro peccatis nostris, & totius mundi.

17 Et inter opera, & merita Sanctorum in huiusmodi thesauro recondita, primum locum obtinent illa Beatę Virginis, quę fuit Martyr, & plusquam Martyr, ob multos labores, & angustias quas sustinuisse

legimus in profectione in Bethleem, in fuga in Ægyptum, in passione filij sui, pręcipuè iuxta crucem de quo *Ansel.lib.1.de excellentia Beatæ Virginis c.5. Hierony.in sermone de Assumptione eiusdem ad Paulam, & Eustochium,* vbi Mariam plusquam Martyrem fuisse probat, & demum in illis annis à Christi Ascensione ad Cęlum, quibus semper passa fuit, pro quibus angustijs, & doloribus in se ipsa non fuit remunerata, cum non haberet reatum alicuius peccati, & pœnę, & quãuis mortua sit, & alias passiones naturales perpessa, non tamen in ea erat pœna peccati alicuius, sed tantum conditionis, & passionis naturæ.

18 Quod thesaurus sit necessarius in Ecclesia, multis rationibus probat *Cord.q.4 & Benz.lib.2.c.26.*

Contra prędicta nonnulla opponi solent, quę facile repelluntur, vt *Bellar.lib.1.cap.4.*

Primo, quod cum Christus de omnibus actis suis sit remuneratus ad *Philipp.2. humiliauit semetipsum, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen*, & Sancti etiam satis remunerati fuerunt de pœnis eorum *Apost. ad Rom. 8. non sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram gloriam*, non debent eorum merita, remunerata amplius erogari pro aliorum poenis dimittendis.

19 Respondetur in quolibet opere meritorio, & poenali quadruplicē considerari virtutem, nempe bonificandi, medendi, merendi, & satisfaciendi *Cord.q.5. Med.disp.8.c.44.* Sit exemplum ieiunij quod bonificat operantem, & disponit ad alia opera bona, medicinam prębet cōtra carnis concupiscentiam, dat meritum glorię, quia ex charitate procedit, & satisfacit pro poena temporali, & cum quis ieiunat siue pro se, siue pro alio, & merendi & satisfaciendi virtutem cōsequitur, & secundum *Aug.lib.de cura pro mortuis* (vbi applicat defunctis sacrificium Altaris, eleemosynam, ieiunium, & orationem, quę multum illis prosunt) duplicem hanc consequitur virtutem, quę duplex virtus culpę remissionem, & poenę reatum intuetur *Med.disp.8. c.44.*

20 Virtus merendi non transit nisi in personā merentis, est enim effectus omnino proprius, qui non potest communicari *Suar. disp. 51. sect.2.n.7.* Nullus enim potest mereri alteri ęternam fęlicitatem nisi solum meritum Christi, qui sibi & omnibus alijs meruit, quia illi data est gratia vniuersalis, gratia vero aliorum est particularis *D. Tho. p.2.quæst.114.art.6. & 3.p. q.8. art.1.*

21 Prout nec pariter virtus benificandi & medendi transit in aliam personam, quam in personam operantis, nam ex meo bono opere non fit alius bonus, sed ego tantum, neque ex meo ieiunio præbetur alteri medicina contra concupiscentiam, sed mihi tantum.

Virtus autem satisfaciendi bene transit in aliam personam, cum possit vnus pro alio satisfacere, & opus satisfactorium potest fieri, & communicari alteri *Med. d. cap. 44. cum seq. & Cord. quaest. 5 in princ.*

22 Modo dico quod merita Christi, & Sanctorum, quatenus sunt satisfactoria, sunt thesaurus Ecclesiae, non quatenus meritoria, quae non transgrediuntur personam merentis vt satisfactoria.

23 Item omne bonum factum ab existente in charitate est meritorium, & satisfactorium, primum ea ratione, qua est bonum, quis meretur beatitudinem, secundum quatenus est poenale, quis per illum patitur poenam; Opera meritoria Sanctorum fuerunt remunerata, vltra condignum quatenus fuerunt augumentatiua gratiae, & gloriae, Deus enim semper remunerat vltra condignum, & punit citra condignum, quatenus vero erant satisfactoria poenae cuius Sancti non indigebant satisfactione, remanserunt propterea in potestate Ecclesiae, & ideo per Indulgentiarum applicationem alij subueniuntur, & sic procedunt quoad vim meritoriam de condigno, non quoad vim satisfactoriam, cum receperint praemium essentiale, quod meruerunt sibi, accidentale vero, quod alij meruerunt de congruo non acceperunt.

24 Probantur etiam praedicta ex naturali vnione corporis mystici, quae exigit, vt quaelibet bona suorum Ciuium, quae possunt esse vtilia Reipublicae Christianae ordinatae à Spiritu Sancto, Ecclesiam regente, sint ad vtilitatem ipsius Ecclesiae, & membrorum inuicem *Cord. quaest. 5. §. 2. ratio*, constat autem satisfactoria supererogationis cedere posse ad vtilitatem Ecclesiae vt patet ex eo, quod per propriam intentionem ipsorum Sanctorum potuissent haec applicari ad satisfaciendum pro hoc, vel illo membro Ecclesiae, debente pro suis peccatis satisfacere, ergo haec satisfactoria supererogatorie facta à Christo, & Sanctis ad vtilitatem membrorum Ecclesiae à Deo, vel ab Ecclesia, vel ab ipsis Sanctis actualiter, vel virtualiter ordinata sunt, & Ecclesia ipsa haec merita continuo offert, vt patet ex Canon. Missae in quo Ecclesia orat per merita Sanctorum dum ait (*quorum meritis precibusq; concedis*) & post absolutionem Sacramentalem, (*& merita Beatae MARIAE semper Virginis, & omnium Sanctorum*,) & Christus non solum satisfecit pro nobis, sed meruit etiam redemptionem, & licet non satisfecisset, adhuc esset thesaurus meritorum, quia meruit nobis remissionem poenarum, & tota Ecclesia fuit fundata ex meritis Christi, & potestas etiam Ecclesiastica innititur meritis ipsius.

25 Nec obstat quod poena non redimitur nisi poena, quia intelligitur per modum solutionis, non tamen tollitur, quin alijs medijs redimi pos-

possit, quare ne contra diuinam iustitiam superuacanea, superflua, & inanis redderetur tanta sanguinis effusio, tantaq; dolorum, & cruciatuum magnitudo, Christus Ecclesiæ suæ militanti thesaurum acquisiuit, & vti pijssimus Pater filijs suis thesaurizauit, vt qui rectè vterentur tali thesauro participes fierent amicitiæ Dei.

Quod si obijciatur, quod nullibi constat, quod Christus, & Sancti intentionem habuerint pro nobis satisfacere, & opera thesauro applicare, cum opus vnius satisfactorium pro alio non satisfaciat sine intentione.

26 Respon. quantum ad Christum non solum pro toto genere humano in communi ea obtulit, sed etiam voluit suam mortem, & passionem prodesse saltem voluntate antecedenti ijs, pro quibus orauit, orauit autem pro omnibus *Io. 17. Non tantum pro eis rogo, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me*, pro omnibus passionem, & mortē obtulit, & pro omnibus passus est, 1. *Pet. 2.* quod si nō pro omnibus nobis obtulisset in singulari actione tamen Sacramentali eius passio singulis applicatur. Quid enim aliud Sacerdos agit dum à peccatis absoluit, nisi Christi meritum, & passionem nobis applicare? Quid summus Ecclesiæ Pastor agit, dum Indulgentias applicat nisi Christi mortem ex ecclesiastico thesauro extra tamen Sacramentum nobis adiungere? quinimo etiam si mortem suam secundum virtutem satisfactoriam singulis non applicasset adhuc nihil erat de ecclesiastico thesauro timendum *Med. disp. 8. c. 46.*

27 Quantum vero ad Sanctos non esset temerarium assere eosdem sua opera bona in sinum diuinę bonitatis, egentibus impertienda, aut in proprios vsus conuertenda reposuisse, præsertim cum aduerterent scriptum fuisse *à Paulo ad Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet nescimus.*

Præterea animo expresso, & virtuali opera satisfactoria non solū merendi, sed etiam satisfaciendi fecerunt, vt supradictum est ad *Coloss. 1. gaudeo &c.*

28 Vel quatenus formaliter, & actu ipsa non applicauerint, virtute tamen, & habitu applicabant, omnia namq; sua opera in christianum, & ecclesiasticum finem dirigebant, & ex charitate metiebantur, charitas autem postulat, vt ea, quibus non indigemus, alijs impertiamur, vt de corporalibus diuitijs *ad Corinth.* scribens *1. Corinth. 2. Apost.* pręcipit *ex æquitate in præsenti tempore vestra abundantia illorum paupertatem suppleat*, quare aut Sancti formalem, & actualem intentionem huiusmodi habuerunt, applicando suas afflictiones, & satisfactiones reliquis ecclesiasticis membris, quę spirituali egestate laborarent, suosq; reatus cum proprijs diuitijs compensare non possent, aut si talem intentionem non habuerint, habue-

buerunt tamen habitualem, & virtualem intentionem, quia in domo Dei laborantes cuncta sua opera in cælestis Patris familias sinum ab eodem reliquorum domesticorum Dei egestate dispertienda refundebant, quem finem Christiani conseruabant *Med. disp. 8. c. 46.*

29 Et si rursus dices esto quod actualis vel virtualis intentio sufficiat, ad quid ista intentio, si nulla opera bona Sanctis superfuerunt? nam donec fuerunt in hac vita non solum dixerunt dimitte nobis debita nostra, *sed 1. Io. 5. si dixerimus, quod peccatum non habemus; ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis*, & *Hieron. super psal. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum &c. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno*: Quomodo inquit est sanctus, si pro impietate sua orat? & si est impius, non est sanctus. Et *Augustinus; Nullus sanctus, inquit, in hac vita fuit sine peccato*, & sic Sãcti se debitores fassi sunt. Ergo non satisfecerunt vniuersis debitis. Item nullus Sanctorum sufficienter impleuit in hac vita mandatã Dei *Luc. 17. cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt*, dicite seruos inutiles, Resp. Patres prædictos loqui de venialibus peccatis, de quibus *Prouer. 14. septies in die cadit iustus*, quæ nulla externi boni operis, aut satisfactionis compensatione plerumq; indigent, sed quasi animæ rubigines, sola oratione aut feruore dilectionis, alijsue remedijs diluuntur, cur enim Stephani lapides, Laurentij meæ Ecclesiæ titularis craticulæ, Catharinæ Aduocatæ Rotæ compensationes erũt venialium peccatorum? *Med. disput. 8. c. 46. & Cord. qu. 5. §. 5. arguitur*.

30 An omnia opera bona duplicem hanc virtutem merendi, & satisfaciendi habeant, Resp. quod sunt distinguenda omnia opera humana in septem classes prout distinguit *Med. loc. cit. disp. 8. c. 45*. Primo quæ fiunt ante pœnitentiam, & conuersionem, quæ dicuntur mortua à Theologis, quæ nullam rationem meriti vel satisfactionis recipiũt, nec per pœnitentiã reuiuiscunt, sicut opera mortificata, idest facta in gratia, & postea subsequatur peccatum mortale, quæ per pœnitentiam reuiuiscunt *ex D. Thom. in 3. p. quæst. 89. art. 2. Caiet. artic. 5. ad tertium de quibus loquitur D. Paul. ad Hebr. 6. Abbundate in omne opere bono scientes, quod labor vester non est inanis in Domino non enim iniustus est Deus vt obliuiscatur operis vestri*, nec rationi consentaneum est, tot merita pro Christo facta in gratia inremunerata relinqui.

31 Secundo quæ fiunt ante iustificationem, sed non ante animi conuersionem, sed vna simul cum ipsa, vt dum peccator ad diuinam misericordiam flectendam in ipso pœnitentiæ actu exhibet cilicia, ieiunia, & alia, quæ opera rationem meriti habent non de condigno, quod iustitiæ rationem denotat, sed de congruo, decet enim diuinam

mi-

misericordiam huiusmodi sic petenti remissionem, & gratiam elargiri, & tanta potest esse contritiò, quod etiam satisfactionis ratio subintret.

32 Tertio si opera fiunt post conuersionem, sed diriguntur ad aliquod diuinitus accipiendum, vt legitur de Moyse, qui ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vt legem acciperet *Iudith.* ieiunauit, vt fœlicem Holofernis exitum consequeretur &c. hæc non habent vim satisfaciendi, sed solum ad promouendum valorem rationis, licet *Benz. d. lib. 2. cap. 28. vers. 3.* etiam satisfaciendi virtutem habere dicat, cum id à tota intentione operantis non excludatur, quamuis ad alium principaliorem finem dicta opera ab operante assumantur, hinc infertur, quod si in satisfactionē pœnitentialē iniungantur, & in peccato mortali fiant non sunt iteranda *ex Diu. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. quæst. 3. ad tertium.*

33 Quarto quæ fiunt ab homine iustificato ad compensandum propria, vel aliena peccata.

34 Quinto quæ post adeptam iustitiam non in peccati satisfactionem, sed ex habitu recte operandi fiunt, bona bonis addendo *vt Matth. 7. thesaurizant sibi thesaurum in cælo.*

35 Sexto quæ proficiscuntur ex gratia ad carnis macerationem *vt Paul. 1. Chorinth. 3. castigo corpus meum, &c.*

36 Septimo quæ fiunt ab hominibus integritate, & indulgentia præditis, & nullo vinculo culpæ aut poenæ irretitis vt legitur de Tobia Iob. & alijs.

Hæc vltima quatuor in thesauro reponi dicit *Sotus in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 1. D. Thom. in 4. cit.* sed *Sotus in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 1. concl. 2.* tenet omne opus meritorium, quod ex gratia proficiscitur generali ratione esse quoque satisfactorium, nec posse esse aliquod tale opus quantumcumque spirituale, quin secum aliquam molestiam, & satisfactionem afferat.

37 An huiusmodi opera satisfactoria remanserint in thesauro ad nostrum commodum, & commoditatem, ita vt vnus possit alteri suam satisfactionem applicare, Respond. affirmatiue ex verbis Pauli *ad Colloss. 1. gaudeo in passionibus pro vobis*, vide Cord. *quæst. 5. vers. respondeo ad octauum,* vbi ratio, quia charitas facit omnia communia quandocumque adiutorium vnius prosit alteri, ad id, quod de lege valere potest, & ad hoc facit articulus fidei *credo Sanctorum communionem, & Galat 6. Alter alterius onera portate.*

38 An autem opera, quæ semel in thesauro apposita sunt, deperdi possint, vel semper in eo conseruentur. Respond. in vtramque partem disputatur *à Benz. lib. 2. c. 33.* Nam *Adrian. in 4. tit. de clauibus post tertiam conclusionem. & Henriq. lib. 4. cap. 16. §. 4. in fin. & lib. 7.*

lib. 7. cap. 2. §. 3. suæ summæ existimant opera in thesauro posita, semper in eodem conseruari, quamuis illè, qui ea operatus est sit in gratia, postea cadat in peccatum mortale, & cũ eo decedat per rationes ibi allatas, alij vero secus sentiunt, vt ibi videre est, quæ autem opinio sit sequenda, legentis arbitrio relinquitur.

39 Secundo opponitur, si opera, & merita Christi sunt infiniti valoris, & meriti, ad quid adiunguntur satisfactiones Sanctorum? Resp. primo ne sint inanes illorum passiones, secundo vt ipsi, & eorum merita honorentur, 1. *Chor. 3. Adiutores Dei sumus*. Tertio vt Christi membra assimilentur suo capiti. plura vide apud *Bellarmin. lib. 1. cap. 4. Cord. quæst. 5. vers. sed certe Benz. lib. 2. cap. 28. vers. sed debent.*

40 Tertio opponitur, multæ sunt Indulgentiæ, merita pauca, vt vix possit homo sibi sufficere, ergo thesaurus deficit? Resp. thesaurum maximè colligi ex merito Christi, quod est infinitum *Extrauag. vnigenitus de pœn. & remiss.* & thesaurus ifinitus est, & numq; exhauriri potest.

41 Quomodo autem intelligantur verba illa *Paul. adimpleo ea quæ, &c.* declarat *Cord. quæst. 5. vers. tertia ratio Med. disp. 8. c. 43. Cornel. à Lapide Iustin. & alij interpretes.*

42 An in thesauro reponantur opera Angelorum? Resp. non reponi, patet, quia operibus satisfactorijs carent, & licet adiuuent homines orationibus, tutela &c. non tamen meritis aut satisfactionibus *D. Thom. 3. par. q. 8. art. 4. in corp. Benz. lib. 2. c. 29. vers. iste est.*

34 Et licet *Fabius incarnatus in suo scrutinio sacerdotali tractat 5. par. 2. fol. 81.* quatuor constituat thesauros, Christi nempe, Beatæ Virginis, S. Ioannis Baptistæ, Apostolorum, & Martyrum, & quatuor Sanctorum Confessorum, Virginum, & omnium electorum, nihilominus ex communi Theologorum sententia *in 4. dist. 20. & Canonistarum in c. Indulgentia de pœnit. & remiss. lib. 6. & in Clem. 1. de Reliq. & vener. Sanct.* vnum tantum dicemus in Ecclesia Dei thesaurum.

44 Consurgit tamen ex quinque, primo ex merito Passionis Christi, secundo ex merito B V. tertio ex merito Sanctorum, quarto ex merito Confessorum, Virginum, & Sanctorum omnium, quinto ex bonis operibus aliquorum Fidelium.

45 Quis autem sit dispensator thesauri dicam infra, dum agetur de ijs qui possunt concedere Indulgentias.

SVM-

SVMMARIVM.

Con-

In-

In-

QVIBVS MODIS INDVLGENTIA concedatur.

Cap. X.



1 SICVT pœnæ temporalis remissio non semper est æqualis, sed aliquando maior, aliquando minor, iuxta concedentis liberalitatem, & modum cōcessionis, ita varius modus, ac forma concedendi Indulgentias reperitur in Ec-
2
3 clesia, quem quidem modum, seu formam in totalem, & partialem restrinxisse videtur Clem. 6. *in Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiss.* in illis verbis (*thesauri ecclesiastici dispensationem Petro esse commissam*, nunc pro totali, nunc pro partia-

tiali remissione poenæ temporalis pro peccatis debitæ persoluendæ) *Suar. disp. 50. sect. 4. n. 3.*

4 Totalis Indulgẽtia intelligitur, quãdo tota poena remittitur, qualis est plena, plenior, seu plenaria, & plenissima, seu in forma Iubilei.

5 Partialis vero, quæ tantum partem remittit, qualis est Indulgentia aliquorum annorum, seu dierum, seu quatragena, carena, septena, tertiæ, vel quartæ partis, & similes.

6 Hinc quinque modis inuenio Indulgentias consueuisse concedi, interdum enim reperitur Indulgentia concessa aliquorum dierum, vel annorum, interdum Indulgentiæ quatragenæ, interdum tertia, vel quarta, vel alia peccatorum pars, interdum Indulgẽtia plenaria, interdum plena, plenior, & plenissima, seu in forma Iubilei, vt declarat *Bellar. lib. 1. cap. 9.*

7 Indulgentia tot dierum, vel annorum secundum veriorem significat remissionem poenitentiæ, quæ peragenda fuisset tot diebus, vel
8 annis, secundum Ecclesiæ ritum; constat enim multa poenitentibus fuisse interdicta, multaq; imperata *ex Tertull. lib. de pœnit. Conc. Triburien. can. 54. & lib. 19. Bruchar.* Imperabatur namq; ieiunium feria 2. 4. & 6. interdicebatur vero vsus balnei, equitationis, &c. à nobis autem certo sciri non potest quãta debeat pœna respõ-
9 dere ad plene satisfaciendum pro quolibet peccato mortali, secundum diuinam iustitiam, Ecclesia tamen Spiritu Sancto edocta, anti-
10 quitus ordinauerat pro quolibet peccato mortali septem annos de poenitentia, qua peracta, in pristinum statum poenitens restituebatur, quod diuini iudicij sententia factum esse videtur, cum multoties
11 in sacra Scriptura Deus à peccatoribus exigebat poenitentiam septemnem pro aliquibus grauibus, quandoque decem, quandoq; plures anni poenitentiæ iniungebantur, non tamen ita ad mensuram collo-
12 cabantur, vt nihil aliud in Purgatorio esset Deo satisfaciendũ, licet *Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* dicat esse taxatas ad iustum, ita vt Deus non plus exigeret à poenitente, secundum diuinam iustitiam, sed potius dicẽdum hoc fecisse ex diuersa canonum aspectione, nam taxan. decem, &c. præscribebatur modus, quo fieri deberet, *vt in c presbyter 82. dist. c. de viro 22. q. 2. c. si quis sacerdos 30. q. 1. & cæt. Cord. q. 32. vers. secundum dubium § pro cuius, & vt Bruchar. ait loc. cit.* Quãdo poenitẽtia esset taxata, seu determinata pro singulis peccatis, vt multiplicantur peccata, multiplicatur etiam poenitentia, quia est debi-
13 ta, vnde si quis per centum peccata mortalia teneretur in hac vita secundum canones, seu Dei iustitiam per septingentos annos poenitentiam persoluere, si lucratur Indulgentiam totidem annorum, faciẽdo, quod Papa imponit, absoluitur à tali debito à toto, vel in parte, iuxta tenorem Bullæ, quare Indulgentia concessa à Papa Ioanne

XX. viginti ſcilicet dierum ſalutantibus Sacerdotem, intelligitur remiſſio peccatorum viginti dierum, quibus deberet agi de poenitentia impoſita à Confeſſore, ſiue à Canone in hac, vel in alia vita. *Abb. & Inn. in c. quod autem de pœnit. & remiſſ.*

15 Idem dicendum de Indulgentia Leonis X. qui conceſsit Indulgentiam duodecim millium dierum dicenti duodecim Aue Maria, præmittendo vnum Pater noſter in honorem duodecim excellentiarum B. MARIAE Virginis, & decem millium dierum dicenti ſemel in die quinquies Pater, & Aue in memoriam quinq; Plagarũ, & quinq;
16 dolorum B. MARIAE, & ſeptem millium dierum dicenti vnum Aue, quando auditur pulſus ad horas canonicas, qui fit ſepties in die ad denotandum horam, quæ ignoratur, quando fuit ſalutata B. Virgo ab Angelo, vide *Sorb. in compend. priuileg. verſ. Indulg. fol. 311.* & ad intelligendum Indulgentiam tot dierum, vel annorum conſideratur poenæ quantitas extenſiuè, & intenſiuè, de quo *D. Thom. 3. p. quæſt. 46. art. 6. verſ. quinto, & in 4. diſt. 20. art. 1. q. 3. c. fin. de pœnit. diſt. 6.*

17 Quando conceditur Indulgentia tot annorum de poenis Purgatorij, Pontifices forte intelligunt de annis Purgatorij corriſpondentibus annis huius vitæ, vide *Sot. diſt. 21 quæſ. 2. art. 1. Riccar. diſt. 20. artic. 3. quæſt. 2. Nauarr. not. 31. Sylu. §. 8. verſ. Indulgentia Viguer. c. 16. §. 6. verſ. 22.* & dicta Indulgentia tripliciter poteſt concedi, primo ſi Romanus Pontifex dicat, concedo decem annos Indulgẽtiæ de poena Deo debita, & tunc intelligitur de poena Purgatorij, quia non reſtringit ad annos huius vitæ.

19 Secundo decem annos de poenitentia iniuncta, & tunc intelligitur de poena, quæ iuxta grauitatem culpæ correſpondet annis huius vitæ ſecundum canones, & ſic poena remittitur inæqualiter; de Indulgentia poenitentiæ iniunctæ infra n. 92.

20 Tertio decem annos de poenitentia, & tunc intelligitur de omni poena, quæ debet ſolui ſecũdum iudicium Dei, & Canonum poenitẽtialium, qui tertius modus eſt fauorabilior, vide *Conc. Tribur. c. 57. 58. 3. to. Cord. q. 32. verſ. quoad ſecundum dubiũ Tol. lib. 6. c. 24. Vigu. c. 16. §. 6. verſ. 22. Ant. p. p. t. 10. c. 3. §. 3. Sorb. cit. fol. 313.*

21 An Indulgentia aliquot dierum huius vitæ correſpondeat in Purgatorio relaxatio poenæ totidem dierum v. g. ſi homo per vnum peccatum fornicationis tenetur in hac vita facere ſeptem annos de pęnitentia, ſi eam hic non expleuerit, an teneatur totidem pati in Purgatorio? Reſp. omnes conueniunt cum per Indulgentias condonantur poenitentiæ aliquot dierum, vel annorum, cõſequenter etiam remitti poenam Purgatorij, quæ poenitentiæ condonatæ reſpondent.

22 Sed vtrum poenitentia vnius diei, vel vnius anni in hac vita tantũ reatũ poenæ corã Deo expiare valeat, quãtũ expiaret vnus dies, vel

annus

annus in Purgatorio exactus, quæstio est, nã *Dom. Sot. in 4. dist. 21. quæst. 2. artic. 1.* contendit pœnam Purgatorij tanto esse acriorem
23 pœnis huius vitæ, vt vnus dies in Purgatorio exactus multo amplius de reatu pœnæ peccatis debitæ detrahat, quam multi anni vitæ præsentis in pœnitentia seuerissime agenda consumpti, ex quo ipse colligit neminem quantumuis insignem peccatorem in Purgatorio pœnam daturum viginti annos, & fortasse ad decem vel pauciores vide *Summ. Coron. Confess. de ind. nu. 28. vers. sed numquid Suar. disp. 50. sect. 5. num. 12. & 15. Philiar. p. p. lib. 2. c. 13.*
24 Communis tamen sententia contrarium docet *vt Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. Adrian. tract de Indulg. §. petet fortasse Nauarr. not. 11. num. 22. Cord. quæst. 32. prop. 3. & cæteri citati a Syl. ind. num. 8. Bellar. lib. 1. cap. 9.*
25 Quamuis enim pœna Purgatorij sit acrior omnibus pœnis, quas in hac vita experti sumus *Aug. psalm. 37. Gregor. psalm. 3. pœnit. Beda in eumdem psalmum. Anselm. comen. c. 3. prior epist. ad Cherrut. & Bernard. serm. de obitu Humberti Monachi*, tamen ad expiandum reatum pœnæ, efficacior est pœna voluntaria huius vitæ, quam pœna acrior Purgatorij, quoniam hoc est tempus misericordiæ, illud vero iustitiæ.
26 Itaq; in hac vita non est vllum debitum pœnæ tam grande, quod nõ possit vno die, vel etiam vna hora, per martyrium omnino dissolui, pro quo tamẽ soluendo in Purgatorio, vix multi anni sufficerent, sic loquitur *Cypri. lib. 4. epist. 2.* idẽ de vehementissima contritione dici potest, sit exemplum de magno latrone, de quo *Io. Clem. lib. de scbala parad. grad. 4. Bed. lib. 5. hist. anglic. cap. 13.* vbi dicit plu-
27 rimas animas in Purgatorio vsque ad diem iudicij, idest per multas annorum centurias cruciandas, cum tamen nulla sit multitudo, vel grauitas peccatorum, quæ non possit in hac vita per pœnitentiam deleri, non solum quoad culpam, sed quoad pœnam.
28 Et legimus apud aliquos authores, viros sanctos ob vnum solum peccatum non paruo tempore in Purgatorio cruciatos, vt legitur de Paschasio Diac. Card. Romano apud *S. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 40. &c. Bellar. d. lib. 1. cap. 9.* in præsenti autem vita peccata huiusmodi breui, ac leui pœnitentia dilui possent vide *Suar. disp. 50. sect. 5. num. 11.* Sed contra obijci potest, quod aliqui homines rei sunt pœnæ luendæ multis annorum millibus, quod probatur ex Indulgentijs, quæ interdum continent condonationem poenitentiæ quindecim vel viginti millium annorum, at si longiori tempore reatus poenæ expiatur in Purgatorio, & non potius tempore longe, ac longe breuiore, quam in hac vita sequitur omnino multa peccata post diem iudicij expiata mansura.

29 Respond. quod aliqui negant huiusmodi Indulgentias datas esse à Summis Pontificibus, & questuarijs tribuunt *Io. Gers. tract. de absolut. sacram. Sot. in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1.* Pontifices enim non solebant concedere nisi tot dierum, quot annorum poenitentiæ iniungebantur, poenitentiæ vero non solebant iniungi nisi vnius, duorum, quinque, septem, decem, viginti annorum, aut ad summum per totam vitam, quę vltra centum annos porrigi non solet.

30 Alij dicunt adiunctas esse à Curialibus ad exagerationem *Suar. disp. 49. sect. 5. num. 11.*

Alij fatuas dicunt huiusmodi Indulgentias *Sorb. vers. Indulgentia §. secund. not. fol. 317.* quidquid sit non videtur negandum, posse aliquos reos fieri poenitentiae agendae secundum canones per spatium aliquot millium annorum, nam si peccatis singulis mortalibus debetur secundum canones poenitentia trium, vel septem annorum *gloss. c. vlt. 22. quæst. 1. c. hoc ipsum 33. quæst. 2. c. si quis sacerdos 30. quæst. 1.* quis enumeret annos poenitentiæ, qui secundum canones præscribi deberent ijs, qui consuetudinem habent blasphemandi ad singula prope momenta, frequentissima adulteria perpetrant, & denique vt legimus *in lib. Tob. c. 15. bibunt quasi aquam iniquitatem*, & hoc sine dubio respexerunt Summi Pontifices, si qui sunt, qui re vera huiusmodi Indulgentias tot millium annorum dederint, sed sicut in hac vita poenitentia multorum annorum potest vna hora persolui, si poenitentes temporis diuturnitatem, vehemen-
32 tia charitatis, & extensionem poenitentiae intentione compensent, sic etiam fieri potest, vt in Purgatorio diutius quidem crucientur, quam in hac vita, qui cum tam ingenti debito decesserint, tamen ibi quoque acerbitatis vehementia faciat, vt debitum viginti millibus annis 300. vel 400. expiari queat *ex Bellarm. loc. cit.*

33 An quando conceditur Indulgentia tot dierum, & annorum, intelligatur de diebus, & annis continuis, an interpolatis? Respond. *Rosilla vers. Indulgentia §. 21.* annos, & dies continuos *Nauarr. not. 32. §. 39. & 40.* aliquando continuos, aliquando interpolatos *Cord. vero quæst. 32.* dies continuos vel interpolatos, annos vero aliquando continuos, aliquando interpolatos, alij vero dies vtiles à continuis distinguunt, vide *Sylu. Indulgentia quæst. 8. Ang. eod. §. 3.* communis vero tenet, quod per Indulgentiam 40. dierum simpliciter concessam remittitur pona tot dierum, etiam si dies non sint continui, sed interpolati.

34 Per Indulgentiam vero vnius anni simpliciter non dicendo de iniũctis, intelliguntur dies 365. siue continui, siue interpolati, modo sint iniuncti, modo non, vnde si quis teneretur ieiunare ex poenitentia iniuncta à Sacerdote duobus annis interpolatis, vel alternatis diebus

bus per Indulgentiam vnius anni, ideſt 365. dierum ſuo debito ſatisfacit, & ſi *Nauarr.* contrarium dicat, ſentiens quod per Indulgentiam vnius anni non tollitur niſi poenitentia vno anno completa etiam ſi ſolis 50. diebus eſſet in ea poenitendum, ieiunandum, vel orandum ſingulis quartis ferijs, vide *Rod. canon. quaeſt. q. 98. art. 7. ſeq. Syl. Ind. n. 21. verſ. quartum.*

35 Indulgentiae quatragenae, licet in iure ſonent poenam *cap. accuſati de accuſat. c. accepiſti de ſponſ. duorum cap. in capite* 50. *diſtin.* nihilominus appoſitae in litteris Apoſtolicis ſonant Indulgentias, quae ſignificant remiſſionem poenitentiae, quae quatraginta continuatis diebus in ieiunijs, alijsq; laborioſis operibus agenda fuiſſet *Palu. in 4. diſt. 20. q. 4. art. 2. concl. 4.*

36 Clemens namque Primus ſtatuit, quod peccatores pro peccato mortali excluderentur ab Eccleſia, & poenitentiam agerent nudo capite aſperſo cinere, & Innocentius Primus pro vno peccato mortali per ſeptem annos poenitentiam peragere ſtatuit, & dicebatur ſeptenaria Innocentij, quae quid faciendum eſſet à peccatore in hebdomada determinabat, vnde per huiuſmodi nomina, intelligitur relaxatio tantae poenae, quanta redempta fuiſſet per poenitentiam tot dierum, ſeu annorum, & ſumpſit exordium à poenitentia quadrageſimali, quod eſt tempus quadraginta dierum poenitentiae, & qui recipit iſtam Indulgentiam tot quatragenarum, idem eſt ac ſi lucraretur tantam remiſſionem peccatorum, vt ſi actu ieiunaſſet per tot quadrageſimas cum ieiunijs, diſciplinis, & cilicijs, & iſtae quatragenae fuerunt conceſſae poenitentibus ad ſtrictiorem poenitentiam, quotieſcumque quis committebat aliquod graue peccatum, ſeu ſcandalum, Praelati imponebant publicam poenitentiam, ideſt vt per tot annos non accederent ad Eccleſiam, non communicarent cum Fidelibus, ſed arctam ageret poenitentiam ſingulis hebdomadis ieiunando ſaltem fer. 2. 4. 6. & ſabbatho, ſic perſeuerando per ſeptem annos,

37 & haec poenitentia quatragena quandoque acrior imponebatur, vt ſolo pane, & aqua contenti eſſe deberent, qui eam peragebant, ac ſe abſtinerent ab omni commercio humano, lecto, & ſomno, & per quadraginta dies includebantur in aliquo cubiculo, & tunc dici ſolebat carena, ſeu carantena à vocabulo Longobardorum quaſi carentia omnium ciborum, & hominum, praeter panem, & aquam acturi enim illam poenitentiam ſecludebantur à populis in certo loco, facientes aſpriſſimam, & ſtrictiſſimam poenitentiam *Hoſt. in ſumm. tit. de poenit. & remiſſ.* & iſti quadraginta dies includebantur in annis ſeptem *cap. Presbyter* 82. *diſtinct. Val. par. 3. in fin. cap. 9. q. de Indulg.*

38 Iſtae poenitentiae aliquando poterant redimi eleemoſynis, & orationibus *ex Bruchar. lib. 19. cap. 5.* de qua *num. 12. & 22.* de Maria

forore Lazari, & Sacerdotes poterant etiam abbreuiare dies *cap. de hac 33. quæst. 2.* de hac carena, vide *in cap. accusati de accusat.* vbi *gloss. cap. accepisti de spo. duorum cap. 2. de homicidio cap. in capite 50. dist. Rod. can. quæst. q. 85. art. 3.* & hodie reperiuntur nonnulli Canones, qui imponunt huiusmodi poenitentiam in pane, & aqua.

39 Quæ dicta sunt de quatragena Indulgentia procedunt etiam in septena, vide *Sot. in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. Enr. lib. 7. de sacram.*

40 Si Indulgentia condonat tertiam, vel quartam partem peccatorum, nihil aliud significat, nisi remitti poenitentiam, quæ pro tanta parte poenæ peccatis debitæ expianda necessaria fuisset *Bell. lib. 1. cap. 9. Thes. cælest. lib. 2. c. 14. Tol. lib. 6. cap. 23. & 24. Suar. disp. 50. sect. 5. num. 22.*

41 Remittit etiam poenitentias iniunctas cum eadem proportione si exprimatur, alias dubium est, nam probabile est non relaxari nisi aliunde constet.

42 Talem Indulgentiam tertiæ partis peccatorum legitur concessisse Leonem Decimum, ad instantiam cuiusdam Fratris Minorum, dicentibus quindecim Pater cum totidem Aue pro existenti in peccato mortali pro qualibet vice *Sorb. de Indulgentijs quoad sæculares fol. 311.* intelligitur enim condonata tertia pars poenitentiæ pro peccatis debitæ, siue fuerint centum, siue mille anni, reliquas duas partes pœnitens remanet obligatus explere per opera seruilia *Suar. disp. 49. sect. 5. num. 2.*

43 An autem isti anni intelligantur de pœnitentijs iniunctis tantum an alijs taxatis per canones *Summ. cor. Conf. de Indulg. nu. 28. vers. redeundo, & vers. sed nunquid ponitur.*

44 Notandum *ex Vigu. c. 16. §. 6. vers. 22.* quod licet Indulgentiæ concessio versetur circa tertiam partem pœnitentiæ, scilicet satisfactionem, cum tamen pertineat ad clauem iurisdictionis, quæ potest per non Sacerdotem exerceri, non requiritur quod quis confiteatur danti Indulgentiã, sed potest, habita sacramẽtali absolutione Indulgẽtię, absolutionẽ ab alio obtinere, nisi per Indulgẽtiã aliud dicatur.

45 Si Indulgentia concedatur Stationum Vrbis, non intelligitur plenaria, sed aliæ.

46 Solet etiam concedi Indulgentia de peccatis contritis, & cõfessis, super quo animaduertit *Suar. disp. 50. sect. 5. n. 2.* aliud esse concedere Indulgentiam hominibus de peccatis contritis, & confessis, aliud de peccatis, de quibus quis contritus, & confessus fuerit, primo .n. casu si quis fuerit legitime cõfessus, & fuerint oblita aliqua mortalia, adhuc
47 consequitur Indulgẽtiã *Caiet tract. 15. de indul. q. 20. Cord. q. 27. propo. 2.* vero casu lucratur remissionẽ tantũ peccatorũ, de quib. erit cõtritus, & cõfessus, nõ aũt oblitorũ, maxime si non fecerit cõfessionem ge-

generalē accusando se de omnibus peccatis oblitis, &c. vt fieri solet, quod si talē confessionem fecerit, tunc licet aliquorū peccatorū oblitus fuerit, nihilominus lucratur Indulgentias etiā de oblitis, ideo cōsulendum est pœnitentibus, vt in vltimo suæ confessionis, semper addant hanc particulam, videlicet, dico etiam meam culpam de omnibus alijs peccatis, quorum non recordor.

48 Alij dicunt, quod Indulgentia data de confessis, & contritis intelligitur, vt confessio sit facta semel in anno, & deinceps sufficit habere contritionem tempore, quo lucratur Indulgentiam cum proposito confitendi tempore debito *Sylu. Indulgentia nu.2.* vbi subdit, debere confiteri, quia plerumque credunt esse contritos, & sunt attriti tantum *Armill. Indul. §. 18. Panor. in c. omnis de pœnit. & remiss. Tol. lib. 6. c. 27. n. 2. & Graff. p. p. lib. 4. c. 15. n. 34.* dicit, quod Indulgētia cōcessa omnibus, qui sunt vere pœnitentes, & confessi, si die tertia Paschatis visitauerint talem Ecclesiam, si isti tales biduo ante confessi fuerint, illa confessio sufficit ad lucrandam Indulgentiam, nec requiritur noua confessio, dummodo non adsit peccatum mortale *Turrec. in c. mensuram §. ex Leuit. n. 81. de pœnit. dist. 1.*

49 Alij quod sub ista forma, qui contritus, & confessus fuerit lucretur Indulgentiam si peccata venialia tantum habeat *Bell. c. 11. & 13. §. triplex quæstio*, nec requiritur statim confiteri, nisi in concessione aliud diceretur, puta *ore confessis*, sed vide *Suar. loc. cit. n. 8. & seq.*

50 Alij tutius esse confiteri ob incertitudinem contritionis, vt supra dictum est.

51 Si Indulgentia dicat pœnitentibus, & confessis, non sufficit confessio facta semel in anno, si post confessionem ante Indulgentiam aliquod habeat peccatum mortale, quia tunc tenetur confiteri *Vigu. c. 16. §. 6. nu. 22. vers. notandum.*

52 Si Indulgentia non præcipiat confessionem, qui est in peccato lucratur eam habendo contritionem.

53 Si Indulgentia dicat de peccatis, de quibus fuerit corde contritus, & ore confessus, non remittitur peccatum si confessio, & contritio nō sequatur, etiam quod alia faciat requisita *Sorb. verb. Indulg. fol. 313.* Si dicatur verè pœnitentes, & confessi possint promereri talem remissionem peccatorum, intelligitur etiam de oblitis, & ignoratis, de quibus generalis contritio sufficit cum proposito confitendi.

54 Plena dicitur, quæ tollit pœnas iniunctas, & iniungendas, & qui eā consequitur, potest omittere pœnitentias iniūctas *Angles. p. 2. fol. 19. vers. nota Nauarr. not. 9. nu. 3. & Viguer. c. 16. §. 6. vers. 22.* plena, inquit, est remissio pœnarum mortalium tantum dimissarum, siue sit pœnitentia iniuncta, siue non iniuncta, & dum conceditur plena, non intelligitur plenaria, nec plenissima, quia concessio indulgentiarum

est

est strictè interpretanda *Suar. disp. 56. sect. 2. num. 5.*
55 Dicitur plena, eo quia ei nihil deest *cap. ieiunium 66.dist.c.re vera de consec.dist.2.cap.veniens de verb.signific.* plura *Aluar.in speculo Princ. c.28. num.9.* Hæc forma hodie recessit ab aula ex communi sententia.
56 Plenaria, quæ totum pœnæ reatum tollit, qui post culpam remissam forte remansit, conceditur à Romano Pontifice ex magna causa, puta ob imminens periculum Ecclesiæ, ob gratiarum actionem, & similia *Pient.lib.2.c.5.* & solet in concessione addi, *omnium peccatorum* quæ clausula ex cõmuni est declaratiua effectus Indulgẽtiæ plenariæ.
57 Solent etiam apponi verba, *in forma Ecclesiæ consueta*, quæ iniunctas pœnitentias tantum respiciunt *Tol.lib.6.c.24.Sorb.in compend. Priuil.vers. Indulgentia.*
58 Dices si plenaria Indulgentia est remissio totalis, cur aliquãdo additur verbum tot dierum, vel quatragenarum, respondetur ad hoc, vt si causa Indulgentiæ insufficiens fuerit ad plenariam Indulgentiã consequendam, saltem quis lucrari possit illos dies, vel quatragenas, vel quia talis est Curiæ stylus occasione opinionum, postea vsu quodam retentus *Rodor. quæst. Canon.q.85.art.3.Cord.q.11.in fin.Suar. vero disp.50.sect.4.nu.9.* huiusmodi formam, nec in decreto Iuris, nec in bulla Apostolica authentica, quæ ad eius manus peruenerit se non inuenisse fatetur.
59 Si dicas, quibus verbis plenaria Indulgentia concedi intelligatur? Respondetur cum eodem *Suar.loc.cit. nu.10.* intelligi concessam Indulgentiam plenariam si dicatur omnium peccatorum, vel peccatorum tantum, in his formis indiffinita æquiualet vniuersali.
60 Ista forma vtuntur tantum habentes plenam potestatem, non autem Episcopi.
61 Quando Confessarij concedunt talem Indulgentiam vtuntur hac forma, auctoritate Apostolica, mihi in hac parte commissa, concedo tibi plenariam Indulgentiam omnium peccatorum tuorum *Scrut.Sacerd. tract.de Indulg.§.2.p.fol.87.* de hac forma *Suar. disp.56.sect.1. num.5. & ego infra.*
62 Plenior, plenissima, & Iubileum re vera non differt à plenaria simpliciter, & absolutè, neque solida est distinctio quorumdam, quod plena referatur ad solam pœnam peccatis mortalibus debitam; plenior addat remissionem pœnæ debitam peccatis venialibus; plenissima adiungat absolutionem, non solum à pœna, sed etiam à culpa, saltem veniali, nec aliæ distinctiones, quæ assignari solent, de quibus *Palud.*
63 *in 4.dist.20.Nauar.not.9.Hadr.Maior.Ant.Turrecr.Gabr.Cord.& cæteri scribentes,* nam hodie secundum præsentem statum, & vsum, cũ nulla sit inter illa distinctio, quantum attinet ad rationem, & effectũ

Indul-

Indulgentiæ, ſed tantum nomine differunt, vel in cauſa concedendi maioris, vel minoris, & alijs circumſtantijs, vt *Suar. diſp.50. ſect. 4. nu.5.* vel poſita ad exagerationem, vel maiorem declarationem, & ad tollendum ſcrupulum vt *Sot. in 4. diſt.21.q.2.art.3. Ledeſ.q.27. art.2. dub.5. Vict. in 4. d.28. Io. Angoman. tract. de Ind. concl.1. Cord.q.11. verſ.5. opin. Rodor. quæſt. canon. q.85. art.3. Benz. lib.4. c.2. Ant.1.p. tit 10.c.3.§.6. Tol. lib.6. cap.24. Greg. de Valent. de Indulg. c.6. Suar. diſp.50. ſect.4.n.7. Gabriel. ſupplem. in 4. diſt.45.q.3.art.1. not.3. & 4. Med. de Indulg. Nauarr. not.9. nu.31. & not.26. Tur. in §. in Leuit.*
64 *q. 4. dict.* 1 & ſecundum aliquos dicta nomina idem ſignificant ad ſimilitudinem vaſis aqua pleni, quod non poteſt dici plus plenum, & minus plenum, contra quos in materia gratiæ adducuntur exempla de eo, quod legitur de Beato Stephano *Act. 6. Cum eſſet Stephanus plenus gratia, & fortitudine*, de Beatiſsima Virgine *Luc. 1. gratia plena*, & de gloria *Io.1. vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis*, qua gratia, & ſi omnes pleni
65 ſint, differenter tamen pleni ſunt, ſic in Indulgentijs poteſt conſiderari, quod maiorem pœnam tollat plenaria, & pleniſsima, quam plena, & vna remiſsio poteſt dici plena quadam conſideratione, quæ reſpectu alterius ſit deficiens, ſicut de eadē Beatiſ. Virgine dicitur, nam in aduentu Angeli dicitur plena, adueniente filio dicitur plenior, & in morte pleniſsima, vt *Suar. diſp.50. ſect.4.n.6.* vt paucis reſtringam
66 de hac differentia conſtare non poteſt, niſi adſit declaratio Papæ, aut alias per conſuetudinem, aut per ſtylum Curiæ aliter certitudo habeatur, ex quo nomina ſunt ad placitum, & diuerſi ſummi Pontifices diuerſis temporibus iidem Pontifices non eodem modo vſi ſunt, & vtuntur his vocabulis, vt patet de Bonif. VIII. qui in *Extrauag. Antiquorum* annuit differentiā inter tria prędicta nomina, Plenam enim retulit ad remiſſionem totius pœnitentiæ iniunctæ, pleniorem, ſeu largiorem ad remiſsionem totiùs pœnitentiæ, quæ ſecundum Cano-
67 nes iniungi deberet, pleniſſimam verò ad remiſſionem totius pœnitentiæ, quæ à diuino iudicio poſſet exigi; Innocentius Tertius Iubileum nominat plenariam, quandoque pleniſſimam, vt dictum eſt, & Alexander Tertius pleniſſimam ex *Cord. q.11. § ſed quæ differentia eſt, & q.32. Io. de Tur. in §. in Leuitico q.4. Nauar. not.9. & 31.*
68 Pleniſſima autem dicitur, vel reſpectu poteſtatis clauium, & totalis earum plenitudinis *gloſſ. in Extrauag. Antiq. pleniſſimam de pœnit. & remiſſ.* vel reſpectu ſubiecti, in quo plures, vel minores pœnæ reperiuntur; & ſic quia operatur in illa maxima quantitate, ſecundū quod homo indiget, vel quia per eam conceduntur omnia genera remiſſionis pœnarum, quæ in foro pœnitentiæ excogitari poſſunt, & ad quæ clauium poteſtas ſe extendit, nimirum pœnarum à Sacerdote in ab-

in absolutione mortalium, & venialium iniunctarum earum, quæ cõfessis peccatis iniungi debuissent, tam secundum diuinam iustitiam, quam secundum Ecclesiæ Canones in foro pœnitentiali, & remittuntur etiam venialia, quantum ad culpam, & pœnæ peccatorum, tam mortalium, quam venialium ex obliuione non confessorum, & quorũ contritionem habuerit, licet confessus nõ fuerit, & peccatorum, quorum quis alias confessionem fecerit *Viguer.c.16.§.6.vers.22.Nauar. not.9.n.3.& 4. D.Tho.in 4.dist. 20. quæst. 1. art. 5. quæstiuncula 2.* Hanc Indulgentiam *Pient.lib.2. cap.5.* annum Iubileum appellat.

69 Aduertendum, quod plenissima Indulgentia non dicitur, eo quod thesaurus exhauriatur, & euacuetur, est enim immensus, & infinitus, nec vmquam finem recepturus, semper abundantissimus, copiosissimus, sed dicitur respectu potestatis clauium, quarum plenitudinem excedit ad summum gradum, vnde versus.

Mille licet sumant, deperit inde nihil.

De triplici hoc Indulgentiarum genere plura. *Palud. in 4. dist.20. quæst.4. Nauarr.not.9. Anton.3.p.tit.10.c.3. & p. 1. Adrian. de Indulg.colum.12. Maior.in 4.dist.20. quæst.2. supplementum Gabriel.in 4.dist.45.quæst.3. Ioann.de anania Fel.tract.de Indulg. Syl. Indulg. quæst.10. Zerol.p.2. vers. Annus sanctus §.ad 4. Angles p. 2. de clauibus fol.19. Cord.quæst.11. Suarez. disp. 50. Graff. in appendice decis. lib.2.c.1.nu.29.*

70 A culpa, & pœna Indulgentia idem est ac plenaria, sed propriè loquendo, vt supra diximus, non liberat à culpa, quam solus Deus authoritatiuè remittit. *Ego solus deleo iniquitates tuas per memetipsum Isai. c. 41.* sed solum à pœna temporali, quia nomine culpæ per se, & absolutè, intelligitur peccatum mortale, quod non deletur, nisi per pœnitentiam, seu per contritionem *Anton. p.1. tit.10.cap.3.§.4. Nauarr.not.10.nu.16.et 17. Tab.§.3.4. Vig.cap.16.§.6.vers.22. Suar. disp.50.sec.1.* & hoc intellige tam de mortali, quam de veniali per se, & immediate loquendo.

71 Obijcies, quod in formis antiquis Indulgentiarum, sæpe comperimus eas remittere pœnam, & culpam, si ergo culpa non tollitur, quare apponitur? Respondetur, aliqui id negant, asserentes non reperiri in bullis huiusmodi formam; alij dicunt impropriam esse loquutionem, ac improprium loquendi modum, & adiunctam ad exaggerationem, vt significetur esse plenissimam, Alij Questuarijs hoc verbum tribuunt, alij quod remissio culpæ refertur ad pœnitentiam, quæ fit pro Indulgentia consequenda, remissio autem pœnæ ad ipsam Indulgentiam ex *D.Anton. & Tabien.§.3. cit.* dum enim quis lucratur Indulgentiam remittitur pœna, præsupposito quod prius sit absolutus à culpa, per Sacramentum pœnitentiæ, vel per contritionem præcedentem,

dentem, ad quam culpa refertur, cum propriè loquendo, Indulgentia non absoluat à culpa *Suar.disp.49.Sec.1.*

72 Hinc *D.Anton.loc.cit.* declarat, quod accedens quis ad Indulgentiam consequendam supponitur, quod deuotus, & contritus accedat, & sic ratione huius præparationis culpa remittitur, ratione vero Indulgentiæ pœna, ideo in Indulgentijs apponitur aliquod opus bonum exequendum ad hoc, vt si benè hæc meritorie fiat culpa remittatur, ideo apponitur nomen, *culpa*, non autem, quod ipsa Indulgentia ratione sui remittat culpam, vide *Tol.lib.6.c. 22. nu.1.*

Alij quod culpa ponitur excitatiue, quia ad eã lucrandã homo saltem conteritur, & aliquando confitetur iuxta *Psal. inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem D.Th.ad 3.p.q. 25.ar.1.ad 2.*

73 Alij sic esse stylum Curiæ dicunt.

74 Alij intelligi quoad remissionem venialium, contra quæ non solum dãtur sacramentalia ex *gloss.in procemio 6.in fi.* sed etiam huiusmodi Indulgentia; his opponit *Suar.disput.50.sect.1.nu.10.*

75 Alij & melius, hoc nomen culpæ, ponitur in magnis Iubileis, in quibus datur facultas eligendi Confessarium, qui absoluat à culpis etiam reseruatis, ideo remissio culpæ tribuitur ipsi Indulgentiæ, cum idem significet, quod facultas absoluendi à quacumque culpa, ex *Vig. loc.cit.summ.Cor.Conf.de Indulgentijs.§.quæritur*, & eadem ratione adiungitur concedi Indulgentiam confessis, & contritis *Suar.disp.50. sect.1. num. 5.* vide *gloss. in Extrauag. Antiquorum & in Extrauag. vnigenitus vers.confessius de pœnit.& remiss. Paul.de Eleaz. in Clem. 1.de priu. vbi Cardinalis q.33.*

76 Iubileus, seu in forma Iubilei dicitur Indulgentia culpæ, & pœnæ ex *Syl.Indulg.nu.24.* qui etiam est improprius loquendi modus, cum iste sit proprius effectus baptismi, seu absolutionis sacramentalis *Ant. loc.cit.§.4.* nihilominus iste effectus tripliciter verificari potest, nempe præsuppositiue, hoc est per præcedentem confessionem, vel cõtritionem, vt supra dictum est, secundo finaliter, idest, vt ea lucrata succedat mors, & homo amplius non peccet, tertio comitatiuè, quia datur facultas eligendi Confessarium, qui absoluat à culpa, vt supra, & hæc Indulgentia alias tres supradictas comprehendit.

77 Multiplex autem datur differentia inter Iubileum, & alias supradictas Indulgentias, vt *Cord.q.11.Suar.disp.50.sec.4.n.8. Benz.lib.4. c.2.Bell.lib.1.c.1.Tol.lib.6.c.24.nu.3.Rod.in summ.casum conf.c.184. Graff.lib.4 p.1.cap.15.nu.24. Zerol.p.2.§.2.vers. Annus sanctus §. ad septimum Nau. not.1.2.6. & 26.*

78 Primo Iubileus multa habet priuilegia, circumstantias, & conditiones, præcipuè circa potestatem casuum reseruatorum, & commutatio-

tationem votorum, quæ non sunt in alijs Indulgentijs; Hinc Indulgẽtia est remissio pœnitentiarum, Iubileum vero absolutio à reseruatis; vi enim Iubilei vota commutantur, à censuris, & peccatis reseruatis homines absoluuntur, &c. licet enim Iubileus, & plenaria Indulgentia, siue peccatorum omniũ remissio, idem prorsus significent, si pœnæ peccatorum, à quibus fit absolutio spectentur, vt idem prorsus sit absolui ab omnibus pœnis per plenariam Indulgentiam, ac per Iubilæũ permittere, distinguuntur tamen in facultate absoluendi à casibus Sedi Apostolicę reseruatis; solet enim Pontifex in plenariæ concessione quosdam sibi casus reseruatos absolui, quosdam retineri, in Iubileo autem nihil, exceptis votis religionis, & castitatis.

79 Secundo Indulgentiæ conceduntur ex causa particulari, & minori, sed Iubileus ex causa vniuersali, nempe vt rogetur Deus pro omnibus fidelibus, vel etiam particulari, ad correspondentiam nouæ legis ad veterem, pro subleuanda humana infirmitate, ad excitandos fidelium animos, ad opera pœnalia satisfactionis, vt Basilicæ Apostolorum eo amplius honorentur, ad conseruandam reuerentiam, obedientiam, dignitatem, & deuotionem Apostolicæ Sedis.

80 Tertio, Indulgentiæ dantur hoc, vel illo tempore, Iubileus vero statis, certis, & definitis annorum numeris, vt dictum est in *tract. de Iubileo*.

81 Quarto, Indulgentiæ durant per aliquot dies, Iubileus vero Anni sancti per annum integrum.

82 Quinto, Indulgentiæ vbique conceduntur, Iubileus vero tantum Romæ.

83 Sexto, Indulgentiæ solent habere pro operibus orationem, ieiuniũ, & eleemosynam, quæ ad virtutes temperantiæ, seu misericordiæ, & ad latriam spectant, annus vero Sanctus, tantum ad latriam, seu Religionem omnium virtutum potissimam, dum opus peregrinationis ad limina Apostolorum, quod magis est, quam ieiunium duorum annorum respiciat.

84 Septimo, Indulgentiæ plenariæ, vt aliqui tenent, non remittunt omnes pœnas præcipuè peccatorum oblitorum in confessione, secus Iubileus.

85 Octauo, Indulgentiæ conceduntur, quando Romano Pontifici placet, annus vero Sanctus singulo quoque vigesimoquinto anno, donec aliter per Romanum Pontificem statuatur.

86 Nono, In concessione Iubilei, seu Anni sancti cæteræ indulgentiæ suspenduntur, secus in concessione Indulgentiarum.

87 Decimo, In concessione Indulgentiarum, non videtur tantus Christianorum feruor, & concursus, secus in Iubileo.

88 Vndecimo, In Anno sancto multæ concurrunt cæremonię tam in prin-

principio, quam in medio, & fine, vt supra dictum est, in Indulgentijs, vero tales cæremoniæ non concurrunt.

89 Duodecimo, differt Iubileus ab Indulgentijs, sicut in antiqua lege differebat Annus septimus, in quo non erat plena remissio, ab Anno quinquagesimo, in quo erat plenissima.

90 Meritò *Suarez disp.50.sect.4.nu.8.* aduertit, quod nomine Iubilei non sunt publicandæ simplices Indulgentiæ, ne fortasse aliqui decipiantur, putantes prædicta priuilegia, & fauores concedi.

Et licet aliqui dicant Indulgentiam esse velut genus, Iubileum vero velut speciem *Nauarr.tamen not.8.n.3.* tenet poni exageratiuè, vt ponitur iurare, & anathematizare. *Marc.14.*

91 Conueniunt tamen Iubileus, & Indulgentia plenaria in hoc, quod vtraque scilicet Iubileus, & Indulgentia pœna condonatur, vtraque reducit hominem ad innocentiam baptismalem non positiuè, quia semel omissa *eod. nu.* & de nouo acquiri non potest, sed quantum ad similem effectum, nam si homo moriatur statim lucrata Indulgentia, seu Iubileo, statim ad cælum euolat *Sylu. Indulg. nu. 83.*

92 Si in forma Indulgentię exprimatur concedi remissionem pœnitentiæ iniunctæ, non intelligitur concedi remissio, nisi eius pœnitentiæ, quam Sacerdos in sacramentali Confessione iniunxit, si non fit mentio iniunctarum, sed absolutè conceduntur Indulgentiæ, intelligitur condonari omnes pœnitentias, siue iniunctas, siue iniungendas; & *Barth.ab Ang.lib.in tit.Consolatio.de Pœnit.lib.1.c.4.pag.13.* dicit quòd Pius V. interrogatus, an Indulgentiæ absolutè pronunciatæ restringerentur ad iniunctas, & nõ iniunctas? Respõd. affirmatiuè, vt patet ex consuetudine, vide *Benz. lib.4.c.2. Suar.disp 50.sect.3.nu.14. Syl.Indulg.nu.21.vers.4.Caiet.tom:1.opusc.tract.15.cap.7. Cord.q.7. prop.4.Bellar.lib.1.cap.7. Nauar.not.30. & 31.Sorb.fol.313.*

93 De pœnitentijs iniunctis loquitur *tex.in cap.cum ex eo de pœnit.& remiss.c.Romana Clem.si Dominum de Reliq.& venerat. Sanct.* intelligitur si Confessor deducit pœnitentiam septem annorum, si totidem adsit Indulgentia, potest illam pœnitens consequi in compensationem talis pœnitentiæ iniunctæ, & satisfaciet, licet consulendum sit, ne propter hoc omittantur pœnitentiæ iniunctę, quia aliquando sunt magis debitores, quam homines credunt, & pœnitentiæ, vt plurimum sunt præseruatiua à peccatis futuris, & remedium futurorum peccatorum, & sic non solum in satisfactionem *Syl. Indulgentia §. 6. nu.23.D.Tho.in 4.dist.20.ar.3.q.2.ad secundum, & quodlib.2.ar.16.*

94 & optimum consilium est, pœnitentias adimplere, quia homo consequitur augmentum gratiæ, per solam verò Indulgentiam pœnæ remissio fit, & plus valet vnus gradus gratiæ, quã magna pœnæ remissio *Tol.lib.6.c.23.prope finem, plura Angl.de Indulgentia p.2.fol.18.*

&

& opera pœnalia ſunt ſatisfactoria ſi pœnitentes ſint in gratia,& medentur peccatori extenuando vitia, Indulgentiæ vero tantum ſatisfactoriæ *Suar.diſp.50.ſect.2.nu.4.& 7.diſp.28.ſect.10.num.10.* & eſt
95 tutius,quia vix aliquis certus eſſe poteſt,quod lucratus ſit Indulgentiam *Sorb.comp.priuil.verſ.Indulgentia fol.313* & ideo bonum eſt,vt etiam ſi pœnitentia non eſſet imponēda pro dictis cauſis imponatur.

Et ſi tenor Indulgentiæ ſit de iniunctis, valet nihilominus ad remittendas pœnas peccatorum ſi pro illis nullę pœnitentię iniunctæ ſint *D.Thom.diſt.20.quæſt.1.art.3.quæſtiunc.1. Suar. diſp.50. ſect.5. aſſer.3.* vbi multipliciter probat præcipuè, quia talis adiectio non eſt reſtrictiua,ſed ampliatiua item *arg. cap. ex parte de priu. &c. Cord. num. 14. & ſeq.*

96 Declarat etiā *Suar.loc.cit. n.19.* quod licet Indulgentia cōcedatur de pœnitentijs iniūctis,ſi tamen clauis de facto errauit in pœnitētia iniungenda,aut non ſit ſeruata iuſtitiæ æquitas, tunc Indulgentia nō reſpondet pœnitentiæ ſic iniunctę,ſed quę iniungenda fuiſſet,ſecundū iuſtitię ęquitatem, v. g. pœnitens propter peccata merebatur vnius anni de pœnitentia,impoſita autem illi fuit ſeptemnis,non conſequitur Indulgentiam iuxta proportionem ad pœnitentiā de facto iniunctam,ſed ſecundum proportionem ad eam,quę iuxta prudentiam imponenda fuiſſet, quia propter imprudentiam Confeſſoris non debet Indulgentia augeri pręſertim, quia talis pœnitentia iniuncta, ſi de eius iniuſtitia conſtet, non obligat.

97 Atque eadem ratione ſi condigna pœnitentia nimium diminuta fuit,quando fuit iniuncta,puta,quia meretur mille annos, & Confeſſor impoſuit dies, licet de reliquis debeat ſatisfacere in Purgatorio, etiam quod moriatur contritus,& confeſſus,non propterea diminuetur Indulgentię effectus,vt ex vtraque parte ſeruetur ęqualitas,ſemperq. Indulgentię menſura ſit eadem, ſcilicet condigna pœnitentia ſecundum rectam rationem iniungenda.

98 Pręterea,quod effectus Indulgentiarum hodie non ſunt menſurandi iuxta quantitatem pęnitentię, quę nunc ſolet imponi regulariter, leuiſsima,quia non imponitur ſecundum rigorem,& ęquitatem iuſtitię,ſed ſecundum quamdam condeſcentionem ad hominum fragilitatem conſuetudine confirmatam, Indulgentię autem ſemper conceduntur ſecundum eamdem antiquam computationem dierum, vel annorum; hinc non probat opinio aſſerentium Indulgentiam tot dierum ſimpliciter conceſſam non adiecto de poenitentijs iniunctis plus remitti de poenis Purgatorij, quam ſi ea adiecta, quia ſi poena iniuncta non eſt iuſta, illa non eſt menſura, ſed quę futura eſſet iuſta, vt *ibidem num.19.*

99 Quando Epiſcopi, & Archiepiſcopi concedunt Indulgentias quadraginta

draginta dierum iuxta *c.cum ex eo de pœnit. & remiss.* & non additur (de pœnitentijs iniunctis) debet intelligi de pœnitentis, iniunctis, & iniungendis .

100 Præterea quoties emittitur talis Indulgētia de pœnitentijs iniūctis, seu plenaria, Confessor potest commutare alias pœnitentias iniūctas, & non adimpletas à pœnitente, nec valet dicere, quod par in parem non habet imperium , quia bene iste Confessor potest mutare pœnitentiam impositam ab alio Confessore ex iusta tamen , & rationabili causa potest hoc facere, licet etiam extra Indulgentias possit hoc fieri , pręcipue valet tempore Iubilei, & Indulgentiarum ita *Sot. 4.sent.dist.21.q.2.art.1.Syl.vers.confessio. 1.§.27.*

101 Addo quod Cōfessor pręsertim electus facultate Iubilei, & Indulgentiæ, potest ex causa iusta , & rationabili , considerata fragilitate pœnitentis, commutare pœnitentias iniunctas, non solum ab alio Cōfessore, sed etiam ab Episcopo, & Papa, non quod Confessor sit supra Papam, sed quod per illam absolutionem peccatum illud non est reseruatum , & illa poenitentia sit ordinaria, nisi summus Pontifex , & Episcopus declarassent eorum mentem, nempè, vt non commutaretur illa poenitentia, neque requiritur in his casibus repetere peccata dicta Papæ, vel Episcopo, & sic peccata prius confessa .

102 An seruanda sit aliqua forma in concedenda Indulgentia? Respon. si concedat Romanus Pontifex per se altero, ex tribus modis concedere solet, primo si dicat; qui tale opus fecerit consequatur Indulgentiam plenariam, &c. quo opere adimpleto Indulgentiam lucratur; in concessione enim Indulgentiæ non datur certa forma *Syl.et Tab.Indulgentia §.28.Nauar. not.* 30. Secundo si dicat nuntio , vel declaro prout fit in Iubileo; Tertio si dicat authoritate, qua fungimur concedimus Indulgentiam, &c. *Paul.lib.2.cap.5.*

103 Si concedat per alium, puta, quia summus Pontifex concedit , vt Confessor det Indulgentiam, & tunc si dat sanis , præmissa absolutione, ab excommunicatione , & peccatis secundum facultatem indulti dicendo *Misereatur mei , &c. Indulgentiam , & absolutionem , &c.*

104 *Auctoritate à summo Pontifice , mihi pro nunc commissa absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, & restituo te sanctissimis Sacramentis Ecclesiæ , & ab omnibus peccatis tuis , & concedo tibi plenariam Indulgentiam , seu plenissimam remissionem omnium peccatorum tuorum , de quibus es contritus , vel ore confessus in nomine Patris , &c.* vltima autem verba , videlicet , (*de quibus es contritus , vel ore confessus* ,) non debent dici nisi in indulto exprimatur .

105 Vel potest dicere *do tibi Indulgentiam , quæ continetur in tuo indulto , seu quam Papa concessit tibi posse dari* , reliquis omissis , & ad

hanc formam concedendam, non est necesse, quod dans sit Sacerdos nisi aliud in concessione exprimatur, vt etiam *inf.n.118.* similiter non
106 est necesse addere, *restituo te innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuisti,* & similia verba, licet si dicantur, non vitient, nec pariter opus est dicere, *de quibus oblitus es*, quia sicut Deus id non exigit propter impossibilitatem, ita nec eius Vicarius exigere debet, & si datur ista Indulgẽtia virtute alicuius priuilegij, dũ dicitur authoritate, &c. additur, *concedo tibi Indulgentiam, quam concedere possum virtute tui priuilegij in nomine Patris &c. Viguer. c.16.§.6. vers. 22. Felin. tract. de Indulgentijs nu.3. Graff. p.p. decis lib.4.c.15. vers.8. summ. Coron. Conf. de Indul. nu.26.§. & si aliquando fol.111. atergo Syl. Indul. 28. & 29. Rod. par.2.q.87.art.10. Cord.q.38. Tab Indulgentia §.29. Nauar. not.20. Suar. disp.56. sect.1. & seq. Nauar. c.26.n.29.*
107 Si verò talem Indulgentiam Confessor dat infirmis in articulo mortis constitutis, tunc dicto per infirmum *Confiteor* si potest, si vero non potest dicat alius eius nomine. Postea Confessor, cui fuerit generaliter, vel specialiter confessus dicat *Misereatur tui, &c. Indulgentiam, & absolutionem, &c.* deinde consequenter subiungat, & dicat sequentia.
108 *Authoritate Dei & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Sãctæ Romanæ Ecclesiæ tibi concessa, mihiq. in hac parte commissa: Ego te absoluo ab omni sententia excommunicationis maioris, vel minoris, si quam incurristi, & restituo te vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ, item eadem authoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & à transgressione Regulæ, & Statutorum. Item authoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & etiam Domini nostri Papæ, nostri summi Pontificis, mihi in hac parte commissa, in quantum claues Sanctæ Ecclesiæ se extendunt, si ista vice morieris absoluo te ab omnibus pœnis, tibi in Purgãtorio debitis, propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisisti, & quantum mihi permittitur. Si vero ista vice non morieris reseruo tibi plenariam concessam à Domino Papa pro vltimo articulo mortis tuæ, vt in ea cõmissione præfatæ Indulgentiæ Domini nostri Papæ continetur In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*
109 Si absolutio est danda fratribus in agone existentibus, authoritate priuilegiorum ordinis, ab omni casu etiam pertinente ad Papam tunc dicitur sic. *Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sanctissimæ Passionis te absoluat, & gratiam suam tibi infundat: & ego authoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, vel sententia suspensionis, &*
inter-

interdicti: & dispenso te cum omni irregularitate, si quam contraxisti, & restituo te vnioni, & participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ, eadem auctoritate absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Custodialium, localium, & Synodalium quorumcumque.

110 *Eadem authoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadem authoritate, ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, in quantum claues Ecclesiæ se extendunt. Item eadem authoritate, ego absoluo te à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Quòd si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.*

111 Aduertendum tamen, quod si non ponantur illa verba, *si hac vice*, &c. & talis indulgentia detur in articulo mortis, si non moritur consequitur Indulgentiam, sed non potest amplius in alio articulo vti tali priuilegio, nisi in Bulla specialiter exprimatur reseuatio pro alia vice, & tunc propriè addenda sunt prædicta verba, *si hac vice, &c.* vnde quoties quis infirmatur ad mortem, toties potest illa forma absolui, Indulgentiam tamen non lucrabitur nisi vltima vice, quando moritur.

112 Et si talis absolutio, non fiat per priuilegium, talibus non iuuat, quia Papa non concedit tali Indulgentiam directè, vt facit dum dicit, qui visitauerit talem Ecclesiam, vel qui in mortis articulo ter dixerit Iesus consequatur Indulgentiam plenariam, quia in similibus casibus sufficit facere, quod Papa mandat, sed in articulo mortis indirectè illam concedit, idest, dat facultatem Confessario, vt priuilegium dicit, quæ res cum à multis non aduertatur *Nauar. c.26 n.u.29.* ait, quod multi discedunt ab hac vita pleni Bullis, & vacui Indulgentijs.

113 Dices, quoties quis potest Indulgentiam concessam in articulo mortis lucrari; contingit enim pluries aliquem in dicto articulo versari? Respondetur, tractant hanc dubitationem *Anton. par. 1. tit. 10. cap. 3. §. 5. Sylu. Indulgentia §. 25. Arm. eod. §. 13. Nauar. not. 30. Vig. cap. 16. §. 6. Suar. disp. 52. sect. 2. num. 11. Cord. quæst. 39.* dico igitur, quod si exprimatur in forma verus articulus, non potest applicari nec acquiri, nisi in vero articulo mortis. Secundo, si conceditur

toties quoties fuerit in articulo mortis, poteſt acquiri in omni articulo præſumpto. Tertio, ſi denique concedatur abſolutè in articulo mortis, tunc aliqui dicunt, poſſe acquiri in quolibet articulo præſumpto, cum ſcilicet peruenit ad ſtatum, in quo naturaliter cenſetur mortuus, quia videtur hoc modo concedere, vel quia applicatur conditionaliter, vt dicit *Anton. & Felin.* quod confutatur, quia ſuſpenderetur effectus Indulgentiæ.

114 Alij melius dicunt, non poſſe niſi ſemel applicari in dicto caſu, quia ſi ſemel applicat, illam conſequitur, ſed non poterit aliàs, ſi conualeſcat, & velit ea vti in alio articulo, conſequi eandem vt *Nauarr.notab.30.num.5.* niſi per aliam conceſſionem illi concedatur, id poſſet. vide *Cord.q.39.*

115 An Indulgentiæ conceſſæ granis, & Medalijs, ſeu coronis, &c. in articulo mortis intelligantur de articulo mortis vero, vel præſumpto? Reſpondetur ex communi, de vtroque, ideſt, licet Indulgentiæ, ſint applicatæ, & non moriatur gaudet, etiam quod poſtea conualuerit, & poſt paucos dies moriatur, lucratus eſt enim illam Indulgentiam, niſi aliud exprimatur.

Dices, qui nam ſit articulus mortis præſumptus, & qui verus? Reſpondetur præſumptus, quo quis exiſtimatur, ſecundum commune iudicium, & exiſtimationem moriturus probabiliter.

116 Verus eſt extremus vitæ finis, in quo ſola extrema vnctio danda eſt, & mors poſtea ſequatur *Syl.Indulgentia num. 25. Graff. deciſ.par.1.lib.4. cap.15. num. 56.* vbi ſi in indulto dicatur, quod conſequatur effectum Indulgentiæ, caſu quo moriatur, tunc non conſequitur niſi morte ſequuta, ideo tunc Confeſſor debet adhibere illa verba ſupradicta, *ſi hac vice morieris*, &c. vide *Armill.Indulgentia num. 23.*

117 Ad cognoſcendum qui dicatur articulus mortis *Vig. cap.16. §.6. num.22. Coriolan tract. de caſibus reſeru. par. 1. ſect.2. ar.16. nu.2. & infra num.125. Anton.par.1. tom.10. cap.3. §. 3.* vbi ſi concedens in forma indulti aliter intentionem ſuam non exprimat, intelligitur articulus præſumptus, & ſi quis tunc abſoluitur conſequitur Indulgentiam vſque ad illud tempus, ſi euadat expirat Indulgentia, ſecus ſi dicitur in mortis articulo, & in caſu, quo moriatur, quia ſi non moritur non expirat per illam abſolutionem, quæ non habet effectum, quando non moritur, ſi dicatur in vero articulo mortis, non lucratur niſi moriatur, ſi dicit in articulo ſimpliciter, etiam quod non moriatur lucratur, quia intelligitur in præſumpto *Nauar. not. 3. & 31. Enr.lib.7.cap.11.§. 4.* hinc datur intelligi, an toties quoties poſſit lucrari. *Cord.d.q.39.*

An

118 An indulgentia concessa in articulo mortis possit concedi à laico Resp. *Rod.to.2.q.87.art.10.* vbi concludit pendere ex concessione, vide *D.Thom.in 4.dist.20. Panor.And.& cæteros in c. accedentibus de excess. Prælat.*

119 Lethargicus, Phreneticus, Amens, & similes post electionem Confessarij, an possint plenariè absolui ob huiusmodi indulgentiam Resp. *Rod.loc.cit.art.11.* vbi affirmat, si cum adhuc sanæ esset mentis declarauit se velle absolui.

120 Licet in articulo mortis alicui sit concessa indulgentia plenaria, non per hoc tamen est desistendum orare pro eo, nec debent omitti suffragia ex nonnullis rationibus traditis à *Sorb.in comp. priuilegiorum verb.Indulg.§.tertium notandum. vers.vlt.fol.320.*

121 Si quis habet plures Bullas, & Confessionalia, quibus conceditur indulgentia plenaria in articulo mortis, an prosint magis plures, quàm vna? Respondetur cum eodem à *Sorbo loc.cit.fol.319. in fin.* si clausulæ sunt æquales, quod omnes reseruauit Papa pro vero articulo mortis, non prosunt magis plures, quàm vna.

122 An omnes, qui habent cõcessionem Indulgentiæ in articulo mortis, tunc præmissa confessione, & contritione, si moriatur vadat directè ad Paradisum sine transitu per Purgatorium? Respondetur affirmatiuè, nisi aliqua ex quatuor causis impediatur, quo minus ad Paradisum euoluet. Primo, si Indulgentia, licet nominetur plenaria, restringatur tamen ad pœnitentias iniunctas. Secundo, si non est confessus aliquod peccatum ex obliuione, aut ignorantia, si in Indulgentia est apposita clausula, omnium peccatorum, de quibus fuerit corde contritus, & ore confessus, quam primam, & secundam causam non admittit *Florent. & Cardin. de Turrecremat.* Ter-

123 tio, si post concessionem Indulgentiæ commissum sit aliquod peccatum. Hanc tertiã omnes admittunt, ideo non debet dari Indulgentia plenaria infirmo, nisi quãdo vult exalare spiritum, & hoc vult significare ordinarium Romanum, dum dicit, quod tẽpore extremæ vnctionis absoluatur infirmus, & concedatur Indulgentia plenaria.

124 Quarto, si de peccato veniali nulla habeatur displicentia; ex his Doct. aliqui admittunt, aliqui negant, vide *Sorb.fol.218.* vbi etiam de Indulgen. concessis fratribus minoribus in articulo mortis facultate Eugenij Quarti.

125 Differt autem articulus, & periculum mortis in hoc, quod articulus dicitur, quando quis est iam in pũcto mortis, & de eius vita probabiliter non speratur, periculum vero, quando quis est in tali actu, quod est quidem timendum de morte, siue de vita speretur, siue non, vt qui est in bello, nauigatione, partu, peste, &c.

126 Modus applicandi medalias in articulo mortis est, vt Confessor

facta absolutione applicet indulgentiam ea forma, qua dictum est, scilicet, *authoritate mihi*, &c. *Nauarr. cap. 26. num. 38.* quod si factum non fuerit, vel Confessor dixerit infirmo, vt diceret Iesus, &c. non per hoc Indulgentia deperditur, quia forma prædicta, seù modus applicandi est ad bene esse, & ad meliorem vsum, & talis medalia, seu corona suffragatur, siue sit penes ægrotum, siue illi apposita sit à Confessore inscio ægroto, cum intentio illius non requiratur, sed tantum applicatio. Plura autem facere debet Confessor in articulo mortis, & primo quoad istam applicationem, aduertat eam non facere antequam probabiliter appareat, quod infirmus vult expirare, quando iam non videtur ei facultas peccandi saltē mortaliter, vt sic moriendo statim euolet ad cælum, vt *Cord. quæst. 39.* Debet autem medalia esse penes ægrotum in articulo mortis, si in priuilegio exprimatur.

127 Secundo, si mortuus sit infirmus, & non est confessus aliqua peccata, nec signa generaliter, vel particulariter ostenderit propter impotentiam loquelæ, aut priuationem vsus rationis, aut quia non adfuit Confessor antequam moreretur, illum à peccatis non absoluat, quia non est de foro Ecclesiæ, quod si dum ad illum infirmum laborantem in extremis vocatus fuerit Confessor, & reperit, quod nō potest verba proferre, nec signa contritionis dare, nec aliquod peccatū mortale, aut veniale percipi ab ore ipsius pœnitentis, nec signis, nec nutu, quod summopere procurare debet, licet in hoc variæ sint opiniones circa absolutionem dādam, nihilominus infrascripta seruare
128 poterit Confessor. Primo si cœperit infirmi peccata audire, sed nō potest prosequi, potest absoluere. Secūdo, si aliquo signo, vel nutu potest extorqueri aliquod peccatum, vel faciat aliquod signum contritionis, tondendo pectus, vel altringendo manus Confessarij, &c. etiā absoluat. Tertio, si nullum istorum facere potest, & caret sensi-
129 bus, constat tamen Confessori per dictum circumstantium asserentium infirmum petijsse Confessorem, & ostendisse signa contritionis, puta quod dixerit Iesus, miserere mei Deus, propitius esto mihi peccatori, & similia signa dederit, & tūc secundum aliquos potest absolui, concepta conditione, scilicet quantum possum, vel si materia est sufficiens, vt *Anton. 3. par. tit. 10. cap. 2. Sylu. verf. Confessor 3. quæst. 3. Ang. Confessor. 4. num. 8. Med. C. de confessione q. de peccat. oblit. Ruard. art. 3. contra Lutherum Cord lib. 5. de Indul. q. 49. c. 18. Suar. tom. 4. de pænit. disp. 23. sect. 1. num. 1. & seq.* qui *num. 15.* expresse asserit debere Confessorem saltem ex charitate dare huiusmodi absolutionem, aliàs exponeret proximum periculo æternæ damnationis, qui fortasse absolutus saluaretur, & hanc sententiam fatetur proba-
130 biliorem, practicè securam, & exercendam. Secundum vero opinionem aliorum veriorem, & tenendam, talis absolutio non est dāda

eo, quia non adest materia, Sacerdote præsente, *Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. Ledes. 2. par. quæst. 9. art. 5. dub. 2. Can. relect. par. 5. Nauarr. cap. 21. num. 36. cap. 26. num. 27. & in cap. quem pœnitet de pœnit. dist. 1. num. 4. & in cap. Fratres de pœniten. dist. 5. num. 85. 94. 95. Abulen. Matth. 16. quæst. 47.* cui sententiæ videtur fauere *Decretum Clementis Octaui latum sub die 20. Iunij 1602.* circa absolutionem non dandam absenti per litteras, seu Nuncium, quod lege infra dum agitur de absolutione à censuris & de eo *Frater Franciscus Coriol. de casibus reseruatis par. 1. sect. 2. art. 20.*

131 An autem absolutio cadere possit super peccata viuentium oblita, & ignorata, generaliter tantum confessa, aut etiam omnino super inculpabiliter omissa, nec generaliter confessa, triplex affertur opinio à *Cord. quæst. 39. vers. respondeo 1.*

132 Tertio, Salubre consilium est, vt infirmus antequam priuetur facultate loquendi, & vsu rationis hortetur ad lucrandas omnes indulgentias, quas potuerit, ad rogandum amicos, & consanguineos in testamento, vt pro eo lucrentur indulgentias pro defunctis statim ac expirauerint, & ad hoc relinquat aliqua sua bona si habet, quod plus ei valebit, quam si alius motu proprio hoc faceret cæteris paribus, tam quoad pręmium essentiale, quam quoad accicentale.

133 Quarto, tam ipse Confessor, quam circumstantes ad hoc, vt infirmus moriatur in stato salutis procurare debent, quæ *Gerson tract. de arte moriendi Alphab. 32. G.* nempe vt admoneatur infirmus se esse subditum morti, & diuinæ voluntati. Secundo, vt recognoscat Dei beneficia in tota eius vita recepta, quæ passim possunt in mentem reduci. Tertio, se offendisse Deum, & plura comisisse peccata. Quarto, quod post horam mortis nullum restat opportunum remedium pro pœnitentia agenda. Quinto, vt misericordiæ Dei se commendet. Sexto, quod confirmetur in fide, & eius articulis. Septimo, vt petat veniam à Deo peccatorum commissorum. Octauo, vt consideret, an habeat conscientiam de aliquo peccato mortali non confesso. Nono, parcat inimicis, si quos habet. Decimo, se in illo articulo mortis emendet. Vndecimo, petat paradisum in meritis Christi, vt liberetur ab inferno, recitans *Psalm. 30. In te Domine speraui.* Duodecimo, imploret auxilium Beatæ Virginis, Angeli Custodi, & Sanctorum, quibus est deuotus. Decimotertio, vt se præparet ad Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ vnctionis suscipienda, eaque ipse petat. Decimoquarto, legantur coram se aliqua deuota opera, ad quæ ipse magis inclinat. Decimoquinto, non detur ei nimia spes diuinæ misericordiæ, nec desperetur eius auxilij. Decimosexto, Filij consanguinei, & domestici ad memoriam non reducantur, nisi quantum requiritur ad eius salutem. Decimoseptimo, Diuinæ misericordiæ, Bea-

tissimæ Virginis auxilio, Angeli Custodis protectioni, ac Sanctorum aduocatorum suorum intercessione commendetur, & reliqua ei aduertantur, ac circumstantes curent, quæ *Frater Ioan. Paulus Ferrella de Neap. Relig. Sancti spiritus in Saxia in sua opella succursus morientium* nominata, docet, exequantur.

134 Quinto, In articulo mortis quilibet Sacerdos, etiam non approbatus potest absoluere à peccatis etiam reseruatis, facultate à Iure sibi concessa, vt *Concil. Trident. sess. 14. cap. vlt.* deficiente tamen copia Sacerdotis approbati, & quatenus adsint censuræ possunt absolui cum reincidentia, quatenus conualuerit, quod secus est in casibus reseruatis, qui possunt absolutè absolui, absque ista clausula cum reincidētia Laici vero in dicto articulo mortis; nō possunt absoluere *Tol. lib. 1. cap. 15. Pan cap. à nobis de sentent. excomm. Nauarr. cap. 26. Gra. cap. 1. de pœn. dist. 6. num 83. contrarium tenet oltrad. cons. 49. Mis. 3. par. quæst. 17. cap. 14. §. 7. Syluest. absolutio in fin.* sed falso vide *gloss. cap pastoralis de off. ord. propterea, &c Coriola. tract. de casibus reser. p. p. sect. 2. ar. 16. num. 11. & seq.* An autem in articulo mortis, Sacerdos absoluens debeat obligare pœnitentem, vt se præsentet *Coriol. loc. cit.*

134 Sexto, Si reperiat infirmum obnoxium rei alienæ si potest satisfacere, & sint certi creditores, curet, vt satisfiat, alias, vt relinquat in testamento hæredibus si sunt certi creditores, alias Pauperibus, nec supra se Confessor hoc onus restituendi assumat ob multa pericula.

135 Septimo, Curet perquirere, an habeat aliquas coronas, seu medalias cum benedictione, seù aliud priuilegium Indulgentiarum, & in tali casu faciat, quod supra dictum est, plura alia vide apud *Suar. disp. 56. sect. 1. num. 16. Rod. can. quæst. p. 2. q. 7. num. 2.* vbi inseritur tenor decreti Sanctiss. D. N. Clementis Papæ Octaui, quoad cōcessionem Indulgentiarum coronis, midalijs, & cæteris imaginibus tenoris vt sequitur.

136 *Declaratio, & Decretum S. D. N. Domini Clementis Papæ VIII. super Indulgentijs, quæ tam à sanctitate sua, quàm ab eius prædecessoribus, coronis, rosarijs, calculis, seu granis, Crucibus, & Imaginibus benedictis, hactenus concessæ sunt, & in posterum à sanctitate sua concedentur.*

Formula Indulgentiarum nouissimè à sanctitate sua præscripta buiusmodi coronis, rosarijs, paruis crucibus, & imaginibus ex auro, alioue metallo confectis, vulgo medalis appellatis in futurum benedicendi, in principibus, vel ad eorum instantiam tantum concedatur, atque hæc vna de cætero, & non alia seruetur, & retineatur. Hæc formula Indulgentiarum sola imprimatur, & ad omnium commodum etiam lingua vulgari.

Nomi-

Nomina vero Indulgentias impetrantium, etiamsi principes sint, non imprimantur. Coronæ, Rosaria, grana, seu calculi, cruces, & sacræ imagines cum Indulgentijs antea benedictæ, quæ quidem ad hũc vsque diem distributa sunt, siue illæ à sanctissimo Domino nostro, siue à superioribus Pontificibus sint concessæ, non transeant personam illorum, qui eas in præsenti obtinent. Quæ autem vsque in hodiernum diem effectum sortitæ non sunt, id est, nulli hactenus distributæ sunt, nemini vti benedictæ deinceps distribui possint, quod si de facto distribuantur, careant Indulgentijs iam concessis.

De cætero Indulgentiæ ne concedantur granis, seu calculis, neque etiam sacris imaginibus, aut crucibus, siue impressis, siue depictis, siue ex quouis metallo, aut gemma cælatis, & expressis, siue in Ecclesiis publicè collocandæ, siue priuatim habendæ sint ijs, de quibus in formula dicitur dumtaxat exceptis.

Neque similiter concedantur pro agnis cæreis, siue Agnis Dei benedictis, vel pro quibusuis sacris reliquijs retinendis.

Indulgentiæ concessæ visitantibus septem, seu nouem Ecclesias, seu alias Ecclesias intra, & extra Vrbem, vel quadragesimæ, & alijs anni temporibus adeuntibus pro stationibus consequendis coronis, & Rosarijs huiusmodi benedictis, amplius non concedantur.

Nec etiam Indulgentiæ concessæ visitãtibus Ecclesiam S. Iacobi in Compostella, & loca terræ Sanctæ, & Hierusalem, & B. Mariæ de Laureto, & alias similes Ecclesias, eisdem coronis, & Rosarijs, benedictis concedantur.

Neque item communicatio bonorum operum, quæ à regularium, & religiosorum ordinibus, vel congregationibus, seu monasterijs fiunt, coronas, & Rosaria benedicta huiusmodi recitantibus concedatur.

Neque etiam eisdem illas, vel illa recitantibus concedatur liberatio animarum in purgatorio existentium, nisi vt in memorata formula expressum est.

Si quando intuitu alicuius gentis, nationis, vel prouinciæ Indulgentiæ aliquæ dictas coronas, aut rosaria recitantibus conceduntur, illæ ad alias gentes, nationes, vel prouincias, ne extendantur.

Pro populis autem remotissimis noui orbis, & Indiarum ad Christianam fidem conuersis pauciores Indulgentiæ, prædicatoribus vero, qui pro Christi Euangelio in eisdem partibus, & Indijs disseminando laborant, amplissimæ conceduntur.

Corona, vel Rosario, aut grano, seu calculo vno, aut alia re vna benedicta deperdita alteram pro ea subrogandi facultas ne esto, neque detur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum quinto Idus Ianuarij, anno à Natiuitate Domini MDXCVII. Pontificatus vero Sanctitatis suæ Anno quinto.

Siluius Antonianus.

SVM-

SVMMARIVM.

Pontifex est legitimus dispensator Indulgentiarum. 1.
Prælati, & Ecclesiæ primates habent potestatem concedendi Indulgentias limitatè. 2.
Potestas clauium quando data fuit Petro à Christo. 3.
Potestas ligandi, & soluendi quando data fuit Apostolis à Christo. 4.
Potestas ligandi atque soluendi data à Christo Petro, & cæteris Apostolis, includit potestatem concedendi Indulgentias. 5.
Huiusmodi potestas quando Petro data fuit primo, & deinde cæteris Apostolis. 6.
Potestatem concedendi Indulgentias in Ecclesia negare est error in fide. 7.
Christus quare potestatem concedendi Indulgentias dedit Ecclesiæ. 8.
Potestas Summi Pontifiis est de iure diuino. 9.
Pontifex an dare possit vniuersalem Indulgentiam. 10.
Pontifex an dare possit sibi ipsi Indulgentias. 11.
Qui nam alij, præter Papam concedere possint Indulgentiam. 12.
Concilium generale an possit concedere Indulgentiam vniuersalem. 13. 14.
Cardinales non Episcopi an possint concedere Indulgentiam. 15.
Legati Papæ an possint concedere Iudulgentias. 16.
Summus Pœnitentiarius, an possit concedere Indulgentias. 17.
Episcopi quando, & qua forma concedunt Indulgentias. 19.
Episcopus Cardinalis concedit centum dies de Indulgentia. 20.
Episcopus non Cardinalis concedit 40. dies de Indulgentia. 20.
Episcopis quare limitata fuit forma concedendi Indulgentias. 21.
Potestas concedendi Indulgentias ab Episcopis in consecratione Ecclesiæ vberior est, quam potestas concedendi Indulgentias quatragenas. 22.
Quæ differentia est inter Indulgentiam quatragenam, & illam quæ conceditur in dedicatione Ecclesiæ. 23.
Plures Episcopi an possint in eadem Ecclesia iurisdictionem habentes, vel de licentia proprij Episcopi concedere eamdem Indulgẽtiam quatragenam ab alijs concessam. 24.
Plures Episcopi an possint concedere plures Indulgentias in dedicatione Ecclesiæ. 25.
Episcopus Indulgentias, quas in diuersis Ecclesiarum consecrationibus dedit, an possit trãsferre ad consecrationẽ vnius 26. & 27.
Episcopi, qui non habent subditos, non possunt Indulgentias concedere. 27.

Sub-

DE IIS QVI INDVLGENTIAS concedunt.

Cap. XI.

1 
ROPRIVS & legitimus Indulgentiarum dispensator, quique concedendi plenam, interminatam, & inlimitatam habet potestatẽ, est Romanus Pontifex, Petri successor, Christi Vicarius, & Domus Dei, & Ecclesiæ primus Rector, Pastor, & Gubernator, ordinariam, vniuersalem habens iurisdictionem, eiusq; legitimi successores *cap. quodcumque 24. quæst. 1.*

2 Secundario vero Patriarchæ, seu Primates, Archiepiscopi, Episcopi, cæteriq; maioris Ecclesiarum Prælati, qui assumpti in partem solicitudinis ordinariam particularem habentes iurisdictionem *cap. ad honorem de auth. & vsu. pall. c. decreta 2. quæst. 6.* non plena sed limitata potestate concedunt *cap. cum ex eo cap. nostro de pœnit. & remiss. cap. 1. & vlt. eod. lib. 6. c. accedentibus de eccessib. Prælat.*

3 Quæ potestas tam clauium, quã iurisdictionis, tã sacramẽtalis, quã nõ sacramentalis, tam ad ligandum, quã ad soluendum, tã quoad culpã, quam quoad pœnam, tunc data, & attributa Ecclesiæ Rectori censetur, quando Christus Petro dixit *Matth. 16. n. 19. Tibi dabo claues Regni Cælorum, quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, & in cælis, & quodcumque solueris super terram erit solutum, & in cælis* & deinde cæteris Apostolis *Matth. 18. num. 18. si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corrige eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbũ, quod si non audierit sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, & quodcumque solueritis super terra, erunt soluta, & in cælo.*

Et Io. 20. num. 21. iterum pax vobis sicut misit me Pater, ego mitto vos, hoc cum dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, & cap. 21. n. 17. Pasce oues meas.

5 Ex his sacræ Scripturæ locis elicitur, non solum concessa potestas super peccatoribus, & quoad peccata, ea videlicet retinendi, & dimittendi, pœnitentias iniungendi, & absoluendi, condemnandi, expel-

pellendi ab Ecclesia, & ad eam recipiendi, cæteraq; iurisdictionaliter exercendi (de quibus meum hic non est nunc pertractare, sed in libro de comitijs, & conclaui tit. de potestate Romani Pontificis, quem Deo duce, quam primum in lucem edere spero de his fusius dicam, tam quoad iurisdictionem spiritualem, quam temporalem,) sed etiam quod ad rem nostram facit Indulgentias concedendi, quid enim Indulgentias nos appellamus, nisi pœnarum, seu peccatorum ab Episcopis, & Sacerdotibus tamquam Iudicibus Ecclesiasticis impositarum, aut imponendarum relaxationes? prout *Med. disp. 5. cap. 18. & 24. fuse Benz. lib. 2. c. 11.*

6 Non sine mysterio, & ratione huiusmodi potestas data fuit Petro primo, & soli separatim, deinde reliquis Apostolis in communi, vt scilicet ea maior, & excellentior ostenderetur, vt de reliqua potestate ecclesiastica patet, omnibus enim Apostolis dictum est in communi, *Euntes docete omnes gentes &c. Matth. 28. & Io. 2.* sed soli Petro seorsum dictum est *pasce oues meas* ad denotandum quod potestas hæc vniuersis data sit, non autem vniuersalis, & sic Romano Pontifici non hic aut illic, sed in vniuerso terrarum orbe, alijs inferioribus vnicuique in sua Diœcesi, Quid enim denotat illud Petro dictum *erit ligatum, & in cælis* in numero plurari, & Apostolis *in cælo* in singulari, nisi primum ad omnes Ecclesias, & Fidelium hominum congregationes, viuos, & mortuos in purgatorio detentos, vt infra demonstrabimus, secundum vero ad vnam Ecclesiam significare?

7 De hac potestate non est hæsitandum, quia satis apostolica doctrina probatur, Sanctorum Patruum, monumenta demonstrant, Conciliorum Ecclesiasticorum traditiones docent, vsusq; Ecclesiæ confirmat, vt ample, & satis copiose *Med. disp. 4. a cap. 12. ad 24. Benz. lib. 2. à cap. 9. ad 16. Suar. disp. 49. sect. 1. & 2. Cord. quæst. 6. & 7. & reliqui omnes, & inf. hac ead. par.*

8 Ratio huius concessionis potestatis Indulgentiarum fuit, vt ostendatur immensa Dei bonitas, & misericordia infinita; secundo vt homines mouerentur ad opera pietatis, & ad venerandas Sanctorum Reliquias; tertio, vt qui de pœnis minimis formidarent, & valde dolerent, nō se desperarent de horribilibus purgatorij pœnis; quarto vt pauperibus subueniretur per eleemosynas; quinto vt probaretur nostra fides in credendo Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

9 Patet etiam ex supradictis potestatem Romani Pontificis esse de iure diuino, quia à Christo ortum habuit, nec aliunde habere potuit cum alium superiorem non habeat *Suar. disp. 55. sect. 1. n. 1.*

Dices verba illa (*tibi dabo*) denotant tempus futurum, ergo Petro non fuit data talis potestas? Respond. fuit quidem promissa, adim-

impleta tamen postea, & exequtioni demandata, dum dictum fuit *accipite Spiritum sanctum &c. Pasce oues meas. &c.*

Rursus dices illa verba (*quaecumque solueritis*) videntur loqui de potestate ligandi, & soluendi quoad censuras, non autem quoad sacramentalem potestatem, & sic non extenduntur ad Indulgentias? Respond. talia verba sunt vniuersalia, nec restringuntur ad censuras tantum *vt Suar. disp. 49. sect. 1. n. 5.*

Iterum dices verba Io. (*accipite Spiritum sanctum*) loquuntur de potestate remissionis sacramentalis, non autem extra sacramentalis, ergo non de potestate Indulgentiarum? Resp. nec talia verba ad hoc, vel illud restringuntur, sed cum vniuersalia sint, etiam ad Indulgentias extendi debent *Benz. lib. 2. c. 10. & 11.*

10 Quaeritur an Papa possit dare vniuersalem Indulgentiam? Resp. potest *D. Thom. add. ad 3. p. q. 26. art. 3. Canonist. in cap. quod autem, & cap. cum ex eo de poenit. & remiss.* tria enim requiruntur ad talem Indulgentiam dandam, videlicet vniuersalitas thesauri, quo stipendiantur milites Ecclesiae fideles Christiani; secundo vniuersalitas iurisdictionis in dispensatione; tertio vniuersalitas causae pro qua fit Indulgentia, quae tria solum in Romano Pontifice reperiuntur, ideo solus talem dat Indulgentiam, & est quando publicat Iubileum, & hac de causa clauiger Thesauri in Ecclesia nuncupatur *Triumph. de potestate Papae quaest. 29. art. 1. Anto. p. p. lib. 10. §. 6. Benz. lib. 2. cap. 3. vers. ex dictis*, ideo etiam dat plenissimas, & perpetuas *Tol. lib. 6. cap. 25. c. cum ex eo de poenit & remiss. Sarnen. de visit. lib. 1. cap. 1. num. 2.* quae nemo alius facere potest, nisi ex priuilegio apostolico particulari.

11 An Papa possit dare sibi ipsi Indulgentias, Respon. potest, & recipit vt Ecclesiae membrum, vt vero caput concedit, vide *D. Thom. 3. p. quaest. 27. art. 4. Sot. lib. 4. dist. 29. quaest. 1. artic. 4. Triumph. q. 29. art. 2. patet ad Heb. 5. quoniam ipse circumdatus est in infirmitate.*

12 Quaeritur qui nam sunt alij, qui Indulgentias concedere possunt, & quas? Respon. Concilium generale legitimè congregatum etiam plenissimas Indulgentias concedere potest eodem iure diuino, cum supremam teneat authoritatem à Deo concessam secundum *Paul. lib. 3. cap. 1. dub. 2. Panormi. clem. 2. de poenit. & remiss. Fel. de Ind. num. 44. Sot. dist. 21. quaest. 1. art. 4. concl. 1. Cord. quaest. 12. §. octaua propositio* qui specialiter id asserit sede vacante *Durand. quaest. 5. Palud. quaest. 4. art. 3. Nauarr. not. 31. num. 2. Enr. lib. 7. cap. 31. §. 3.* qui extendit ad concilium sine authoritate Papae tempore schismatis legitimè congregatum *Benz. lib. 2. cap. 30. vers. quod autem in fine.* Quomodo autem, id concedi possit, pendet ex

diffi-

difficultate, quam poteſtatem habeat Papa, & quam Concil. *de quo in d. lib. de comitÿs, & conclaui tit. de concilÿs vniuerſalibus agam*.

13 Ratio vero eorum hoc aſſerentium eſt, quia Concilium habet poteſtatem ferendi leges, item quia diſpenſatio theſauri, inſtar theſauri alicuius communitatis ad totã cõitatem pertinet, ſed Concilium repræſentat vniuerſalem Eccleſiã, vt Martinus V. *in Conc. Conſtant. in fin.* & demum, quia in Concilio cõcurrunt omnes Paſtores, & Iudices ſpirituales, quæ tanto magis procedere dicunt, quando Concilio generali præſens eſt Romanus Põtifex, vel eius Legati, & de eiuſdem conſenſu concilium Indulgentias concedit, & ſi noluerit ne concederentur bene prohibere poteſt, eius conſenſu non interueniente.

14 Verum *Suar. diſp. 55. ſec.* 1. negat Conc. Acephalum vel ſede vacante poſſe Indulgentias concedere, quod ſi aliquando factum reperitur, dicit ex commiſsione Romani Pontificis, *vt in Conc. Baſilienſe ſeſſ.* 24. in quo Legati tunc aderant, & nomine Pontificis conceſſæ fuerunt, & ſede vacante rariſſimè concilium generale legitur congregatum, niſi ſemel in Conc. Conſtan. & in eo nullæ leguntur Indulgentiæ conceſſæ.

Ad rationes allatas reſpondet negando, Conc. generale habere per ſe loquendo poteſtatem ferendi leges, niſi per Pontificem, vel cum Pontifice, & ſede vacante habet poteſtatem, quæ neceſſaria eſt ad regimen Eccleſiæ pro tempore, donec electio Pontificis fiat, ſed conceſsio Indulgentiarum non eſt neceſſaria tali tempore.

Ad illud de theſauro negat eſſe in dominio Eccleſiæ, *ſed Chriſti*, qui non communicauit totæ Eccleſiæ, ſed Vicario tantum.

Ad tertium concedit præſente Papa, ſecus abſente, ſequitur hanc opinionem *Tol. lib. 6. cap. 25. in add. verſ. Pontifex, Campeg. de Conc. cap. 29.* vbi concedit, quod ſede vacante poteſtas hæc dandi Indulgentias ſit pœnes Eccleſiam, quæ nec mori, nec vnquam deeſſe poteſt *cap. pudenda vbi gloſſ. 24. quæſt. 1. cap. ſi gratioſe de reſcript. lib. 6. cap. maiores de baptiſmo*, ſed eſſe ſolo habitu ſine exercitio, & executione, nam ſede vacante talis iuriſdictio dormitat, & per conſequens, non poteſt concilium tunc Indulgentias concedere Card. *Clem. ne Romani §. irritum verſ. quarto quæro de elect.* ſed per hæc non videtur ſoluere difficultatem, quoniam ſi poteſtatem habet, ergo, licet dormitet, eam ſi voluerit exercere poteſt.

15 Cardinales ſi non ſunt Epiſcopi de iure communi Indulgentias concedere non poſſunt, niſi ex priuilegio, vel communione generali, vel conſuetudine, quæ dat iuriſdictionem *Nauarr. not. 31. num. 17. Cord. quæſt. 16. verſ. quarta prœpoſ. Rod. can. quæſt. quæſt. 86. art. 1. Hieron. à Sorbo verſ. Ind. §. ſecundum not. fol. 315.* & tunc concedunt centum dierum *Panor. in cap. accedentibus de exceſſib. Prælato-*

latorum etiam quod non sint Sacerdotes *Panuin. de off. c. sede vacante p. p. princ. quaest. 4. n. 4. D. Thom. dist. 20. q. 3. artic. 3. Graff. decis. in append. lib. 2. cap. 2. num. 32.*

16 Legati Papæ possunt etiam concedere Indulgentias in terminis suæ legationis ex commissione speciali, vel generali *cap. fin. de offic. legati, vbi gloss. Anto. 3. par. tit. 10. Sylu. indulg. n. 14. Nauar. in cap. placuit num. 164. de pœnit. dist. 6. Scrutin. sacerd. de indulg. tract. 5. 2. p. fol. 82. à tergo Paul. lib. 3. cap. 1. dub. 2. in fin.* vbi disputat an possint concedere plenarias.

Ratio prædictorum est, quia est ordinarius in sua prouincia, *Speculator tit. de offic. leg. §. superest ex hoc*, sed debet conformare se, quoad quantitatem aliis Prælatis *Graff. cap. 3. num. 17. ex Calder. in cap. nostro de pœnit. & remiss.* & quod sit ordinarius *est text. in l. qui ordinariam C. de offic. Rect. prouinc. & Triumph. quæst. 29. artic. 8.* addit tales Indulgentias posse concedere etiam quod non sint Sacerdotes *Diu. Thom. 3. par. quæst. 26 artic. 2. Sot. lib. 4. distinct. 21. quæst. 1. artic. 4. Sylu. indulgen. num. 13. Speculator loc. tit. Calder. in cap. accedentibus de priuil. Abb. cap. cum olim de maioritat. & obedient.* ratio est quia iurisdictionis non ordinis, vide *Azo. par. 2. lib. 5. cap. 32. vers. septimo quæritur*, & ex consuetudine concedunt centum dierum *Gamb. de offic. leg. lib. 8. tit. qui possunt legati circa Indulgentias num. 8.* Sed finita legatione finiunt Indulgentiæ *Gamb. ibidem num. 20. gloss. vbi Innoc. & Zab. in cap. fin. de offic. Ordinarij*, & ita intelligitur quod possunt dare perpetuas *gloss. in cap. nostro de pœnit. & remiss. Inn. in cap. quoad translationem de offic. legat.* sic nec litteræ salui conductus pereunt finita legatione, seu mortuo cõcedente *Gemin. cap. fin. numer. 7. de rescript. lib. 6. Graff. cap. 3. num. 18.* Et si vltra numerum concedunt valent *gloss. cap. vlt. de pœnit. & remiss. Azor. d. cap. 32.*

17 Summus Pœnitentiarius dat indulgentias centum dierum, non quod adsit aliquod ius, sed ex viuo vocis oraculo, aut consuetudine Papa sciente, & tolerante *Nauarr. not. 31. num. 17. Azor. lib. 3. part. 2. cap. 55. vers. sexto quæritur Panormitan. in cap. accedentib. de excessib. Prælator. Palud. in 4. distinct. 20. quæst. 4. Graff. cap. 3. n. 6.*

18 Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi etiam concedunt indulgentias in suis Diœcesibus, & intra fines Episcopatuum, limitatè tamen, hoc est vt non excedant quadraginta dierum, & in anniuersario Ecclesiæ vnius anni *cap. 2. de constitut. cap. cum ex eo, cap. cum nostro de pœniten. & remiss. Paul. lib. 3. cap. 1. Sot. in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1. Cord. quæst.*

14. in foro autem conſcientiæ plures annos poſſe concedere voluit *Inn. d. cap. cum ex eo in fine*, quod directe facere debent, exponit *Gemin. in cap. indulg. de pœniten. & remiſſ. lib. 6. Sylu. indulgen. num. 11.* quod non placet *Cord. quæſt. 12. verſ. nota ſecundo prope finem.*

19 Forma autem, quę ſeruatur in Eccleſia Viterbien. dum Illuſtriſſimus D. Card. Mutus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus cum cappa in miſſis cantatis aſsiſtit, ponitur in formulario in verbo Indulgentia, quæ talis eſt. Epiſcopus ſtans capite cum bireto cooperto quando eſt Cardinalis, ſin minus cum caputio cappæ dicit.

℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc nunc &c.*

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cælum, & terram.*

℣. *Benedicat vos omnipotens Deus Pa ✝ ter, & Fi ✝ lius, & Spi ✝ ritus ſanctus.*

℟. *Amen.*

Quibus dictis, Diaconus, qui in miſſa cantata Sacerdoti miniſtrauit, à latere dextro altaris, legit infraſcripta verba Epiſcopo ſedente.

20 *Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. D. Tiberius Tit. S. Priſcæ S. R. E. Presb. Card. Mutus, & huius S. Eccleſiæ Viterbien. Epiſcopus, dat, & concedit omnibus hic præſentibus centum dies de vera Indulgentia in forma Eccleſia conſueta; Rogate Deum pro fælici ſtatu S. D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. Dominationis ſuæ Illuſtriſſ. ac S. Matris Eccleſiæ.*

Quando non eſt Cardinalis loco centum dicitur 40.

21 Ratio quare Epiſcopis fuit limitata poteſtas in concedendis indulgentijs, ea fuit, ne in tanta Epiſcoporum multitudine hac poteſtate abutentes ſuperfluas, & indiſcretas concederent indulgentias quod annuit *Alex. III. in cap. quod autem, & Inn. III. in Concil. generali Lateranen. in cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ. Bonifac. VIII. in Concil. Lugdunen. in cap. Indulg.* vt ſic contenti eſſe deberent eo quod eſt contentus Summus Pontifex, qui hac moderatione indulgentiarum vtitur in caſibus ordinarijs *Suar. diſp. 55. ſect. 3. num. 5. Med. diſput. 6. cap. 30. Triumph. quæſt. 29. artic. 6. Cord. quæſt. 12. §. nunc probatur*, vbi alias affert rationes, quæ mihi non ſatisfaciunt, cum id quod illi videtur reſoluere, dum inquit pro ratione quia vberior poteſtas concedendi Indulgentias reſidet in Papa, quam in Epiſcopo, & quod ideo Papa vberiores Indulgentias, quam Epiſcopus diſpenſat, hoc eſt in quæſt. & ſic prima ratio ſatisfacit.

22 Ad-

22 Aduertit tamen *Suarez. loc. citat. quod in d. cap.* quando datur facultas dãdi Indulgentias in dedicatione Ecclesiæ non additur particula illa (*de iniunctis pœnitentijs*) prout addi solet in Indulgentia quadraginta dierum, & sic videtur amplior prior facultas, existimat tamen dictam particulam cum tota illa concessione coniungi, veluti clausula suspensa vsque ad finem, deinde dicta particula non limitat pœnam remittendam, sed declarat quales dies, vel anni pœnæ remittantur, denique ponit aliqua discrimina inter dictas duas Indulgentias, nam Indulgentia vnius anni in vno actu extinguitur cum solum possit concedi in die dedicationis Ecclesiæ, Indulgentia vero quadraginta dierum durat perpetuo, donec reuocetur. In primo casu additur, quod neque ab vno solo, neque à pluribus Episcopis, etiam si contingat ad dedicationem concurrere possit maior Indulgentia concedi, in Indulgentia vero quadraginta dierum hoc non restringi, ideo posse in dedicatione Ecclesiæ plures Episcopos iurisdictionem habentes simul vel successiue quatragenas Indulgentias concedere, imo posse idem facere extraneos de licentia proprij *addit. Sot. quæst. 4. num.* 43. quæ an vera sint *Suar. loc. cit. num. 6.* & infra patebit.

24 Hinc si in aliqua Ecclesia sint concessi quadraginta dies Indulgentiæ à prædecessore, posse inquiunt alios quadraginta concedere, etiam quod similem habeat, & Archiepiscopum etiam eamdem concedere, etiam quod Episcopus loci aliam similem concesserit, intelligendo quando omnes habent iurisdictionem in loco, secus in alijs, & si valeant quoad subditos vniuscuiusque *Gemin. in cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6. Cord. quæst. 14. vers. tertia propositio. Ioann. Andr. vero, & post cum Franc. cap. fin. de pœniten. & remiss. lib. 6.* tenet quod si Episcopus dederit Indulgentiam quadraginta dierum ad vnum actum, non potest eius successor ad eumdem actum eiusdem temporis Indulgentias dare, itaut vtraque simul valeat, & si quatuor vel plures successiuè dabunt Indulgentiam, erit renouatio non adiectio, & valet ad memoriam, vt tollatur opinio credentium illam reuocari per mortem *per notata in c. fin. de offic. leg. Graff. cap. 3. num. 19.* & sic dum textus *in cap. fin.* dicit quod tantum valet Indulgentia concessa à pluribus, quantum ab vno intelligi debet etiam de eisdem vel proximis successiue *Ioann. Andr. ibid.* cum quo concordat *Cord. quæst. 14. vers. tertia propositio.*

25 *Host. in summa lib. 5. tit. de remiss. §. quid ergo* iudicat Episcopum, & Archiepiscopum posse etiam duplicatum annum concedere in dedicatione Ecclesiæ, ita vt subditi Episcopi suffraganei duos annos consequantur, quod *Suar.* dicit *loc. citat. num. 8.* repugna-

re textui, vide *Cord. quæst.* 14. *Host. Nauarr. not.* 31. *num.* 3. & *Graff. dict. cap.* 3. *num.* 20. dicit quod concessa Indulgentia per plures Episcopos in consecratione Basilicæ licet *gloss in cap. cum ex eo*, teneat, quod operetur aliquem effectum maiorem, quam si esset vnicus, contrarium tamen affirmant *DD. vt Host. in cap. cum ex eo Franc. cap. fin. Mar. Soccin. cap. nostro num.* 30. *Asten. lib.* 5. *de indulgen. artic.* 3. *quæst.* 2. *per cap. cum ex eo*, quod extendit etiam si in consecratione concurrat Episcopus, vel Archiepiscopus, nam si quilibet eorum daret annum, non erit ad biennium, sed ad annum tantum, contra *Hostiens. in cap. cum ex eo*, istaque intelligit quando Indulgentia propter vnicam causam conceditur, vt in consecratione, quæ cum sit vnica, vnica debet esse Indulgentia, secus si ex diuersis causis, puta si Episcopus in consecratione concedit annum, & Archiepiscopus quadraginta dies ob aliam causam *Zab. in d. cap. cum ex eo*. Quæ autem valebit prima concessa ab Episcopo, vel secunda ab Archiepiscopo dicetur *inf.*

26 Dices an Episcopus omnes Indulgentias, quas dat in consecrationibus Ecclesiarum possit transferre ad consecrationem vnius negat *Panor. c. quod autem DD. in cap. fin. de pœnit. & remiss. lib.* 6. *Triumph. quæst.* 29. *artic.* 6. quia Episcopi non sunt vocati in vniuersalem dispensationem thesauri, sed solum in particularem solicitudinem, & sicut eis est taxatum, ita possunt dispensare.

27 Illi qui non habent subditos non possunt Indulgentias concedere *Sylu. indulg. num.* 14. & Indulgentias Archiepiscopis concessas per Prouincias intelligit quoad non habentes ibi domicilium.

28 Et quod alienis subditis Indulgentiæ concedi non possint est *tex. in cap. animarum de constit. lib.* 6. de licentia tamen Curati possunt ex *Hostiens. Guglielm. & Specul. relatis à Sylu. ibid.* & tenet *Cord. quæst.* 13. *dub.* 1. *Nauarr. not.* 31. *num.* 13. *Suar. disp.* 46. *sect.* 6. *num.* 4. subdit tamen *Sylu.* tutius esse si habeatur licentia à proprio Episcopo, & *Nauarr. loc. cit.* eximit exemptos suorum Episcopatuum *Federic. cons.* 14. & mediate subiectos, vt subditi suffraganeorum, respectu Archiepiscopi *cap. pastoralis de offic. Ordinarij* is enim Archiepiscopus concedit *cap. nostro de pœniten. & remiss.* licet non habeat iurisdictionem in subditos suffraganei in foro contentioso, habet tamen in foro pœnitentiali *vt Augu. Barb. par.* 3. *all.* 88. *num.* 15. & ego infra, dum de requisitis in concedente agam.

29 Sed si proprij Episcopi consentiunt alieni subditi lucrantur *cap. omnis §.* 1. *de pœnit. & remiss. cap. at si clerici de iudic. cap. ad nostra*

stra de consuet. c. significasti de for. competent. l. 1. C. si non à comp. iudi.

30 In loco exempto Archiepiscopus non potest concedere Indulgentias, licet sit in prouincia *ex Zab. in clem. Archiepiscopo de priuileg. Abb. cap. 1. de auth. & vsu Pall. Quarant. verb. Archiepisc. author. num* 31.

31 Quando exteri reperiuntur in Episcopatu concedentis, omnes lucrari possunt Indulgentias, *c. fin. de for. cõp. Asten. lib. 5. tit. 4. n. 5.*

32 Ex causa Episcopus statuens in sua Diœcesi concedere, potest vt Indulgentiæ suæ prosint venientibus de Diœcesi aliena cum consensu proprij Episcopi *Cord. quæst. 14. 5. præp.* quia potest communicare bona, quibus malucrit *Sorb. Indulg. fol. 316. Nauarr. not. 31. num.* 13. vbi aliter sentit quoad Indulgentias à communicatione, ideo consulit, vt peregrinantes muniantur facultate Episcoporum suorum ad quærendas Indulgentias alienorum Episcoporum, alias Indulgentiæ concessæ ab Episcopo exteris ad suam Diœcesim veniẽtibus non prosunt, & tali concessione non facta, propter meritoria opera facta in alienis Diœcesibus, non reciperent Indulgentias. Quod intellige de Indulgentijs concessis ab Ordinarijs inferioribus à summo Pontifice, secus de Indulgentijs concessis à Papa, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, quoniam respectu Papæ non magis dicitur subditus vnus, quam alter *9. quæst. 3. c. per principalem c. cuncta per mundum.*

Quod etiam intellige procedere in Indulgentia à Summo Pontifice generaliter concessa, secus si Indulgentia respicit solum ad habitatores illius loci *Mar. Socc. in c. quod autem num. 7. de pœnit. & remiss. Graff. c. 3. num. 15.*

33 Non tamen potest Episcopus concedere, quod Indulgentiæ ab alijs Episcopis concessæ valeant in sua, quia tunc diceretur alienum soluere subditum, & indirectè plures concederet annos Indulgentiæ quam posset, *Cord. d. quæst.* 14. *vers. quinta præpo.* vbi assignatur ratio.

34 Indulgentiæ Episcoporum concessæ dantibus eleemosynam alicui non valent, nisi subsint Episcopo facienti, & habeatur in specie licentia participandi de alienis Indulgentijs à proprio Episcopo *ex Syl. Ind. num. 14.* aliter tamen sensit *Suar. disp. 55. sect. 3. nu. 27.* vbi potest Prælatus concedere subdito Indulgentiam si opus pium extra territorium faciat, dando v. g. eleemosynam Ecclesiæ alterius Diœcesis, vide *Cord. loc. cit. circa fin.*

35 Episcopus existens extra Episcopatum potest concedere hominibus eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quærendam argumento eorum, quæ notantur in *cap. nouit. de off. leg.* & etiam com-

morans Episcopus extra suam Diœcesim potest suos subditos absoluere in foro pœnitentiæ, quia fit iurisdictione voluntaria absque strepitu, & figura iuditij.

36 *Et Host. tit. de pœnit. & remiss.* tenet posse Episcopum concedere suis subditis Indulgentias in aliena Diœcesi, secus alijs nisi de licentia proprij *Aluar. in suo speculo Princip. cap. 28. num. 6. Barb. par. 3. alleg. 88. num. 25. & 26.* ratio assignatur à *Suar. disp. 55. sect. 3. num. 17.* quia talis Indulgentia capax versatur circa subiectum, iurisdictio est voluntaria, & potest extra territorium exerceri *l. 2. ff. de offic. Procons.* fit sine strepitu, & sententia per se ipsam affert exequtionem *Cord. quæst. 14. §. sed certe vers. prap. 5. circa medium.*

37 Vnde potest Episcopus concedere suo subdito Indulgentiã quadraginta dierum visitanti talem Ecclesiam, etiam quod ea sit in aliena Diœcesi *Cord. quæst. 14. vers. quarta præpos.* contra *Nauar. not. 31. num. 12. Cald. cap. nostro de pœnit. & remiss. specul. tit. de pœnit. §. 1.* vbi tenet non posse Episcopum concedere suis subditis Indulgentiam pro opere pio in aliena Diœcesi faciendo, etiam de consensu proprij Episcopi.

38 Quando plures Episcopi simul vnam consecrant Ecclesiam, quilibet potest indulgere annum Indulgentiæ secundum *gloss. in cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6. & in cap. cum ex eo vers. pluribus eod.* ratio eius est quia non additur in decretali, quod si secus factum fuerit decernatur inane, & non valere, & vbi clausula huiusmodi non apponitur in mandato, licet fiat contra mandatum, non tenet quod factum est *argum. cap. dilectus il secondo de præb.* & confirmat Cord. *quæst. 14.* vbi si Episcopus, & Archiepiscopus concurrunt in dando Indulgentiam, subditi Episcopi vtramque lucrantur, & sic octuaginta dierum, eo quia sunt subditi Episcopi, & Metropolitani. Contrarium tamen videtur verius ex ipso textu per ea verba (*siue ab vno siue à pluribus*) & videtur decisum *in cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6.*

39 Quid si Episcopi, & alij Prælati concedunt Indulgentias vltra taxatum numerum in *d. cap. cum ex eo de pœnit & remiss.* an talis concessio valeat Respon. duæ sunt opiniones, aliqui dicunt non valere *ex cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6.* ita Cord. *quæst. 14. vers. sexta præpositio* vbi duplex assignatur ratio *Suar. disput. 55. sect. 3. num. 11.* quia in tex. non solum ponitur prohibitio, sed etiam ablatio potestatis, & in hoc conueniunt Theologi.

Alij secus sentiunt ex supradicta regula, quod quando in mandato non apponitur clausula &c. quod reprobatur *à Cord. loc. cit. §. si contra*, quia sic Ecclesia determinauit, & sufficit, quod in ipso mandato

vel

vel alibi irritetur factum contra mandatum, quia licet non irritetur *in cap. cum ex eo* irritatur tamen *in cap. Indulgentiæ*, & *Romana de pœnit. & remiß. lib. 6.*

40 Possent Episcopi concedere minorem numerum, quia sub maiori summa comprehenditur minor non è contra *l. 1. §. si stipulanti de verb. oblig. vide Azo. lib. 3. par. 2. cap. 55. verf. septimo quæritur Barb. par. 3. all. 88. num. 22.*

41 An excedendo numerum taxatum Indulgentiæ corruant in toto, vel in excessu, vel valeant vsque ad facultatem concessam? Respond. aliqui tenent in nullo valere ex regula, qui priuilegio abutitur illud perdit *11. quæst. 3.* priuilegium patet & *c. Indulgentia, & cap. Romana citat. supplem. Gab. in 4. dist. 45. quæst. 3. art. 2. præposit. 8. Coroll. 3. Gemin. cap. vlt. de pœnit. & remiß. lib. 6. & cæteri allegati in add. ad Abb. in d. c. cum ex eo.* Ratio prædictorum asignatur *à Suar. disp. 55. sect. 3. n. 12.*

Alij *vt Gloss. in d. c. cum ex eo verf. pluribus, & gloss. in cap. fin. verf. non obtinent de pœnit. & remiß. lib. 6.* tenent valere vsque ad facultatem concessam inclusiuè, & in excessu vitiari idem tenet *Nauarr. not. 31. num. 16.*

Ratio quia textus nō ponit nisi excesſū, & numerus dierum est separabilis, vnde ex quo talis Indulgentia continet id quod est de se diuiduum & separabile, vtile per inutile non debet vitiari *gloss. in l. 2. C. de re iudicat. cap. vtile de reg. iur. lib. 6. l. 1. ff. de aq. quot. æsti. §. Trebatius, ita tenet Franc. d. c. fin. n. 4.*

Alia ratio est quia hæc est quædam liberalitas, & donatio, in quibus valet vsque ad legitimum modum *l. sancimus C. de donat. cap. si quis de seruo 12. q. 2. Archidiac. c. 9. q. 12. q. 5. c. vnico de despons at. impub. lib. 6. §. 1.* alias rationes ponit *Suar. d. sect. 3. nu. 13.* quas omitto.

Et ad opposita respondetur non esse verum, quod abutens priuilegio illud perdat, sed bene meretur perdere, quia principis erit æstimatio *d. c. priuilegium 11. q. 3. Azo. p. 3. lib. 3. c. 54. verf. sexto quæritur d. cap. Indulg. vbi gloss. Cord.* primam opinionem veriorem, secundam vero mitiorem, rationabiliorem, & probabiliorem existimat *d. q. 14. in fine,* & sentit *Suar. num. 14.* qui iuri conformiorem esse adiungit.

An autem irrita sit in excessu iuxta primam opinionem in vtroq; foro *lege Suar. d. disp. 55. sect. 3. num. 15.*

42 An Episcopus electus confirmatus, non tamen consecratus posſit Indulgentias concedere? Resp. negant aliqui cum sit iurisdictionis, & in *c. cum ex eo* fit mentio de Episcopis non de electis.

Alij vero affirmant, & est vera opinio *Archidiac. c. 1. de pœnit. &*

remiſſ. lib. 6. Syl. ind. num. 13. verſ. ad primum, vbi vna *cum Cord. q. 12. §. & forte*, vbi teſtatur de communi, ampliat etiam quod non ſit Sacerdos idem *Graff. c. 2. & 3. nu. 5. & 12*. quod non concedit *Hoſt. in c. accedentibus de exceſſ. Prælat. cum Sylu.* concordat *Zab.* tam quoad primam, quam quoad ſecundam opinionem *Zab. in clem. abuſionibus n. 14. de pœnit. & remiſſ. & in clem. p. de reliq. & vener. Sanct. n. 4. in clem. 1. §. quibus n. 10. de priuil. D. Thom. in 4. diſt. 20. q. 1. & 3. art. 4. quæſtiunc. 2. Suar. diſp. 55. ſect. 3. n. 18.* de communi teſtatur *Nauar. not. 21. n. 3.* ſufficit enim, vt non habeat iuriſdictionem impeditam *Barboſ. p. 3. alleg. 88. num. 7. Triumph. q. 29. art. 9.* quia pertinent ad iuriſdictionis poteſtatem, nec per Indulgentias confertur Sacramentum, ſed ex Eccleſiæ theſauro, qui Chriſti, & Sanctorum meritis conſtat bona impertiuntur nobis quibus pœnæ peccatorum remittuntur *Azo. p. 2. lib. 3. c. 29. & c. 55. verſ. 1. c. Lancell. in inſt. can. §. vlt. de confirmat. elect. vbi gloſſ. verb. tractatio Abb. & Calder. in d. c. accedentib.*

33 Quæ intellige quoad ſubditos, & viuos; Defunctis enim non poteſt concedere Indulgentias, ſed ſolus Papa, vt infra dicetur, vide *Barb. alleg. 38. n. 24. Suar. diſp. 55. ſect. 2. & 3. n. 9.* nec Indulgentia extenditur ad defunctos, niſi Papa exprimat, licet aliud ſentiant *Gab. in 4. diſt. 45. q. 3. art. 2. prop. 3. Palud. q. 4. art. 3.* putantes poſſe Epiſcopos concedere defunctis Indulgentias, limitatas tamen, ſeu determinatas, quod non eſt admittendum, cum ſit ſolius Papæ, & non ſit ſola poteſtas clauis, ſed etiam quæ fundatur in primatu Pontificis hinc *Med. diſp. 7. c. 37.* cum Indulgentiæ in defunctos diſpenſentur duplici ratione per modum authoritatis, & per modum ſuffragij, primo modo is ſolũ authoritatẽ obtinebit, cuius eſt in eccleſiaſtica republica ſumma poteſtas, & cui animarum piorum præfectura cõmittitur in Eccleſia militanti, ſecundo modo multo magis ad Pontificem ſolum, & non ad alium Epiſcopũ dicta poteſtas referenda erit, cũ poteſtas diſpenſandi Eccleſiaſtici theſauri ad eum ſolũ, qui toti Chriſtianæ ſocietati præſidet, quique ſummam habet in Eccleſia authoritatem, non item ad reliquos Paſtores pertineat.

Confirmatur item ex communi praxi, Epiſcopi namq; non ſolent concedere defunctis Indulgentiã, niſi ex ſpeciali indulto Papæ *Barb. par. 3. alleg. 88. num. 24.*

44 Ex dictis patet differentia inter Indulgentias datas à Summo Pontifice, & alijs inferioribus, Papa enim, & Cõcilium generale plenarias & vniuerſales perpetuas in toto orbe, & quorumcumq; annorum, vt ſup. dictũ eſt dare põt reliqui earũ, quarũ taxatã, & limitatã authoritatẽ habẽt, Hinc quando Sũmus Pontif. cõcedit Indulgentias alicui coronæ quoties quis illã dixerit, toties lucrabitur Indulgẽtias quod

non

non ſic poſſunt facere reliqui Prælati, nam nō poſſunt niſi pro vna vice tantumconcedere Indulgentias, & *Felin.tract. de Indulg.* parem facit Legatum, & Epiſcopum in materia conceſſionis Indulgentiarum tamen hodie pendet ex facultate Romani Pontificis.

45 Quæritur quo iure Epiſcopi, & cæteri inferiores à Papa concedant Indulgentiam, an iure diuino, an humano, & ordinario? Reſp. de hac quæſtione *Med.diſp.5.& 22.& c.6.c.28.& 30.Cord. quæſt.12. Azor. lib.3.par.2.c.54.Suar.diſp.55.ſect.2.& 3.nu.4.Benz.lib.2. cap.30.& Bell.lib.1.cap 8.Barb.p.3.alleg.88.nu.8.Barthol.Sibilla ſpeculum peregr.quæſt.Deca.p. cap.3. q.3.& .4.princ.Triumph.q.29.ar.5.Duran. in 4.diſt.20.quæſt.5.Nauar.not.31.D.Thom.in 4.diſt.20.q.4.Palud. q.4.art.2.concluſ.3.Riccard.diſt.20.art.20.q.3. Bellar.lib.1. cap.11.* Et alij iure diuino alij iure cōi, canonico, ordinario Alij ex cōmiſſione Papæ cōtemnunt, argumenta in vtramque partē afferentes, nec deſunt, qui dicant Epiſcopos habere poteſtatem ordinariam à iure diuino, minores tamen, & inferiores à Papa; ego tamen communiorem ſequendo ſententiam, iure humano, ex commiſſione Papæ habere dico, nam iure communi Canonico, limitatam in eo vidimus poteſtatem, ex iuribus cit. licet dignitas Epiſcopalis, quoad poteſtatem ordinis ſit de iure diuino, & ex Chriſti inſtitutione, & quoad paſtorale munus, quod iuriſdictionem requirit ſit ex Chriſti mandato in communi loquendo, in particulari tamen, quoad talem, & tantam poteſtatem, vt in caſu noſtro, eſt ex ordinatione Eccleſiæ.

46 Confirmatur, quia quis non poteſt dimittere pœnas taxatas, in iure niſi ſit conditor iuris, ſed ſolus Papa eſt conditor iuris, ergo Epiſcopi non niſi particulariter, & per authoritatem deriuatam dare poſſunt Indulgentias, in ijs enim non eſt poteſtas iuriſdictionis immediata, ſed ſolum deriuata, ab ipſo Papa concluditur, Epiſcopos habere ordinariam iuriſdictionem conferendi Indulgentias authoritate demandata à Papa, non quidem per particularem diſpoſitionem, ſed per iuris taxationem, & dicuntur ordinariæ iuriſdictione, non particulari diſpoſitione ex *Cord.q.12.*

Ad argumenta, quæ in contrarium adduci poſſunt, quod ſcilicet Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, & quod Petro, & Apoſtolis fuerit data poteſtas ligandi, & ſoluendi, & eius ſucceſſoribus, & ſic Epiſcopis? Reſpondetur vniuerſalem fuiſſe poteſtatem, ſed non in vniuerſis datam, & Apoſtoli dabant auctoritate Chriſti Indulgentias, Epiſcopi vero auctoritate Papæ, vel poteſtas clauium erat remota, & non reducta ad actum, ſeu potentiam propinquam, niſi per conceſſionem, aut commiſſionem ſaltem generalem Papæ, quoad particularia, vel erant Apoſtoli, & Epiſcopi, Apoſtolatus erat legatio in vniuerſum orbem, Epiſcopatus ad certum terrarum tractum, ſeu Diœceſim ſe exten-

extendebat, & sic Episcopi successerunt Apostolis, non qua ratione Apostoli erant, sed quatenus certis terrarum tractibus, quibus peculiari cura erant præfecti, Apostolica autem dignitas in Petro, & successoribus restricta fuit, vnde verba *quæcumque alligaueritis* non ita accipienda sunt in vniuersalitatem, vt non restringantur ad particulares prouincias. *Med. disp. 5. cap. 22. vers. erant autem Triumph. quæst. 29. art. 1.*

Ad Illud, Episcopi sunt sponsi Ecclesiæ, quia generant filios Christo sponso, sed defuncto sponso succedunt in bonis eius, ergo possunt thesaurum propria auctoritate dispensare, respondetur esse Episcopos Ecclesiæ Particulares, quia cooperantur vniuersali Sponso Ecclesiæ, idest Papæ.

Et ad aliud habent iurisdictionem ordinariam ergo, &c. Respondetur habere ordinariam iuris taxatione, non autem particulari concessione.

47 Dices, an ex eodem thesauro Papa, & Episcopus concedant Indulgentias? Respondetur in particulari Ecclesia est thesaurus totius Ecclesiæ communis omnibus Ecclesijs quantum ad singulare Ecclesiarũ regimen est necessarius, vnde Episcopi non habent thesauros particulares, sed de thesauro vniuersali Ecclesiæ dispensant Ecclesiæ suæ.

Nec obstat si dicatur Ecclesia est vna, & vnicum habet thesaurum, ergo vnicum debet habere dispensatorem, quia Respondetur, quatenus Ecclesia est vnum vniuersale corpus, vnum habet sponsum in terris Vicarium eius, quem habet in cælis, quatenus vero Ecclesia vniuersalis ex multis particularibus coalescit, quarum singulæ secundũ particulares rationes spectatæ sunt quædam corpora mystica, & sic vnaquæque earum habere potest suum proprium Sponsum, omnes vero vnum habent communem thesaurnm, qui est Christus, & vnum habent principalem dispensatorem, qui clauem eius ex parte communicat particularibus Episcopis, quantum eorum muneri expedit *Suar. disp. 55 sect. 3. nu. 4. Cord. q. 12.*

48 An potestas concedendi Indulgentias possit alteri delegari? Resp. potest inferiori ab Episcopo, dummodo sit Ecclesiastica persona, etiã primæ tonsuræ *Cord. quæst.* 12. *§. decima propositio Abbas in cap. accedentibus de excess. Prælat. in c. cum olim num. 2. de maior. & obed. in c. cum dilectus de offic. ordin.* ratio est, quia quæ spectant ad iurisdictionem sunt de iure Canonico delegabilia *gloss. in c. peruenit 95. dist. c. quoad sedem, de offi. ord. c. transmissa de electione D. Tho. in quartum dist. 20. art. 4. quæstiuncula 1. & Quolib. 3. art. 16. ad 2. Armill. Indulgen. num. 4. Nauar. not. 31. Benz. lib. 2. cap. 30. vers. 3.* quoniam vbi retellitur *Hostiens. d. c. accedentibus*, asserens requiri, vt concedens sit sacerdos *Suar. disp. 55. sect. 3. nu. 3. sect. 6. nu. 2.* laico tamen non

potest

poteſt delegari *Suar.diſp.55.ſect.6. nu.3.* vbi refellitur *Fel. tract. de Indulg.nu.9.* quod aſſerat in articulo mortis, per clauſulam generalem, quæ alicui conceditur, vt poſſit obtinere Indulgentiam, eam conſequi poſſit à laico, deficiente Sacerdote, cum falſum aſſerat etiam à Clerico non Sacerdote *Suar. nu.4.& 5.*

Tenent aliqui eſſe delegandum alteri in dignitate conſtituto.

49 Limitatur, vt laico poſſit delegari de ſpeciali commiſsione Pontificis abſoluta poteſtate, non iure ordinario *Suar.diſp.55.ſect.6.* Inferioribus autem clericis, dummodo per Papam aliquo modo non prohibeatur *Cord.quæſt.12.verſ.10.prapoſ.* vide *D.Tho.q.26.art.1.Tolet. lib.6.c.25. verſ. viro.*

50 An autem concedere Indulgentias ſit iuriſdictionis, vel ordinis, vel dignitatis, diuerſa eſt opinio Doctorum, aliqui enim eſſe ordinis aſſerunt *Ant.de Butr.c.19.nu.21.Dur. diſt.20. q.3.& 5.* qui addit non eſſe iuriſdictionis, ſed potius cuiuſdã alterius curæ, ſeù prouidentia paſtoralis, ſicut eſt in Prælato diſpẽſare bona Religionis, & de eis eleemoſynas facere, vel curare infirmos, & ideo in diſpenſatione ſolent Pontifices addere, *miſericorditer largiri*; quia ſi eſſet iuriſdictionis poſſet exerceri etiam in inuitum, nec poſſet frui, qui illam concedit, nec poſſet concedi defunctis, in quos iuriſdictionem Papa non habet.

Hoſtien. etiam tenet eſſe ordinis in *d. c. accedentibus Lop.Clem.2, de pœnit.& remiſſ.* contra quos eſt communis opinio Theologorum *D.Tho in 4.diſt.2.q.1.art.4.quæſtiuncula, 2.* & reliqui citati *à Suar. diſp.49.ſect.3. num.3.* quia iſte actus requirit habere ſubditos, & ob alias rationes ibidem allatas, vide etiam *Azo.p 2.lib.3.cap.55.verſ. ſecundo quæritur.*

Aliqui dicunt eſſe dignitatis *Archidiac. cap. 1. de pœniten. & remiſſ.lib.6.Butr.c.19.Gaſp.Cald.in repetit.cap.noſtro de pœnit, & remiſſ.Paul.Clem.1.de Hæreticis, vbi Ancar.Sot.diſt.21. quæſt.1. art.4. verſ.hinc fit ledeſ.diſt 28.art.3.verſ.ſed heſitabis & reliqui citati ab Azor.lib.3. par.2. cap.27. & 54. & cap.23. verſ.9.quæritur Rodor. can quæſt 86.art. 1. per cap.accedentibus, de exceſſibus Prælat Graff. par. 2. cap. 2. num. 10. 14 & 21. ex cap. auditis de præſcript.* vbi apparet, quod Abbas præſcripſit cognitionem cauſarum Matrimonialium. *& c.Cord.q 12.verſ 5.propoſitio circa finem.*

Alij vero, & eſt communis, & probabilis tenent eſſe iuriſdictionis, non cogentis, nec ligantis, ſed miſerantis, ſeu benefacientis, ſeu ſoluentis, item volantariè non contentioſè, vide *Suar.diſp.49.ſect.3.ar. 1.& 7.Azor par. 2. lib. 3. cap. 54. & lib. 31. Zab. de reliq. & venerat.Sanct.nu.4.Rod.quæſt.85 Specul.peregr.quæſt.cap.3 par. p dec. quæſt.12. in fin. Benz. lib.3. cap. 30. verſ. verùm hæc opinio Barb. par. 3. alleg.88.num.10.fol.564.D.Thom.in 4.diſt.20 quæſt.3. art.3.*

Gamb.

Gamb.de offic.leg.rub.8.tit.quid possit legatus n.1.Vgol. de potestate Episcopi c.41.Med.dist.6.cap.29.Graff.lib.2.cap.2. nu.12.Cord. q.12. §.7.præpos.vers.idem secundo colligitur ex cap. quod autem de pœnit. & remiss.

51 Vicarius Episcopi non potest concedere Indulgentiam nisi habeat speciale mandatum, sub generali enim non veniunt Indulgentiæ *c.generali de offic.Vicarij lib.6.Graff.c.2.nu.22.Rebuff.in prax.in forma Vic. nu.172. Nauarr.not.31.nu.6.Abb.in c.accedentibus Zer. par.1. verb. Indulg.§.ad secundum Armill.Indulg.nu.3.Benz.lib.2.cap.30. vers.conueniunt in fine Turrecrem.cap.quis aliquando §. Item de pœniten.dist.1.Azo.par.2.lib.3.cap.43.quæst.13. & c.55. & 54. vers.5. quæritur* Cord.*q.12. §.9. præpos.ex dicto c.accedentibus Clem.si principali de rescriptis*,& quando ei committitur specialiter, non est necesse, quod sit Sacerdos *Old.cons.73.nu.8.Panu.de off. & potest. cap. sede vacante par.1. principali q. 4. nu.4.*

52 Quid dicendum de Capitulo sede vacante, potest ne concedere Indulgentias? Respondetur pro parte affirmatiua, videtur suadere ratio, quia est iurisdictionis, ad quam succedit, tam in spiritualibus, quam in temporalibus *cap.si Ecclesiæ cap.si Episcopus de suppl.negli. Prælat.lib.6.Nauar.not.31.nu.7.Sylu.verb capitulum §.10.Sylua.de benefi.2.par.q.11 Zer.Indulg.p.p. ver.ad secundum Abb. c. cum olim de Maiorit.& obed. Lud.Bolog. in tract.de Indulgen.* communis tamen opinio negat *Zab.& Franc.in cap.1.de pœnit.& remiss. Ioan.de Imola Clem.1.de Priuil.Mar.Socc.cap.nostro num. 19.de pœnit.& remiss.Graff.lib.2.cap.2.nu.9.Cald.in cap.nostro eod.*vbi etiam si cõsuetudo haberet contrarium non potest *Sot.in 4.dist.21. quæst. 1. art. 4. col.3.Cord.q.12.§.9.præpositio.Turrecrem.in §. in Leuit.nu.41. Azo. p.2.lib. 3.cap.37.vers.9.quæritur,& c.55.vers 4 quæritur summ. Coron.Conf de Indulg.nu.26.Host.relat.à Zab.Clem. abusionibus nu. 14. de pœnit.& remiss.Arcbid.cap.1.eod.lib.6. Butr. cons.19. Ledes. in 4. dist.28.art.3. vers.sed hæsitabis* ratio illorum est, quia hæc potestas dispensandi thesaurum requirit Iurisdictionem in foro exteriori, quã non habet capitulum de iure diuino, cum inferiores à Papa in tantũ concedant, in quantum sit ex mandato Papæ, vel secundum aliquos est dignitatis, non iurisdictionis, sed ad ea, quæ sunt dignitatis Capitulum non succedit, vel quatenus sit iurisdictionis est voluntariè non contentiosè, quæ sola transit ad Capitulum sede vacante, *Quaranta verb.Cap.sede vacante §.12. quæro* vide *Ludouic. Bologn.* qui in tractatu de Indulgentijs articulum disputat *prax. Episcopalis Neap. cap.87. num.32.*

53 Ad contraria respondent non omnia, quæ sunt iurisdictionis transire ad Capitulum sicut est dispositio Abbatum *c. nullus 89. dist. 20.*

quia

quia de thesauro nemo potest disponere, nisi is, cui fuit concessum, sed hoc de Capitulo sede vacante non est cautũ *c. 1. ne sede vacante arg. cap. consuluisti 2. q. 3.* hanc sententiam sequitur *Gemin. in cap. 1. de pœnit. & remiss. lib. 6. Zabar. in Clem. 1. de Hæreticis, & in Clem. 2. de pœnit. & remiss. vbi testatur de communi*.

54 Dices si Capitulum succedit ad ea, quæ sunt iurisdictionis, sed concedere Indulgentias est iurisdictionis ergo, nõ est restringendum ad necessariã, vel voluntariam iurisd. Resp. adest varietas opinionũ asserentiũ cõcedere Indulg. esse iurisdictionis, alij dignitatis, alij ordinis, quæ pendet ab Indulgentijs, & si dices iurisdictionis posse, ordinis vero nõ hinc cũ iura tãtum dicant Capitulũ succedere in eis, quę sunt iurisdictionis, nec distinguãt de cõtentiosa, seu voluntaria, intelligenda sunt de vtraque, quia genus verificatur in specie *Abb. in c. olim de maiorit. & obedient.* ideo *Azor. loc. cit.* tutius esse dicit, vt committat alteri Episcopo, vt nomine ipsius Capituli Indulgentias conferat, aliud enim est exercere per se, aliud demandare, vt alter exerceat, primum enim respicit exercere ea, quæ sunt dignitatis, seu ordinis, quod capitulum nullo modo potest. Secundum vero, quæ sunt iurisdictionis, quod bene potest.

55 Inferiores Prælati de iure cõmuni, dum non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, nec potestatem aliquam ordinariam, Indulgentias concedere non possunt, nisi de speciali mandato, & concessione *gloss. in c. nostro de pœnit. et remiss. c. accedentibus de Excess. Prælat. Nauar. not 31. nu. 6. Rod. can. quæst q. 46. ar. 1.* quia hæc potestas pertinet prę- cisè ad dignitatem Episcopalem, seu quasi, iuxta opinionem aliquorum *d. c. accedentibus Barb. par. 3. allegat. 88. num. 17. & 19. Tolet. lib. 6. cap. 25. Azor. lib. 3. c. 55. vers. 9. quæritur*, & quando habent ex priuilegio, non possunt nisi subditis concedere, vel alijs de consensu suorum Prælatorum *c. quod autem c. nostro c. is qui de sent. & remiss.* Possunt tamen ex priuilegio, consuetudine, aut perscriptione *Azor. c. 54. fol. 240. Barb nu. 18. cit.* & DD. aliter sentientes intelliguntur ex *Syl. Indulg. 17.* posse declarare, & ex potestate delegata applicare Indulgentias, non autem propria authoritate concedere, puta, si quis habet coronam cum Indulgentia, faciendo quod Papa dicit, præfati declarari possunt consequi talem Indulgentiam.

Innocentius tamen in *c. quod autem* tenet partem affirmatiuam, sed tu dic, quod propriè, & indirectè non possunt.

56 Prælati autem Religionum habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt Generales, & Prouinciales, qui habent authoritatem ordinariam iure diuino concessam, secundum aliquos possunt concedere Indulgentias, *Medin. disput. 6. cap. 29.* qui hoc singulariter tenet, & *tex. in c. accedentibus* intelligit, non de quibuscumque Prælatis,

tis, sed de Abbatibus, & facit discrimen inter Abbates, & religiosorum ordinum Generales, aut Prouinciales, cum Abbates Presbyteris, Parochis, Generales vero, aut Prouinciales Episcopis, vel Archiepiscopis authoritate respondere dicat. Item quod tex. loqui videatur de Abbatibus, qui tantum in suis monasterijs iurisdictionem habent, & plebem non habent, & sic de Abbatibus, qui Episcopis subsunt, & integra iurisdictione non fruuntur, & sic de vocalibus non habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, idem tenet *Rod. can. quæst. q. 86. art.* 1. vbi addit posse Prælatos Regulares, concedere suis Fratribus indulgentias ex priuilegio, vt patet de prouincialibus fratrum minorum ex *Priuil. Leonis X. de quo supplem. ord. fol. 91. conc. 285.* Visitatores Societatis Iesu ex *Greg. XIII. vt compend. Priuileg.* minores prædicantes pro suis Auditoribus, qui possunt concedere Indulgentias quadraginta dierum, ex *Alex. IV. lib. monu. ord. 2. impress. fol. 60. conc. 654.*

Contra *Med. & Rod. est Suar. disp. 55. sect. 5. num. 1.* vbi Prælati Religionum, siue locales, siue prouinciales, iure ordinario, siue ex ui sui muneris nullam habent potestatem concedendi Indulgentiam.

Et ad ea, quæ opponuntur, quod isti possint concedere remissionem pœnarum per applicationem, & communicationem meritorum, & satisfactionum suarum Religionum, quod est Indulgentiæ genus, respõdet id esse suffragiorum oblationes, seu donationes, non autem Indulgentiarum concessiones, inter quæ diuersa est ratio.

57 Nam inter suffragia, quædam sunt per modum impetrationis, aut meriti, de congruo offeruntur, alia per modum satisfactionis, aut solutionis, vt alias declaratum est ex *eod. Suar. disp. 55. n. 3.* sentit etiã *Graff. decis. lib. 2. c. 2. num. 15.* vbi licet Abbates, qui Collegijs præsunt possint comunicare bona sui Collegij, non tamen possunt Indulgentias concedere, quæ habent effectum secundum quod opera satisfactoria vnius alteri computantur, non tamen ex vi charitatis, sed ex intentione operantis aliquo modo ad ipsum.

58 Intetio autem alicuius ad aliũ potest dirigi tripliciter, in singulari, cum quis pro aliquo determinatè satisfacit, & sic quilibet potest sua opera cõmunicare; Secundo in speciali cũ quis orat pro sua cõgregatione, benefactoribus, &c. & ad hoc etiam ordinat sua opera satisfactoria, & qui præest potest illa communicare, applicando intentionem eorum, qui sunt de congregatione. Tertio in generali, cum quis opera sua ad bonum commune in generali, & sic qui præest Ecclesiæ generaliter potest illa opera communicare, applicando ad hunc, vel illum, & quia homo est pars congregationis, congregatio vero pars Ecclesię ideo, qui est pars Ecclesię potest communicare, quæ sunt cõgregationis, & huius, vel illius hominis, & qui præest congregationi, ea quæ sunt

sunt huiusmodi hominis, sed non è conuerso, nec prima, nec secunda, quæ fit in Cōgregationibus electorum, in Ordinibus S. Benedicti Carthusianorum, Prædicatorum, & Minorum dicitur Indulgentia, sed solum tertia, quia propter illas communicationes, licet homo soluatur à reatu pœnæ quantum ad Deum, non tamen soluitur à debito satisfaciendi pœnæ iniunctæ, ad quam tenetur ex pręcepto Ecclesiæ, & sic non fit relaxatio à pœnitentijs iniunctis; Secundo quia in vna persona, vel Congregatione non est sufficientia meritorum, vt sibi, & alijs valere possit, sicut est in Ecclesia Romana propter meritum Christi, ideo solus ille, qui præficitur Ecclesiæ potest Indulgentias dare, vt sunt Episcopi, qui habent limitatam potestatem.

59 Quare licet Abbates possint cōmunicare bona sui Collegij, & totam satisfactionem subditorum reseruare in suam dispositionem iubendo missas, & alias satisfactiones offerre specialiter pro alijs, non tamen possunt Indulgentias dare, quia differunt, vt dictum est.

60 Hinc Episcopus, qui non potest facere participes non subditos de Indulgentijs, possunt tamen de operibus bonis, quæ fiunt in suo Episcopatu.

61 Et is cui communicantur bona non absoluitur à pœnis iniunctis, vt fit per indulgentiam, quia aliud est communicare bona, aliud satisfacere, aliud remittere pœnam, aliud Indulgentias dare, per communicationem enim tantum fit suffragiorum participatio, & meritorum, & opus vnius valet alteri ad disponendum ad gratiam, &c. satisfacit, qui pœnam, quam alius debebat ipse soluit, & sic posset satisfactio religiosorum, vel aliorum bonorum virorum, pro alijs computari, quando ipsi, & Prælatiorum vellent, tamen quia non est certū de meritis alicuius, non esset homo absolutus à pœna totaliter, nisi quando satisfactio illa pro alio acceptaretur à Deo, remittitur pœna si Episcopus dicat volo, vt facias pœnitentiam septennem, & absolueret eū à pœna per vehementem contritionem, Indulgentias vero dare est satisfactionem factam, ab alijs, scilicet Christo, & Sanctis ex authoritate Ecclesiæ, pro pœnis debitis alicui compensare, ac si ipse fecisset *Turrecrem. in §. in Leuit. n. 56. hæc ex Graff. loc. cit.*

62 Nec aliqua priuata congregatio fidelium potest priuatum congregare thesaurum, sed quando admittunt Prælati ad participationem thesauri non possunt applicare satisfactiones ad remissionem peccatorum, sed tantum ad applicationem suorum meritorum, & operum per modum impetrationis, nam quia propter bona opera totius Religionis Deus specialiter benefacit membris eius, ideo omnibus etiā, cum tali Religione specialiter coniunctis spiritualia beneficia cōfert propter eadem opera, possunt etiam aliquos admittere ad participationem suffragij satisfactorij, si velint satisfactiones suas eis applicare

care quando eas faciunt ex particulari intentione singularium personarum operantium, non enim sufficit, quod Prælatus applicet pro benefactoribus tantam satisfactionem, vel tale opus satisfactorium, quod à subditis efficitur, si non concurrit voluntas ipsius subditi expressè, & directè, vel intentionem suam ad superiorem referat.

Ratio est, quia voluntas Superioris nō sufficit ad dirigendum aliorum opus moraliter, quia non est directè sub dominio illius, licet habeat aliquod ius ad illud, plura *Suar. d. disp. 55. sect. 5. & 6.*

Dices potest Prælatus præcipere inferiori, vt satisfactionem eius offerat pro tali persona, quia Dominus voluntatis, ergo? Respondetur variè ad hoc *resp. DD. vt Sot. dist. 21. quæst. 1. art. 4. Cord. quæst. 42. punct. 3. dub. 5. sed Suar. num. 10.* respondet, dominium quod habent Prælati solū esse in ordine ad debitum vsum, nō tamen simpliciter in ordine ad vsum, & licet præcipiat Prælatus id facere, tamē subditorū semper est facere, vel non facere, & hoc modo vsus absolutè manet sub dominio subditi, & si non vult facere, imperfectum manet, vnde si satisfacere pro alio præcipiat Prælatus, si subditus non satisfacit, licet male faciat, tamen re vera non satisfacit, etiam si opus in se satisfactorium faciat, imo etiam si nulli subditus applicet suum opus ex in auertentia, vel culpabili negligentia, sola intentio superioris nō sufficiet ad applicandum, & ideo male facere, inquit, Prælatos si talia opera satisfactoria subditorum alijs applicant, sine eorum intentione.

63 Quis ergo fructus prouenit ex tali applicatione, nam si semper requiritur applicatio subditorum illa non semper concurrit? Respondetur Hæc est hæresis Vuicleph, vt supra dictum est, nam tripliciter potest suffragium prodesse per modum satisfactionis, directè impetrationis, & indirectè per modum cuiusdam meriti de congruo, & per hunc vltimum modum prodesse dicit *Suar. loc. cit.*

64 Hanc opinionem, quod Prælati non possunt concedere Indulgentias limitat *Graff. lib. 2. cap. 2. num. 10. primo* nisi ex priuilegio vt *cap. accedentibus, &c. quanto de his, quæ fiunt, &c.*

Secundo, In Indulgentijs priuatis, quæ pertinent ad forum pœnitentiale *gloss. penult. & Innoc. in d. cap. quod autem de pœnit. & remiss. Ioan. And. cap. fin. eod. lib. 6.* dummodo iuste & ex causa fiat.

Tertio, nisi competat ex consuetudine, vel præscriptione, quod non concedit *Calder. in d. cap. nostro*, negat enim huiusmodi consuetudinem posse perscribi ab inferioribus.

Nec obstat *cap. accedentibus*, quia vt dare pœnitentiam solemnem, quod est vnum illorum, quæ tanguntur in illo capitulo, nulla præscriptione videtur posse competere inferiori Episcopo *c. in capite dist. 50.* ita videtur dicendum de Indulgentia.

Nec

Nec obstat, quod sicut potest præscribi cognitio causarum matrimonialium, ita & Indulgentiarum, quia dare Indulgentias plus respicit culmen dignitatis, quam cognitio matrimonialium causarum, ideo licet possit prescribi illud, non tamen istud, sequitur *Cord. quæst.* 12. *vers. sexta prepos.* & dicetur infra dum agetur de Curatis.

65 Curati cum propriè non sint Prælati, sed iure positiuo Coadiutores Episcoporum ex *D. Tho. secunda secundæ, quæst.* 184. *art.* 6. *&* 4. *& in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 4. nec receperint à Christo clauem, nisi in foro interiori *Ioann.* 20. ideo indulgentias concedere non possunt *Sot. in quarto dist.* 21. *quæst.* 1. *art.* 4. *Nauarr. not.* 31. *num.* 9. *Cord. q.* 12. *§. quinta propositio, & quæst.* 13. *Suar. disp.* 55. *sect.* 5. *num.* 6.

Secus tenet *Inn. in cap. quod autem de pœniten. & remiss. & Cardin. in Clement. Religiosi de priuil.* in foro pœnitentiali, quoad illos quos possunt absoluere *Archidiac. in cap. Deus de pœniten. & remiss. lib.* 6. *gloss. cap. mensuram de pœniten. dist.* 1. *Panorm. in cap. sicut dignum de homicid.* & sic conciliantur DD. vt intelligantur de Indulgentia concessa in foro pœnitentiæ, non autem extra vide *Suar. d.* 6. *vbi plura*.

66 An autem ex consuetudine possit introduci, vt Indulgentias concedant, supra dictum est, & addimus Turrecrematã, & alios Canonistas negare, ex *c. accedentibus*, & quod ibi habetur, nisi ex consuetudine, illa exceptio determinat, solum alias partes textus, idest, quod non possit cognoscere de causis matrimonialibus, vel quod ille tex. nihil loquatur de consuetudine, sed *gloss.* addere secundum suam opinionem.

Alij affirmant per iura citata à *gloss. in cap. cum contingat de foro compet.* & licet consuetudo non det iurisdictionem hanc spiritualem, tamen potest esse signum, quod aliquando fuerit, vel nunc est priuilegium, seù concessio Papæ, & sic potest introduci talis Ecclesiastica consuetudo.

67 Sacerdotes & simplices confessores, an possint concedere Indulgentias, etiam aliqui negant, vt *Sylu. Indulgen. num.* 12. *Triumph. q.* 29. *art.* 7. *Medi. disp.* 6. *cap.* 28.

Ratio eorum est, quia qui non potest ligare neque & soluere, accipientes ligare pro excommunicare, sed excommunicare non potest sacerdos, nisi specialiter sit ei concessum ergo.

Alij vero affirmant in foro tamen pœnitentiæ *Armill. Indulgent. num.* 2. & cætera *Benz. lib.* 2. *cap.* 30. *vers. Martinus, gloss. cap. mensura de pœnitent. dist.* 1. *Panorm. cap. sicut dignum de homicid.* declarans DD. intelligi tunc dici concedere Indulgentias quando absoluunt per illa verba, quæ proferunt, *Passio Domini nostri Iesu Christi*,

sti, &c. per modum supplicandi, *quicquid boni feceris, &c.* tunc habere vim Indulgentiæ.

68 Sed quod in foro pœnitentiæ non possint concedere Indulgentias multipliciter probat *Cord. quæst.* 12. *vers.* 7. *præposit.* Primo, quia est actus iurisdictionis, quam sacerdos non habet. Secundo quatenus habeat, habet sacramentalem, non tamen extra sacramentum. Tertio, non habet potestatem supra communem thesaurum, licet habeat super thesaurum sacramentorum. Quarto, sicut non possunt Prælati multo minus Sacerdotes. Quinto, si haberent, appareret limitata sicut in Episcopis, sed hoc non constat, ergo.

Contra prædicta arguitur primo quantũ est ex lege diuina quilibet sacerdos habet iurisdictionem habitualem, seu remotam in quemlibet, & thesaurum ad absoluendum à peccatis, & concedendum Indulgentias, & potest deduci in actum, ergo nisi impediatur possunt, sed impedimentum non apparet, ergo.

Secũdo authoritate DD. qui id tenent, de quibus supra Respondetur prædicta intelligi posse sacerdotem pœnam debitam minuere peccatori, non quidem applicando ei de thesauro Indulgentiarum, sed augendo erubescentiam, & contritionem ministerialiter, & virtute illius erubescentiæ, seu contritionis pœnitens à Deo mereatur remissionem peccatorum, vel ministraliter applicando Sacramentum, & sic ex opere operato, vel virtute Sacramenti, seu meritorum Christi in Sacramento applicatorum remittitur pœnitenti à Deo non solum culpa, sed aliquid de pœna temporali debita, plus & minus secundum dispositionem pœnitentis.

Alij dicunt posse in foro conscientiæ ex *D. Thom. ad tertiam partem quæst.* 26. *art.* 1. *Gemin. cap. fin. de pœniten. lib.* 6. vide *Suar. disp.* 55. *sect.* 4. *Triumph. quæst.* 29. *art.* 7. *Sylu. Indulgentia nu.* 12. *Paulian. lib.* 3. *cap.* 1. vbi post multa amplectitur primam opinionem negatiuam, *Zab. in Clem. abusionibus num.* 14. *de pœnit. & remiss.* vbi plura *ad quæst. summ. Coron. Conf. de Indulgentijs num.* 27. vbi declaratur quo modo Confessores concedunt Indulgentias, nam cum arbitrio eorum sit dare pœnitentias, secundum qualitatem temporum, & personarum, reliquum vero, quod secundum Canones, & Dei iustitiam persoluendam remanet per opera supererogationis, vel per flagella Dei in hac vita inflicta, & patienter passa, vel in Purgatorio, vbi quidquid hic remanet soluendum reseruatur. Hinc factum est, quod hæ dispositiones ab aliquibus vocantur Indulgentiæ, hoc est, in quantum Confessarij indulgent pœnitentibus non obligando eos ad Canones pœnitentiales, &c.

69 An viri Sancti possint concedere Indulgentias? Respondetur negatiue,

tiue, quia in eis non est aliqua potestas iurisdictionis, nisi fuerint assumpti in Ecclesiasticam Prælaturam *Turrecrem. in §. in Leuit. de pœniten. dist. 1. Triumph. quæst. 29. art. 10.* neque ordinaria neque extraordinaria, neque ex commissione, licet viri Sancti possint communicare bona spiritualia, quę faciūt, vt supra dictum est *Graff. decis. lib. 2. cap. 2. num. 27.*

SVMMARIVM.

In concedente Indulgentiam quot requiruntur. 1.
Autboritas in concedente Indulgentiam quomodo sit accipienda. 2.
Indulgentia concessa à veris Prælatis, quid operetur. 3.
Religiosi qui non sunt subditi Ordinariorum locorum possunt lucrari Indulgentias ab Episcopo concessas. 4.
Religiosi lucrando Indulgentias contra voluntatem Superiorum peccant. 5.
Indulgentiarum materia, & interdicti quomodo differant. 6.
Indulgentia generaliter concessa alicui oppido comprehendit etiam personas Ecclesiasticas. 7.
Indulgentiæ concessæ ab Excommunicato, suspenso, vel interdicto non valent. 8.
Episcopus an aliqua censura innodatus possit delegare vices suas alteri Episcopo, vt indulgentias concedat. 9. & 10.
Prælatus intrusus, & putatiuus an possit concedere Indulgentias. 11.
Prælatus intrusus, & ab Ecclesia toleratus an possit concedere Indulgentias. 12.
Ordinatus à non Episcopo, an possit iterum ordinari. 13.
Absolutus bona fide à Confessore non sacerdote, an sit verè absolutus. 13.
Qui habet titulum officij, vel beneficij, licet non sit titulus legitimus, gesta per eum valent. 14.
Qui se intrusit in beneficium sine autboritate Superioris, gesta per eum sunt inualida. 15.
Confessionem debet iterare, qui se intruso fuerit confessus. 15.
Communis error quando facit ius. 13. & seq.
Confessus bona fide Confessario putatiuo est verè absolutus. 15.
Confessio facta bona fide Confessario putatiuo, licet sit valida est tamen iteranda mala fide superueniente. 15.
Excommunicatus occultus si ab Episcopo eligitur in confessarium bona fide veram absolutionem confert pœnitentibus. 16.

DE REQVISITIS IN CONCEDENTE Indulgentiam.

Cap. XII.

1 IN concedente Indulgentias duo præcipuè requiruntur vt supra dictũ est authoritas, nempe, & subsistentia causæ *D. Thom. 3. par. q. 25. art. 1. & in quarto dist. 20. Sot. dist. 21. art. 2. in fin. Sylu. Indulg. num. 3. Palud. lib. 2. cap. 1. Alex. de Ales in quarto dist. 20. Sorb. Indulg. §. secundũ not. vers. tandem fol. 316. Gers. trac. de absol. sacr. Valent. p. 5. Suar. disp. 52. sect. 2. & disp. 54. Bellar. lib. 1. c. 2. Nauarr. not. 15.*

2 Authoritas intelligitur tam habito respectu ad thesaurum, vt scilicet habeat in eo potestatem dispensandi, quam respectu recipientis, vt scilicet exerceatur in subditum simpliciter, seu secundum quid, vt *Cordub. quæst. 12. præposit. 7. vers. 3.* sicut absolutio sacramentalis, vt in *cap. quod autem*, dixi simpliciter, hoc est quoad omnia, dixi secundum quid, idest, vt sit iurisdictio super eum, cui conceditur Indulgentia, & sic quoad lucrandas Indulgentias tantum, ideo habentes commissionem generalem concedendi Indulgentias, quales sunt Commissarij summi Pontificis possunt dispensare, & recipientes dicuntur subditi in tali actu nisi forte sit restricta ad tales, & tales ha-

bitatores, quia quilibet est subditus summo Pontifici simpliciter, & pro tunc; *supplem. Gabriel. in 4. dist. 45. art. 2. praposit. 7. concl. 4. & Sylu. Indulgent. num. 5.*

3 Qui autē sint isti proprij Iudices, patet ex supradictis, & quid operetur Indulgentia concessa à veris Prælatis *Zab. in Clem. abusionibus num. 12. de pœnit. & remiss.*

4 Religiosi, qui non sunt subditi ordinariorū locorū, bene lucrari possunt Indulgentias ab Episcopis concessas *D. Thom. in addit. 3. par. quæst. 27. art. 2. & in quarto dist. 20. Palud. dist. 20. art. 4. dist. 3.*

Nec requiritur licentia suorum Superiorum, quia de iure communi hoc eis concessum est, & eorum exemptio non est intelligenda in dammum, sed in vtilitatem, nec aliter intenderunt ipsi, qui exemptionem habuerunt, & qui eam concesserunt, sunt enim exempti in fauorem non in detrimentum, *Suar. disp. 52. sect. 1. num. 13.* nec dicitur absolutio à peccatis in foro conscientiæ, & sacramentali, sed dispensatio thesauri, quæ etiam non subdito fieri potest, dummodo in terminis concedentis iurisdictionis existat.

5 Intellige salua semper disciplina, obseruantia, & obedientia regulari, si quid enim pro ea lucranda aliquid contra prædicta concurreret, tunc etsi lucrarentur Indulgentiam, faciendo quod tenor ipsarum præcipit, peccarent tamen, nam si visitarent Ecclesias, aut orarent, vel ieiunarent, vel quid simile facerent quando per superiorem prohibetur, tunc consequerentur quidem Indulgentias, sed peccarent, quia Papa concedens Indulgentias intendit, salua semper obseruantia, & obedientia regulari, & non aliter *Ang. Indulgentia §. 2. Cord. quæst. 13.*

6 Imo Indulgentia alicui oppido concessa generaliter, Ecclesiasticæ personæ comprehenduntur; diuersa enim ratio est in hac materia Indulgentiarum, quæ in materia interdicti; in quo, interdicto Populo, non intelligitur interdictus Clerus *DD. comm. in cap. dilecti de foro competen.* nam secus est in materia Indulgentiæ, quia etiam Clerici sunt pars Christiani populi *cap. duo 22. quæst. 1.* & materia interdicti est odiosa. & in odiosis est facienda stricta interpretatio Indulgentia vero respectu eius, cui conceditur cum sit fauorabilis debet fieri larga interpretatio. *Suar. disp. 52. sect. 1. num. 12. seq. Ludou. Bolog. tract. de Indulgen. num. 106. Lud. Rom. cons. 180. Triumph. quæst. 31. ar. 3.*

7 Ista authoritas intelligitur, dummodo concedens non excedat limites suæ potestatis.

8 Item, quod non sit impedita, nam Indulgentiæ concessæ ab excommunicato suspenso, vel interdicto nominatim non valent, quia dicitur

dicitur præcisus ab Ecclesia, & caret iurisdictione, & omnia eius acta iurisdictionalia facta sunt inualida *cap. tanta de excess. Prælat. cap. quia de except. lib. 6. Bonac. de censuris disput. 2. punct. 7. Nauarr. not. 31. num. 10. Abbas cap. 1. de schismat. cap. audiuimus 24. quæst. 1. cap. cum dilecti de dol. & conc. Azor. lib. 3. par. 2. cap. 54. vers. 3. quæritur, & cap. 55. vers. 8. quæritur Tolet. lib. 6. cap. 25. in fin. Barb. par. 3. alleg. 88. num. 12.* & qui non potest ligare, nec soluere, nec potest Indulgentias concedere, imo facilius potest ligare, vel soluere, quam Indulgentias concedere, vt patet de non subdito, quem quis potest extra suam Diœcesim ligare *cap. 1. de Raptoribus 3. quæst. 6. cap. 1. & 6. quæst. 3. cap. placuit de sentent. & excomm. cap. nuper*, & tamen non subdito Indulgentias concedere non potest *Turrecrem. in §. in Leuit. num. 46. Mar. socc. in cap. nostro num. 21. de pœniten. & remiss.*

9 An saltem sic censura innodatus possit delegare vices suas alteri Episcopo, vt concedat Indulgentias? Respondetur non posse, bene tamen potest permittere, vt alter Episcopus concedat suis subditis sicut dicitur de Parrocho, qui dum est excommunicatus, vel suspensus ab Officio non potest alteri delegare vt audiat Confessiones suorum subditorum, aliud enim est delegare, aliud permittere, & licentiam dare, primum est iurisdictionis, quod excommunicatus facere non potest, cum sit ea priuatus, secus secundum cum tantum sit subijcere subditum alteri *Palud. in quarto distinct. 23. quæst. 2.* qui idem asserit procedere in Episcopo excommunicato, quoad concessionem Indulgentiarum.

Quæ sententia videtur dubia *Azor. lib. 3. cap. 54. & 55. vers. quæres*, cum hoc etiam videatur esse actus iurisdictionis, probabilem tamen dicit opinionem *Palud.*

Hoc quod dixi de excommunicato, procedit etiam de Hæretico, Schismatico, qui Indulgentias concedere non possunt per iura allegata.

11 An Prælatus putatiuus, seu præsumptus, non verus, sed falsus, seu intrusus in beneficio possit concedere Indulgentias, & illæ sint validæ? Respondetur dicunt aliqui tales Indulgentias valere, non quoad vim satisfactoriam, sed tantum quoad meritoriam *Card. in Clem. abusionibus §. 1. de pœniten. & remiss. Oltrad. cons. 56. Ias. in l. præscriptione num. 26. C. si contra ius, vel authorit. pub.* dixi quoad vim meritoriam, quia talia bona opera aliquid apud Deum valent.

12 *Felin. tract. de Indulgen. in fin.* tenet contrarium, & sic valere tales Indulgentias, sequitur *Burc. de irregularitate par. 19. tit. 8. de Indulgen. Episcopi num. 4. & alij*, qui asserunt, quod dum Prælatus

est toleratus ab Ecclesia, & non est declaratus, Indulgentiæ ab eo concessæ valent ex *Reg.* communis error facit ius ex *l. Barba. ff. de off. Prat.* & sic gesta à falso superiore ob communem errorem populi sunt valida, etiam si titulus sit nullus.

Hæc opinio reprobatur à *Sanchez. lib. 3. disp. 22. num. 54. Anchar. in cap. quod autem à num. 9. & in Clem fin. de pœnit. & remiss.* & non valere huiusmodi Indulgentias concludunt.

13 *Ias. in dicta l. Barbatius num. 63. sequent* vult ordinatum in sacris à non Episcopo per errorem, posse iterum ordinari, & legem citatam habere locum in habente falsum titulum, vult tamen, quod confessus, & absolutus bona fide à Confessore non sacerdote, si postmodum animaduertat illum non fuisse sacerdotem esse bene absolutum, ex regula communis error, &c. sed *Ias.* quatenus esset admittendus in primo casu, nequaquam in secundo est admittendus ex infra dicendis: prout neque debet admitti *Abb. in Clement. dudum de sepult. num. 25.* vbi tenet, quod si sacerdos non approbatus exponat se ad confessiones audiendas, huiusmodi confessiones non esse repetendas, & vere talem esse absolutum, quoad Deum, idemq. procedere si sit approbatus in vno loco, & audiat confessiones in alio.

In his enim, & similibus casibus distinguendum est, an in tali Prælato concurrat communis error populi, & authoritas Superioris, aut si vnum, vel vtrumque non concurrit, primo enim casu omnia gesta per talem Prælatum sunt valida, vtrumque enim dat titulum, & iurisdictionem, etiam si titulus non sit legitimus, quæ duo continentur *in d. l. Barbatius*.

14 Modo dico, qui habet titulum officij, vel beneficij à Superiore, licet non fuerit titulus legitimus, puta, quia fuerit excommunicatus tempore collationis beneficij, vel si ob aliquod delictum ipso facto amittere deberet beneficium, vel officium, in his casibus dum delictum est occultum, & toleratur, gesta per eum valent.

15 Sed si quis se intrusit in beneficium, sine authoritate Superioris, & se gerit pro prælato, in tali casu licet communi errore populi pro tali habeatur, gesta per eum sunt inualida, quia deficit authoritas Superioris, hinc confessiones sunt iterandæ, etiam quod pœnitens ignorauerit illum intrusum, licet enim excusetur apud Deum, dum fuit in bona fide, postquam vero sciuerit, tenetur confessionem reiterare. Absolutio enim data apud Deum valet indirectè, & Ecclesia supplet, quando vero deuenitur ad cognitionem, tenetur iterare, vt volunt aliqui ex nouo præcepto, & noua obligatione, vt peccata subiaceat clauibus Ecclesiæ, ita *Aragon. secunda secundæ. q. 60, art. 6.*

artic. 6. Vgol. tab. 1. cap. 13. §. 7. num. 3. & 2. §. 22. num. 1. & 2. Nauarr. in Manual. cap. 9. num. 11. vbi alios citat, *& in cap. placuit de pœnit. dist. 6. num. 176. 179. 180. Sylu. verb. confessor. p. quæst. 19. Rod. in summ. cap. 60. num. 30. & cap. 219. num. 80. Lopez. p. p. instruct. cap. 38. Ang. confess. 4. §. 12. Palud. dist. 12. quæst. 6. art. 1. concl. 3.* colligitur *ex cap. infames 3. quæst. 7. & ex d. l. Barb. Inn. in cap. dudum de elect.* ratio diuersitatis casuum est; quia concurrit tolerantia, & communis error, & in alio casu non concurrit.

Dices nullus est, qui in primo casu conferat iurisdictionem, ergo gesta per excommunicatum, vel eum, qui habet aliquod impedimentum non sunt valida? Respon. iurisdictionem tunc conferri à iure ciuili, & ecclesiastico, ne multa incouenientia sequantur, alias enim sequeretur maxima inconuenientia, & multæ confessiones essent repetendæ, multa beneficia de nouo conferenda, & multæ electiones, & præsentationes de nouo faciendæ. Ideo vtrumque ius vult, vt gesta per talem iudicem, & Superiorem valeant, ac si esset legitimus.

16 Hinc si quis eligitur ab Episcopo in Confessarium, & tunc sit excommunicatus occultus; vel inciderit postquam fuerit electus, atmen est occultā, confessiones illi factæ sunt validæ *Med. lib. 1. summ. cap. 11. §. 3. Emanuel. 1. tom. cap. 60. num. 3. Lopez. p. p. instruc. cap. 28. & 2. p. de excomm. cap. 15.* hic enim concurrit titulus, & authoritas superioris, & communis error populi, & ita ecclesia ob commune bonum fidelium dat iurisdictionem.

Idem dicas de Confessario approbato à Superiore, & electo tempore Iubilei, qui tamen sit occultè excommunicatus.

17 Item si Summus Pontifex conferat beneficium alicui, quem cognoscit inhabilem, valet collatio etiam si non conferat motu proprio sed ad alterius petitionem *Sayr. lib. 2. cap. 5. nu. 6. Abb. in c. innotuit de elect. Gom. reg. de impet. benef. quæst. 1.* quia censetur Papa dispensasse, quando scit illud impedimentum, vel excommunicationem, & ex propria scientia confert, secus si nesciat.

18 Posset saluari Ias. quando Confessor per multos annos audiuit peccata in aliquo loco, vbi iam fuerat approbatus ab Ordinario, & postea fuerit suspensus, quæ suspēsio est occulta, & ignoratur, tunc quia populus illi confitetur bona fide, intrat regula communis error &c. *Caiet. verb. absolutionis impedimentum Abb. cap. nihil de elect.*

19 Vide *Suar. tom. 4. disp. 26. sect. 2. num. 7. & 9. & disp. 31. sect. 2. art. 1.* vbi confessio non dicitur integra, si est facta non legitimo Confessori, cum sacramentalis confessio non sit quælibet manifestatio peccati, sed accusatio sui coram legitimo Iudice, & hæc quoad quæstionem de Indulgentijs concessis à Prælatis putatiuis.

20 An

20 An existens in peccato mortali possit concedere indulgentias? Resp. affirmatiue, quia iurisdictio non tollitur, nec suspenditur per peccatum mortale *D. Thom. in add. 3. p. quæst. 26. artic. vlt. & dist. 20. quæst. 1. art. 4. quæstiunc. 4. Sot. in 4. distin. 20. quæst. 1. art. vlt. ad tertium, & lib. 6. de iustitia cap. 25. in fine Triumph. quæst. 29. art. 3.* vbi limitat nisi peccatum habeat annexam hæresim, sicut etiam gratia sacramentalis per malum, & bonum ministrum conceditur, & non impeditur *Cord. quæst. 12. in fin. Graff. cap. 2. num. 26. lib. 3. facit cap. dictum 1. quæst. 1. Gerson. de potest. Eccl. Alph. 1. 2. 3.*

21 Nec concedens indulgentias in peccato ipse peccat secluso scandalo, *Enriq. lib. 7. cap. 32. §. 4. Bonacin. disp. 6. de indulg. quæst. 1. Barb. par. 3. alleg. 88. num. 13.* quia hic actus pertinet ad iurisdictionem non ad ordinem sacrum.

Quod si quis obijciat, maius est facere, quam recipere, sed existens in peccato non recipit indulgentias, vt infra dicemus, ergo neque concedit, Resp. Est maius quoad potestatem, sed minus quoad propriam vtilitatem *D. Thom. in 4. dist. 20. artic. 4 quæst. 4.* ideo indulgentię æquè valent si concedantur ab eo, qui est in peccato mortali, ac si concederentur ab eo, qui est Sanctissimus, cum non remittat pœnam ex vi suorum meritorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauro.

23 Requiritur præterea in concedente, vt habeat causam iustam, legitimam, piam, rationabilem, & sufficientem, claue non errante, neque Christo reprobante, loquimur de causa, pro qua conceditur indulgentia, quæ dicitur obiectiua non de finali, quæ dicitur concedentis, vt explicat *Cord. quæst. 20.* de qua causa obiectiua *Caiet. de indulg. quæst. 9,* dicebat enim *Adr. Papa VI. super 4. sent. tract. de clauibus q. de indulg concl. 2.* quod non sufficit in concedente authoritas, & voluntas concedendi, sed requiritur subsistentia causæ sufficientis, & sit in ædificationem non in destructionem, ex quo colligi potest non esse verisimile, quod idem Pontifex tot tantasq; indulgentias plenarias pro leuibus causis, vt asseritur, concesserit.

23 Ratio huius conclusionis est, quia concedere indulgentias est dispensare super legem, & relaxare debitas pœnas iustitiæ diuinæ, sed relaxatio pœnarum non debet fieri sine causa iusta, quia interest Reipublicæ ne delicta remaneant impunita, sed nemo iudex, & Princeps potest relaxare pœnam sine causa, alias esset dissipatio, non dispensatio, ergo idem procedere debet in indulgentijs,

24 Ista causa debet esse vniuersalis, pia, iusta, ac proportionata ad hoc, vt indulgentiæ valeant quantum sonant *ex Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiss. Tol. lib. 6. cap. 28.* & sufficit quælibet cau-

sa

sa pia, & dummodo non contineat errorem manifestum *Caiet opusc. tom. 2. tract. 15. cap. 8.* pia dicitur, quando saltem virtualiter ex se, aut genere suo fit ad Dei honorem, seu vtilitatem Ecclesiæ temporalem, seu spiritualem, salutem animarum, vt si concedatur pro eleemosyna, ieiunio, oratione, confessione, communione, visitatione Ecclesiarum, auditione verbi Dei, pro labore vtili Ecclesiæ, pro societate, præsentia, honore, & deuotione ad Prælatos seu actus Ecclesiasticos, seu ad claues Ecclesiæ habita, seu habenda *Cord. q. 20. 21. & 22.*

25 Item ista causa pia potest esse bonum commune, vt pro recuperatione, seu expeditione Terræ Sanctæ, Regni oppressi ab Infidelibus pro extirpatione hæresum, vt dilatetur deuotio Fidelium pro communione Principum Christianorum pro refectione Pontium, per quos transeunt peregrinantes, pro reædificatione hospitalium, ædificatione Ecclesiarum, Monasteriorum *Abb. in cap. qui te de pœnit. & remiss.* pro liberatione animarum à pœnis purgatorij, & hæc est gratissima Deo eleemosyna, & ideo construũtur altaria priuilegiata.

26 Item ob Dei laudem & honorem, ob vtilitatem Ecclesiæ ob spiritualia in ea facientes, non autem ob temporalia, seu remissionem iniuriarum.

27 Item ob defensionem Fidei pro celebrando Iubileo, seu concilio pro recuperatione rerum Ecclesiasticarum, vel oppidorum pro placatione iræ diuinæ, peste, fame, bello, pro singulis locorum remotorum peregrinis petentibus ad visitandam Terram Sanctam, limina Apostolorum, & S. Iacobi in Compostella, pro gratijs agendis, pro magno Dei beneficio, pro pace sequta, seu sequenda inter Principes Christianos, conuersione ad fidem alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, pro sedando schismate, pro victoria contra hostes Ecclesiæ, pro repellendis hæreticis, redimendo notabili numero captiuorum, & alijs pijs causis, de quibus *Syl. ind. n. 18. Cord. q. 21.*

28 Dicitur autem continere errorem manifestum, seu intolerabilem, quando concederētur pro illis, qui eunt ad torneamenta spectacula, & similia *Cord. quæst. 20.* sicut enim excommunicatio, quæ continet errorem intollerabilem est nulla, ita Indulgentiæ.

29 Et quando conceduntur sine dicta causa sunt inualidæ *Nauarr. not. 15. num. 1. & seq. Triumph.* tamen *quæst. 30. art. 4. ad quæst. illam*, an nulla causa iusta posit esse vt Indulgentia data per Pontificem valeat? Respon. cum *D. Thom. ad tertiam partem quæst. 25. art. 2.* quod iusta extimatio ex parte facientis, Indulgentiam requiritur pro iusta causa, qua non existente Indulgentia non valet, si concedantur cum causa, non tamen proportionata, erunt quidem validæ, non tamen quantum sonant, sed iuxta causæ proportionem

Na-

Nauarr. not. 15. num. 3. & alij communiter quicquid in cōtrarium dicat *Sotus quæst. 2. art. 2. vid. Sylu. §. 7. gloss. in Extrauag. antiq. §. confitebuntur vers. quartum & §. sed ponamus* vbi plura de hac causa.

An autem non concurrente proportionata causa valeant saltem tantum pro rata *Cord. quæst. 20.*

30 An sola voluntas Papæ sit causa iusta? Respon. *Triumph. quæst. 30. art. 5. & Syl. ind.* & verbo Papa *quæst. 4. §. 6. Sot. lib. 4. dist. 21. quæst. 2. art. 2. Arm. verb. Papa §. 15. & verb. indulg. §. 22.* tenent, valere modo in huiusmodi thesauro dispensando rectus vsus clauis discretionis, & scientiæ seruetur notat *gloss. in extrauag. antiquor. verb. confitebuntur §. sed ponamus de pœniten. & remiss.* vbi si Papa alicui existenti in gratia concedat indulgentias si ne causa rationabili non facienti opus bonum pro quo indulgentia est concedenda, indulgentia non valet, quia licet Papa habeat plenitudinem potestatis quoad omnia bona temporalia, & ecclesiastica non habet tamen illam vt dominus, sed vt minister, & dispensator, domini principalis, & licet non habeat superiorem in terris habet tamen in cælis.

31 Quid si dubitetur de causa legitima? Respon. in dubio est præsumendum, quod sit legitima alioquin omnes indulgentiæ essent incertæ *Arm. ind.* & dicetur infra *vers. qualis autem.*

32 Et in dubio statur arbitrio Prælati *Sorb. vers. indulgen. §. secundum nota vers. tandem fol. 316. Caiet. tractat. de indulg. quæst. 10.* vbi nisi manifeste apparet, irrationabilis præsumitur rationabilis loquendo de rationabili præsumpto.

33 Et ad superiorem concedentem indulgentias spectat examinare, num sit causa iuxta, non autem ad reliquos Christifideles.

34 Et adeo varia fuit inter Doctores scholasticos, atque iuris Canonici peritos olim sententia de iusta huiusmodi conferendarum indulgentiarum causa, *teste Adr. Papa VI. in 4. sent. tract. de clauibus. Io. Gers. de potest. clau. Alber. in 4. dist. 20. art. 15. Bonauent. distinct. 20. par. 2. D. Thom. ibid. quæst. 3. art. 2. Caiet. 1. opusc. de ind. cap 8. Panorm. Io. Andr. Innoc. & reliq. in cap. quod autem de pœnit. & remiss. Cord. q. 20. Suar. disp. 44. à sect. 1. & seq. & cat.*

35 Vt aliqui vetustiores Theologi, inter quos fuit Palud. adeo proportionatam censuerint causam hanc valoris indulgentiarū, & adeo externum opus expostulauerint, vt nisi eidem indulgentiæ id iusta quadam compensatione, & mensuratione responderet nullam existimauerint indulgentiam; hinc si ob vnam salutationem Angelicam plenaria indulgentia, seu vnius animæ à purgatorio liberatio concederetur, ludribium, & tanto beneficio indignam, imo nullam in-

indulgentiam arbitrati fuerint, nam cum eo sæculo non dum euanuisset consuetudo indicendi publicas, aut priuatas pœnitentias, vt plurimum indulgentiæ tantum de iniunctis tribuarentur, ratio ecclesiasticæ disciplinæ postulabat, vt non sine aliqua compensatione indulgentiæ pœnitentiarum relaxatione donarentur, vnde cum Beatus Franciscus ab Honorio Pontifice indulgentiam plenariam omnibus suam Ecclesiam ingredientibus absque eleemosyna, aut altero quouis extrinseco opere postularet, iuxta eorum temporum cōsuetudinem, ab eodem Pontifice responsum accepit, indulgentiam non posse conuenienter obtineri, nisi ab eo, qui per eleemosynam manus adiutrices porrigeret; loquebatur tamen Pontifex non absolute, sed de eius temporis consuetudine, quæ vix impositæ pœnitentiæ, indulgentia absque alterius boni compensatione dabatur, quod quidem bonum illis temporibus erat eleemosyna, restauratio templorum tot gentium Barbararū grassationibus deuastatorum, & sic manus adiutrices dicebātur eleemosynæ pro refectione templorum, & plura dicit *Bellar. lib. 1. cap. 12. Valent. par. 4. Triumph. q. 3. art. 4.* de huiusmodi quæstione An iusta causa debeat secundum proportionem respondere indulgentiæ.

36 Alij inter quos fuit Sotus caute legendus *in 4. dist. 20. quæst. 2. art. 2.* qui in aliud extremum incidentes dixerunt, quod in largiendis indulgentijs sola Pontificis voluntas requiratur, sed peccare quidem Pontificem, dum prodiga manu ecclesiasticos thesauros absque causa profundere, valere tamen indulgentias.

37 Alij deniq; mediam viam incedentes dixerunt, quod iusta, & proportionata æstimatio, nec è contra omnino nulla, sed aliqua rationabilis causa concurrat, sufficiat, & sic non solum causam, sed abūdantiam meritorum Ecclesiæ inspexerint, quæ videtur communis, & probabilior opinio, vnde si Romanus Pontifex concedat indulgentiam plenariam visitantibus Templum Beatæ Mariæ Lauretanæ, Ciues ibi commorantes, si eam visitauerint lucrantur indulgentiam, & causa in hac indulgentia erit, vt illud templum veneretur, & dilatetur, licet non sit proportionatum indulgentijs, plura de hac materia *Med. disp. 9. cap. 48.*

38 Dices cur Papa in die Paschatis Resurrectionis, & in die Ascensionis Domini Nostri IESV Christi, & feria quinta in Cœna Domini, congregato Populo ante fores Basilicæ Principis Apostolorum è specula solemniter benedicendo populo, cōcedit indulgentias plenarias absque eo, quod aliqua causa concurrat? Respon. Iusta quidem concurrit causa in tali indulgentia, nam populus expectat Vicarium Christi, quem profitetur caput Ecclesiæ, & sic pia populi detio causa iustā dicitur.

39 Hinc

39 Hinc sacra congregatio *Conc. Trident. sess. 25. cap. vlt. de indul.* declarauit, quod pro præsentibus in publicis benedictionibus Romani Pontificis, vt sunt supradictæ, quæ ter in anno fieri solent, & in missis solemniter celebrari solitis à Sanctitate sua in die Paschatis, in Natiuitate Domini Nostri IESV CHRISTI, ac in festiuitate Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon in ipsis diebus Coronationis, Canonizationibus Sanctorum, Coronatione Imperatorum, & similibus, in quibus Indulgentia plenaria concedi solita à præsentibus tantum acquiritur toto illo temporis spatio, quo dicta missa, vel benedictio conficitur, & sic tollitur dubium an tales indulgentias lucrentur, qui è longinquo ab aliqua fenestra non in suburbio, sed intus Ciuitatem, nec in acie ante fores Basilicæ reperiuntur præsentes, non lucrari.

40 Et ad rem nostram redeundo causa, debet esse proportionata, quantum fieri potest concessioni Indulgentiarum, & Indulgentiæ plenariæ non passim, & indistinctè concedendæ *ex Conc. Trid. sess. vlt. de indulgent. cap. cum ex eo vbi Abb. de pœnit. & remiss. Extrauag. antiq. & extrauag. vnigenitus eod.* modus enim & moderatio est seruanda, ne eneruetur ecclesiastica disciplina.

41 Qualis autem debeat esse causa proportionata, non est nostrum iudicare, cum vt diximus spectet ad concedentem, & semper facienda est bona existimatio pro concedente, & causa rationabilis præsumpta subsit.

42 Et licet Papa possit peccare circa hanc indulgentiarum causam, tamen ipsæ Indulgentię valent, quia supplet Christus, & merita Sanctorum recondita in thesauro Ecclesiæ.

43 Debent etiam euitari Indulgentiæ indiscretæ, & asserentibus indiscretas *Caiet. de indulg. quæst. 9.* respondet verificari eorum sententiam de indiscretis, quoad euentum, non quoad causam.

44 Dicuntur indiscretæ ratione euentus quando Indulgentiæ aliàs bonæ concessę pariunt propter eorum multitudinem, quasi contemptum, aut ipsarum, aut satisfactionum pœnitentiarium, & tales sunt validę, sed si sunt indiscretæ ex rationabili causa, aut omnino, aut quo ad tantam quantitatem sunt inualidæ *Caiet. loc. citat. relat. à Sorb. verf. indulg. loc. cit. fol. 316.*

45 Dicuntur etiam indiscretæ, si sunt concessæ à non habente facultatem, vel sine causa, quæ probari non possit *gloss. in clem. 1. §. r. vers. indiscretè de priuileg. vel ex Syl. indulg. quæst. vlt.* si sunt concessæ de facto, quando non potuerunt concedi de iure, & defectu authoritatis, aut excedendo quantitatem taxatam, & demum quando probari non possunt *Zenzel. arg. c. quoniam c. post cessionem de probat. & de fid. instrum. c. 2. vid. Cord. q. 41.*

46 Dices, est simonia dare spirituale pro temporale, sed Indulgentia est quid spirituale supernaturale, & remittit pœnas, seu distribuit thesaurum Ecclesiæ, sed causa, pro qua conceduntur sunt temporalia ergo? Resp. dantur minus principaliter vt medium ad spiritualia, non autem finaliter, nec pro precio pecuniæ, item pro pietate in præmium boni affectus, non autem pro illo opere simpliciter, dicam infra hoc *cap. vers. infert etiam Triumph.*

47 Hinc pro opere spirituali tantum, puta pro oratione bene possunt concedi, licet aliter sentiat *Bonauent. distin. 20. art. 2. quæst. 4.* cui respondet *Cord. quæst. 21.*

48 Ex his dicerem, quod si iniustè aliqua Ciuitas, Terra, seu Oppidum Ecclesiæ Romanæ occuparetur, oppugnareturq; ab aliquibus Magnatibus parum Dei, & conscientiarum suarum timoratis contra quos adhibitis per Romanum Pontificem omni ope, & auxilio pro ipsarum recuperatione, etiam publico anathematis spiculo occupatores feriendo, sacrisq; omnibus Vrbi eorum, & prouinciæ interdicendo, si nihilominus adhuc de ijs reintegrari non valuerit, posset indulgentias concedere omnibus illis qui aliquem ex occupatoribus dictorum bonorum occiderent; concurrente enim iusta, & legitima causa, quæ est recuperatio bonorum Ecclesiæ, videretur consecrare manus suas Domino in filijs suis sicut, & Moyses iussu Domini in fratribus, filijs, amicis, & proximis suis; quibus dixit *Exod. 32. num. 27. hæc dicit Dominus Deus Israel, ponat vir gladium super femur suum, ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnus quisque fratrem, amicum, & proximum suum; feceruntq; filij Leui iuxta sermonem Moysis, cecideruntq; in die illa quasi triginta millia hominum, & ait Moyses, consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.*

49 Sic igitur his occidentibus indulgentia, sicut & illis benedictio dari posset. Solent enim concedi indulgentiæ adeuntibus bellum contra Turchas, vt in nonnullis Bullis Summorum Pontificum patet *Innoc. III. Ad liberandam 12. Pius V. Cum nos 146.* & in constitutione *Postquam 142.* & in nonnullis alijs dum loquuntur de Cruce signatis, habentur namq; isti oppugnatores, & occupatores vti inimici Ecclesiæ, & præcisi, ac separati à corpore illius, vide *R. D. Abraham Bzouium Polonum Ord. Prædic. tom. 14. Annalium Baronij sub anno 1309. à fol. 127. ad 140.*

50 In prædictis causis, etsi prima vice indulgentia plenaria concedatur, tamen quia ad impetrationem, vel absolutionem, pij negotij cuius causa plenaria indulgentia tribuitur sæpe opus est diuturna, vel gratiarum actione, vel precatione, seu eleemosyna, ope-

opera & labore, propterea propter primam plenariæ indulgentiæ largitionem quotiescumque ad Rei effectum eadem sancta opera pro viribus, & facultatibus iterata exercebuntur, toties dari solet temporaria indulgentia arbitrio Sanctissimi, *vt ead. sac. Congregat. super sess. 25. c. vlt. de indulg.*

51 An indulgentia debeat à Papa dari pro actibus exterioribus *Triumph. quæst. 30. art. 1.* concludit affirmatiuè, tam ex parte indulgentiæ, quam ex parte pœnæ, quam ex parte thesauri *Sot. lib. 4. distinct. 21. quæst. 2. art. 2. Armill. ind. n. 16.*

52 Infert etiam *Triumph. ibid. art. 2.* quod Papa potest facere indulgentias pro bonis temporalibus, quatenus temporalia sunt ordinata ad spiritualia, temporalia enim tripliciter ordinantur ad spiritualia primo quātum ad acquisitionem bonorum spiritualium iuxta *Thob. 12. eleemosyna à morte liberat*; secundo quantum ad ipsorum satisfactionem iuxta illud *Daniel. concilium meum audi Rex*; tertio quantum ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ spiritualibus deseruientium iuxta *Apost. 1. ad Corinth. 9. si nos vobis spiritualia seminamus &c.* & sic colligitur non esse simoniam, vt supra dictum est *vers. dices est simonia.*

53 Negat tamen art. 3. Pontificem ita debere dare indulgentiam habentibus bonam voluntatem dandi aliquid temporale, sicut actu dantibus, quia indulgentiæ fiunt ad releuandum indigentiam pauperum, & Ecclesiæ, quæ non releuantur per solam voluntatem dandi, sed per datum, & semper indulgentiæ cantant, *quicumq; dederit &c.*

54 Magnæ indulgentiæ concessæ pro paruis causis valent, licet concedens peccet, & non benefaciat *Tol. lib. 6. cap. 28. num. 1. & 2. ex D. Thom. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Ant. p. p. t. 10. cap. 3. Thesau. for. ecclesiast. p. p. c. 7. n. 19. fol. 78.*

55 Quæres quare Summus Pontifex, & Episcopi mouentur ad concedum indulgentias? Resp. propter aliquam causam piam, de qua dictum est supra verb. *ista causa debet esse vniuersalis*, & diximus etiam *supra in p. p.*

56 In concedendis indulgentijs etsi nulla forma requiratur, nihilominus duplex traditur, ferenda scilicet, & lata; forma pro indulgentia ferenda dicitur, cum Papa concedit, cum quis est in articulo mortis possit absolui à culpa, & pœna; lata vero cum concedit indulgentiam illi, cui eo ipso quod in gratia, & omnibus culpis remissis, moriatur; in prima requiritur necessarius actus hominis, secus in secunda, & verba accommodantur secundum prędictas formas *Suar. disp. 56. sect. 1. num. 2. 5. & 16.*

57 Est controuersia inter DD. an indulgentia sit strictè, vel largè interpretanda, de quo *Suar. disp. 56. sect. 2. n. 5.* & qui asserunt stri-

ctè

ctè interpretandæ sunt *Hostiens. in cap. licet de transilat. Episcopi gloss. in regul. Cancell. 56. Nauarr. not. 9. num. 8. & 9. sequen. Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. artic. 3. l. humanitatis C. de impub Nauarr. cons. 1. de vsuris in fin. c. 17. prope finem.*

58 Horum fundamentũ est, quod licet indulgentia sit fauorabilis respectu eius, cui conceditur, tamen est odiosa simpliciter respectu cõcedentis, ideo restringenda *argum. cum ex eo de pœniten. & remiss. &c. ibid.*

59 Qui vero latè interpretandam dicunt *gloss. in clem. vnica de reliq. & venerat. sanct. Syl. indulg. num. 8. 20. & 22. Cord. quæst. 19. dist. 1. cont. 4. conclus.* ratio istorum est, quia beneficium principis est latè interpretandum *cap. olim de verb. signif. cap. cum dilectus de donat. l. fin. ff. de const. Princip.* secundo quia opus charitatis.

60 *Suar.* distinguit *num.* 4. quod respectu concedentis, seu quoad potestatem concedendi, strictè est interpretanda, ideo moderatè concedi debet, ideo consideranda sunt verba *Conc. Trident. sess. 25. in fin.* Respectu eius, cui conceduntur consideranda sunt, impositio alicuius operis seu oneris, & sic strictè interpretanda, aut concessio alicuius remissionis, & sic largè.

S V M M A R I V M.

Quæstores prædicantes indulgentias, quas cõditiones habere debent. 1.
Nomen quæstorum, & vsum dissoluit Conc. Trid. 2.
Contra quæstores inuehitur Nauarrus. 3.
Quæstores hodie nullo modo per se, vel per alios possunt prædicare. 4.
Indulgentiæ erunt odiosæ per quæstores. 5.
Pius V. reuocauit omnes indulgentias, quæ facultatem quæstuandi continebant. 6.
Indulgentia concessa à Clemente VII. an censeatur sublata per Bullam Pÿ V. 7.
Indulgentias prædicari populo prohibet Concil. Trident. nisi debitis temporibus. 8.
Assistentes in publicatione indulgentiarum an à Capitulo, vel ab Episcopo eligendi sint. 9.
Conc. Trident. pro consequendis indulgentÿs vetat omnes abusus. 10.
Religiosi non possunt publicare indulgentias sibi concessas sine licentia Ordinarÿ. 11.
Indulgentiæ concessæ Confraternitatibus non possunt lucrari sine licentia Ordinarÿ. 12.

DE QVAESTORIBVS, PVBLICATIONE, & prædicatione Indulgentiarum.

Cap. XIII.

1 
VAESTORES prædicantes indulgentias plures debent habere conditiones, primo vt nihil populo præmittant, nisi quod in litteris continetur; secundo vt formam eis taxatam non excedant; tertio vt ad hoc destinati sint modesti, & discreti; quarto vt in Tabernis, & alijs locis incongruis non hospitentur; quinto vt cum bono exemplo viuant, & si publicè delinquunt Episcopus puniet iuxta *cap. tuarum de priuil. Nauarr. de oratione not. 22. nu. 27. & de ind. not. n. 1. 6.* vt inutiles, & suntuosas expensas non faciant; septimo vt falso modo alicuius religionis habitum non deferant &c. *in cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. clem. abusionibus eod.* in quibus iuribus est taxata for-

forma publicandi indulgentias, vide *Triumph. q. 30. art. 6. Rodcan. quæst. q. 98. art. 1.*

2 Hodie nomen, & vsum quęstorum penitus substulit *Conc. Trident. sess. 21. cap. 9. de reformat. non obstantibus &c.* & priuilegia personis, locis, vel ordinibus ipsorum concessa, sunt reuocata per *d. Clem. abusionib.* de qua reuocatione *Graff. p. p. cap. 7. n. 29. vers. & quoniam.*

3 Contra eosdem quæstores inuehitur *Nauarr. not. 31. num. 45. & seq. vbi plura vide.*

4 De quęstoribus notat *D. Paul. ad Chorinth. 1. & 16. de collectis quæ faciunt &c.* item *Concil. Trident. sess. 5. cap. 2. §. quæstores de reformat.* præcipit huiusmodi quæstores, seu eleemosynarios cuiuscumque conditionis, nullo modo per se, aut per alium prædicare præsumant, & secus facientes per locorum ordinarios puniri mandat, priuilegijs quibuscumque non obstantibus.

5 Et Glossator in *reg. 56. Cancellariæ* dicit quod indulgentiæ sunt odiosæ propter quæstores, qui non quærunt commodum animarum, sed potius pecuniarum.

6 Nouissimè *Pius V. in Extrauag. etsi Dominici edita 6. idus Februarij 1576. de qua Quaranta verb. ind.* reuocauit omnes, & singulas indulgentias etiam perpetuas, & gratiarum remissiones, quibuscumque concessas, pro quibus consequendis manus adiutrices porrigendæ sunt, & quæ facultatem quæstuandi quomodolibet continerent.

7 Qua quidem extrauag. non censetur sublata indulgentia Clem. VII. concessa Ecclesiæ Treueren., qua concedebatur deuotè visitantibus, & dictæ Ecclesiæ aliqua subsidia distribuentibus centum ann. de indulgentia, non obstante clausula derogatoria, *vt Nauarr. cons. 17. num. 7. de pœnit. & remiss.* ex eo quod conceditur distribuentibus aliqua bona dictæ Ecclesiæ secundum fidelium deuotionē, quæ cū sit indulgentia de porrigēdo manus adiutrices videtur reuocata per Piū V. Neq; obstat clausula derogatoria apposita à Clemēte VII. quia illi derogatur per eumdem Pium V. qui derogat omnibus clausulis derogatorijs, quæ alicubi possunt inueniri, habendo illas prout de verbo ad verbum expressas, quæ secundum stylum sufficit non obstāte aliquorum scribentium opinione in *c. accedentes de præscr. in l. si quis ff. de legat. 3.* cum decretum Congregationis *Conc. Trid. sess. 21. c. 9.* non tollat gratias ante concessas ex Congreg.

8 Imo *Conc. Tridentin. d. sess. 21. c. 9. §. indulg. vero de reform.* ad euitandos abusus prohibet indulgentias, aut alias spirituales gratias publicari populo, nisi debitis temporibus per Ordinarium loci, adhibitis duobus de Capitulo, quod etiam olim erat ordina-

tum *in Conc. Colonien. cap. 16. & alijs Concilijs*, de quibus *in d. cap.* fit mentio, daturq; facultas colligendi eleemosynas, nulla tamen mercede accepta.

9 Fuit propterea multoties dubitatum an prædicti duo de Capitulo adhibendi, essent eligendi ab Episcopo, vel ab ipsomet Capitulo, sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum pluries declarauit ab ipso Episcopo eligendos, vt nouissimè 22. Iunij 1624.

10 Et *sess.* 25. pro consequendis indulgentijs vetat omnes, & singulos abusus, & prauos quæstus, mandatq; omnibus Episcopis, vt diligenter quisque huiusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat, eosq; in prima Synodo prouinciali referat, vt aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad Romanum Pontificem deferantur, cuius authoritate, & prouidentia, quod vniuersali Ecclesiæ expediet statuetur, & ita sanctarum indulgentiarum munus piè, sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

11 Eadem sacra Congregatio Concilij Tridentini sæpius censuit, Regularibus non licere, etiam in ipsorum Ecclesijs, etiam prætextu priuilegiorum publicare, vel proponere populo indulgentias sibi ipsis olim, & de nouo concessas sine licentia, & approbatione, vel authoritate Ordinarij, secus olim à Romano Pontifice concessas, quas sine dicta licentia publicare possunt, vllo etiam verbo cum eis facto, vt in vna *Regent. num.* 757.

12 Similter nec possunt publicari indulgentiæ, quæ Confraternitatibus quibuscumque sunt concessæ prætextu priuilegiorum ipsarum Confraternitatum, puta Rosarij &c. etiam quod sint antiquæ, nisi de licentia Ordinarij, & seruata forma præscripta à sacra Congregatione Concil.

13 Neque alij sine eiusdem Ordinarij licentia non obstante quacumque exemptione, priuilegijs &c.

14 Participãtes vero gratias à Sede Apostolica concessas Confraternitati Conceptionis in S. Laurentio in Damaso ab Ordinario haud esse impediendas eadem Congregatio censuit.

15 In aliena Diœcesi neque possunt publicari indulgentiæ sine licentia Ordinarij, alias ipse Ordinarius procedet contra secus facientes etiam quod exempti sint ex declaratione 332. *& super sess. 6. cap. 9. & sess. 24. cap. 11. & sess. 25. de indulg. Zer. de ind. q. 3. p. 1.*

Multo minus potest quis publicare indulgentias in sua Ecclesia concessas sine licentia dicti Ordinarij, non obstante quacumque exemptione.

Item Pius V. in Bulla quæ incipit Quam plenum indixit excommunicationem, cuius absolutionem sibi reseruauit contra omnes Epi-

Episcopi inferiores proponentes populo indicem casuum, & gratiarum cum indulgentijs, ita quod soluta certa quãtitate pecuniæ possint sibi sumere sacerdotem, qui eos absoluat à casibus Episcopalibus. Episcopi autem incurrunt suspensionem ab ingressu Ecclesiæ & perceptione fructuum ad beneplacitum Papæ, vide *Conc. Trid. sess. 22. cap. 9. & sess. 25. de indulg.*

16 Religiosi prædicantes indiscretas indulgentias, etsi peccent mortalter, nullam tamen incurrunt pœnam ipso facto, *ex Clem. Religiosi de priuil. vt Cord. quæst. 41. Syl. Tabien. Armill. verb. indulgen. Nauarr. not. 31. num. 45.*

17 Quam Clementinam *Host.* intelligit quoad Religiosos prædicantes huiusmodi indulgentias ad sui fauorem directè, vel indirectè, secus si non ad sui fauorem.

Indiscretæ dicuntur si non sunt concessæ de facto, si non potuerunt concedi de iure, & si probari non possunt *Syl. ind. quæst. vlt. gloss. Clem. Religiosi*, & diximus supra, quæ autem ex istis indiscretis excusent in foro conscientię *Rod. q. 98. art. 2.*

18 Prædicta Clem. procedit non solum contra Religiosos, sed etiam contra clericos, & laicos indiscretas indulgentias prædicantes, ad hos enim extendit *Flor. 3. p. tit.* 18. *cap. 4. Nauarr. not. 31. num. 45. Cord. d. quæst. 41. not. 1.* non obstante, quod loquatur tantum de Religiosis.

19 Item nomine prædicationis intelligitur quælibet publicatio, & notitia, quia ad rationem causæ finalis lex est intelligenda *Syl. verb. lex quæst. 16. & 14.* licet in rigore, quoad Religiosos, intelligi videatur in sermonibus, & prædicationibus Ecclesiasticis, & non alibi cessante fraude *Cord. ibid. not. 2.*

20 Quando Sedes Apostolica ex aliqua rationabili causa cõcedit alicui pio loco, vt possit eleemosynas quærere, Episcopo Ordinario scribit per hæc verba.

Has eleemosynas, quæ in tua Ciuitate, & Diœcesi pro vsu dicti Hospitalis dabuntur, permittas, dummodo personæ, quæ colligent eas honestæ vitæ, & spectatæ religionis, & tuo iudicio approbatæ sint, minimeq; participes datarum eleemosynarum, & quæstorum nomen nullo modo gerant, sed simpliciter eleemosynarum collectores nuncupentur, quique non publicent vllas indulgentias, nec concionentur, nec circumferant sua priuilegia, nec Reliquias, nec minis, aut imprecationibus inducant fideles ad eleemosynam, non campanellam, aut alia instrumenta similia quadam quæstorũ insignia ferant, pulsentue ad excitandas personas, non petant eleemosynam tamquam debitam aut solitam, neque vlla arte, etiam prætextu dicendi orationem Sancti Antonij, aut alterius Sancti, vel aliter extorqueant pecu-

niam, sed simpliciter per modestè, & cum omni dexteritate petendo eleemosynam pro substentatione dicti Hospitalis, recipiant tantum, quod sibi liberaliter offertur, neque super his eleemosynis vllam conuentionem quouis modo faciant, etiam in vtilitatem dicti Hospitalis, diligenter autem curabit amplitudo tua, vt hæc omnia ritè obseruentur, & ad id diligenter animaduertat, imo (quo etiam Sanctitas sua conscientiam tuam grauare voluit) aduigilabit vt quidquid dictarum eleemosynarum nomine fuerit collectum, id totum in vsum tantum ipsius Hospitalis, & non in alium vsum conuertantur.

Hæc facultas quærendi eleemosynam à S. Apost. Hospitalibus conceditur sub forma prædicta, si in eis realiter hospitalitas exerceatur, & etiam quandoque nonnullis alijs religionis mendicantibus.

SVMMARIVM.

Indulgentiæ datæ sunt ad vsum hominis. 1.
Indulgentia triplex, localis, realis, & personalis. 1.
Indulgentia localis quæ. 2.
Indulgentia realis quæ. 3.
Altari non dum constructo non potest concedi indulgentia. 4.
Indulgentia non potest concedi Ecclesiæ, vel altari non dum ædificato. 4.
Indulgentia concessa per calculos orarios an valeat. 5.
Sacramentalium materia, & forma non est limitata. 6.
Calculi per indulgentiam quid sint. 7. & 8.
Orare potius in hoc loco, quam in alio quid referat. 9.
Indulgentia quare dicatur concedi tali loco. 9.
Indulgentia concessa imagini, vel cruci quid operatur. 10.
Agnus quare benedicuntur. 11.
Indulgentia personalis quæ. 12.
Indulgentiæ personalis solus homo est capax. ibid.
Infideles non lucrantur indulgentiam. 13.
Infideles an possint per indulgentiam prodesse defunctis. 14.
Cathecumenis an prosint suffragia particularia. 15.
Angeli non sunt capaces indulgentiarum. 16.
Damnati non sunt capaces indulgentiarum. 17.
Indulgentiam qui lucratur, debet habere vsum rationis. 18.
Indulgentias an Prælati possint sibi ipsis concedere. 19. & 24. & seq.
Indulgentias concedere est actus iurisdictionis. 20.
Indulgentia est veluti quædam absolutio. 21.

In-

Indulgentia prodest tantum subditis. 22.
Iudex in causa propria nemo esse potest. 23.
Papa an possit sibi concedere indulgentiam, & quomodo. 24. & 26.
Episcopus an possit se absoluere ab iniuctis per indulgentiam. 24.
Indulgentiam concedens quomodo potest eam lucrari. 25. & seq.
Papa potest sibi concedere indulgentias sicuti potest dispensare in voto. 26.
Vna persona potest repræsentare duplicem personam. 31.
Superiores quando exercent actus superioritatis possunt uti gratia, quam alijs concedunt. 34. & 35.
Episcopus an possit remittere pœnitentiam. 36.
Papa an possit sibi remittere pœnitentiam. 36.
Indulgentias à se concessas volens quis lucrari an teneatur implere conditiones appositas. 37. & 38.
Dispensare in statuto suo an Prælati possint. 38.
Indulgentias an vnus possit accipere pro alio, siue viuo, siue mortuo. 39. 40. 41.
Eleemosyna si non detur ab eo, per quem mittitur an indulgentia lucretur. 42.
Religiosus, qui non potest recipere pecuniam, an possit procurare, vt pro eo detur ad lucrandam indulgentiam. 43.
Ratificans eleemosynam datam nomine suo pro indulgentia consequenda an eam lucretur. 44.
Indulgentia huiusmodi de quo tempore lucretur, à tempore datæ eleemosynæ an ratæ habitionis. 45.
Eleemosynam dans nomine alterius pro consequenda indulgentia an debeat esse in gratia. 46.
Indulgentiam an consequatur pro existente in gratia, qui est in peccato mortali. 47.
Indulgentias pro animabus Purgatorij an peccator sumere possit. 48. 49. 50.
Excommunicati, & cæteri infideles an possint consequi indulgentias. 51.
Excommunicato si concedatur indulgentia an videatur approbatus eius status. 52.
Existens in peccato mortali an consequatur indulgentiam pœnæ illius peccati, in quo existit. 53.
Peccatum veniale an impediat effectum indulgentiæ. 54. 55. 56.
Opus quomodo faciendum vt lucretur indulgentia. 56.
Pœnæ temporalis remissio an lucretur ab eo, qui est in peccato mortali. 57.

In-

DE

DE IIS, QVI POSSVNT INdulgentiam consequi. Cap. XIV.

1 LICET solus homo sit capax Indulgentiarum, omnes tamen Indulgentiæ ad hominis vsum ordinatæ sunt, & in eis solis habent effectum, ideo conceduntur non solum personis, sed etiã loco, & rebus, vnde fit, quod Indulgentia localis, realis, & personalis dicatur.

2 Localis dicitur, quando conceditur alicui loco, puta Ecclesiæ, vel altari.

3 Realis quando conceditur alicui rei, puta coronæ, Imagini, &c.

4 Altari, seù Ecclesiæ nondum constructæ, nec ædificatæ indulgentia non potest concedi *c. ad audientiam de Eccl. aedifican.* vbi *Abb.* distinguit *gloß. ibidem vers. non possumus idem Abb. in cap. nos quidem de testam. nu. 2. DD. in d. c. ad audientiam.*

5 An Indulgentia concessa orantibus per calculos oratorios valeat? Respond. quod sic, quia est causa pia per illos orare, & est professio fidei, & deuotio ad Ecclesiam, sicut alia Sacramentalia, etiam quod
6 dicti calculi orarij non sint benedicti, quia sicut materia sacramentalium non est limitata, ita nec forma, seu modus efficiendi ea sacramentalia *c. aqua de consec. Eccl. vel Alta. Cord. q. 21. Concl. 3. Suar.*
7 *disp. 52. sect. 1. num. 10. & 11.* sunt enim calculi per Indulgentiam veluti quædam sacramentalia, non tamen in eis antecedit benedictio, vel consecratio, sicut in aqua benedicta, & sunt huiusmodi grana
8 veluti instrumenta quædam ad actum honestum, & Religiosum qualis est per illa orare, qui actus est quidam vsus sacramentalium rerum, etiam ante Indulgentiam, Determinatio vero ad has tres potius, quam ad alias, fit voluntate Romani Pontificis non sine causa, sed ad limitandam, vel determinandam Indulgentiam, ne nimis ampla, & generalis sit vt *Suar. loc. cit.*

9 Hinc infertur quid referat potius orare in hoc, quam in alio templo, & quare dicatur indulgentia concedi tali loco, namque talis determinatio multum spectat ad pietatem, ad augendam populi deuotionem, & reuerentiam circa talem locum, & Sanctum sub cuius nomine templum dicatum est; conceditur etiam interdum tali

vel

vel tali loco, vt fideles eleemosynas, & alia pietatis opera exerceant circa illud, quod sæpe pertinere potest ad maiorem Dei cultum, & Gloriam.

10 Idem dicendum est, si Indulgentia concedatur alicui imagini, vel Cruci, vel simili rei sacræ, quæ alioqui digna est veneratione, quia talis Indulgentiæ concessio ex se confert, vt illa imago in maiori habeatur veneratione, & consequenter, vt fidelium deuotio erga ipsum prototypon vehementius excitetur, sic enim solet Deus per aliquam imaginem spiritualia beneficia concedere, aut etiam miracula facere, prout expedire censet ad excitandam fidelium deuotionem, aut ad exercendam fidem, & Religionem.

11 Aliquando ex institutione Ecclesiæ tales res benedicuntur, seu cõsecrantur tamquam sacramentalia quædam, in quorum vsu est quædã fidei protestatio, pertinens ad religiosum cultum, huiusmodi sunt agnus Dei, &c.

12 Indulgentiæ personalis solus homo est capax, quia ipse solus est capax reatus pœnæ temporalis, qui per Indulgentiam remittitur.

13 Sed non omnis homo est capax, nisi sit baptizatus *cap. nihil 11. q. 3. c. si quis Catthbolica 27. q.* 4. non baptizatus enim non lucratur Indulgentiam, quia infideles sunt extra Ecclesiam, & baptismus est ianua omnium Sacramentorum, & sacramentalium, & sine baptismo quis non potest consequi gratiam sacramentalem, nec Indulgentias, nec suffragia Ecclesiæ *c. veniens de Presb. non bapt. mini.* & de his quæ foris sunt nihil ad nos *c. gaudemus de diuort. Suar. disp. 52. sect.* 1. *nu.* 2.

14 *Enr. lib. 1. c. 18. nu. 3.* tenet prodesse saltem Defunctis, sed probabilius est oppositum, quia hoc est priuilegium baptizatorum *Suar. disp. 53. sect. 4. nu. 7. & 8.*

15 Cathecumenis bene prosunt suffragia particularia ex eodem *Suar. disp. 48. sect. 6. nu. 6.*

16 Angeli non sunt capaces Indulgentiarum; quia in eis non est locus reatus pœnæ temporalis *Suar. disp. 52. sect. 1. nu.* 1.

17 Damnati nec sunt capaces Indulgentiarum *Cord. q. 7. vers. 2. pars. Paul. lib. 1. c. 1. & Suar. loc. cit.*

18 Debet etiam homo, vt lucrari possit Indulgentiam habere vsum rationis. Secundo, quod Indulgentia indigeat. Tertio, quod sit subditus.

19 An Prælati possint sibi ipsis concedere Indulgentias? Respondetur negant Durandus *dist 20 q. 5. Caiet. to. 1 opusc. tract. 5. c. 5. de Indulg. D. Thom dist. 20. art. 5. q. 4. Tab. q. 28. Armill. §. 20 Specul. tit. de pœnit. & remiss.*

20 Ratio quia concedere Indulgentias est actus iurisdictionis *cap. accedentibus de excessib. Prælat.* sed nemo habet iurisdictionem

in

in se ipsum, neque illam in se exercere potest *arg.c.* debitum de baptismo *l.penult ff.de arbit.*

21 Secundo, quia est absolutio quædam, & nemo potest se ipsum absoluere *c.fin.de inst.* Tertio, quia Prælatus non potest secum ipse dispensare in lege, ergo neque quoad thesaurum Ecclesiæ.

22 Quarto, quia prodest tantum subditis *cap.quod autem de pœnit.& remiss.* sed nemo est sibi subditus.

23 Quinto, quia quis non debet esse Iudex in causa propria.

24 *Benz.lib.2.c.39.vers.6.* tenet quod sacramentalem satisfactionem non potest quis sibi administrare, sed alter per modum sententiæ in iudicio pœnitentiali, at indulgentiam potest Papa, & Episcopus sibi applicare, non per modum absolutionis, sed applicare sibi ex thesauro absolutionem, sicut alij cum hac tamen differentia, quod Papa potest sibi immediatè ex causa concedere Indulgentias, & absoluere se ab iniunctis, cũ sit caput Ecclesiæ, & supremus Iudex, & hæc fauorabilis iustitia in se ipsum nullam vim coactiuam requirit in se, vt requirit in absolutione à peccatis *Enr.lib.7.c.32.§.3. Ledes. dist.20.q.4.dist.38.q.4.art.4. Sot. dist.21. q.1.ar.4.* Episcopus vero, & alij inferiores nec sibi soli possunt Indulgentias concedere, nec ab iniunctis se absoluere, nec in ieiunio, vel in votis secum dispensare, sed id committere debent Confessario per ipsos electo *Palud.in 4.dist.38.q.4 ar.4. Syl.votum 4.§.3. vers.11.Panor.c. magnæ deuoto Ang.verb. votum 4. §.7. Rosel.eod.5. nu.2.Enr.lib.7.c.1.§.3. & c.28.& c.32.§.3. Suar. disp.52.sect.1.nu 14.Benz.lib.5. c.15. dub.12.* vbi explicat modum,

25 quo concedens possit consequi Indulgentias *Nauar.not 20.num.9. & 18.* vbi an lucretur per participationem, & iurisdictionem concessam, siuè per participationem communem de thesauro, siue per dispensationem, & etiam quo modo Papa subijciatur Confessori, & concludit lucrari concedentem, vt in sequenti dubio dicetur.

26 *Et Enr.lib.7.de Sacramentis c.32.Suar.disp.12.sect.1.n.19.* probabilius tenent, posse Papam sibi concedere Indulgentias sicut potest dispensare in voto, non autem alij Prælati, sed posse consequi Indulgentias alijs vniuersaliter concessas, vel per proprium confessarium, cui darent hanc facultatem, ratio diuersitatis, quia Papa habet omnimodam, & independentem potestatem, alij vero Prælati non, nec possunt immediatè sibi indulgentias concedere, posse tamen illis frui, quas concedunt omnibus, qui terminatum aliquod opus fecerint, tamquam partes Reipublicæ.

27 Absolutè tamen affirmant *Palud. dist. 20. quæst.4. art.3. concl.5. Sot.dist.20 q. 1.art. 4.in fin. Ricc. dist.20 num.4.q.3. Vig.c.16.§.6. num.24. Nauar.not.20.Cord q.23.& 32.Syl. Indulg.num.21. vers.4. Barb.p.3.alleg.88.nu.28. Zab. cap.1. de raptor. Ioan. Andr. Calded. & ca-*

& cæteri c.cum ex eo de pœnit.& remiss.Archid.Gemin.& Franc.c.fi. eod.lib.6.Fel.serm.de Indulgen. Mar.Socc.in c.nostro num.45. ad 49. Azo.p.2.lib.3.cap.54. vers.8.quæritur & cap.55. q.vlt.Reginal.lib.7. nu.199. est communis.

28 Ratio quia non vtitur directa iurisdictione in se ipsum, nec debet esse peioris conditionis, quam alij subditi.

29 Secundo, quia datur authoritate iurisdictionis, & administrationis generalis, per quam potest vti sua Indulgentia, & datur etiã authoritate administrationis generalis, per quã põt dispensari thesaurus Ecclesiæ, ergo illa posita generaliter, potest vti sicut sacerdos, qui conficit Corpus Christi, vt communicet alios, & tamen vtitur etiam ipse, facit *tex.in l.si Consul.& l. sequen. ff. de adoptionibus*.

30 Tertio, quia habet vim statuti, & est perpetua, & sic potest illa vti tamquam alter.

31 Quarto, Vna & eadem persona potest præsentare duplicem personam *cap.à collat.de appell.lib.6. DD. in cap.per venerabilem, qui Filij sunt legit.* vbi Rex habens filios naturales & spurios, potest dispensare super illorum legitimatione, quia non tamquam Pater, sed tamquam persona Regis dispensat *Nauarr. not.31. n.31.* & exequutores testamenti, qui tenentur distribuere mille pauperibus in communi possunt sibi, & consanguineis pauperibus tribuere partem eleemosynæ legatæ *Abb. in c.fin.de cohabitat.cleric.& Mul.* ita in concessione Indulgentiæ.

32 Ad opposita respondetur, & primo ad primum ijs, quæ dantur authoritate iurisdictionis alijs, posse, & ipse vti.

33 Ad secundum frui non per modum absolutionis directè, se ipsum absoluendo, sed indirectè per sacerdotem electum, vt illum absoluat.

34 Ad tertium posse superiores in actibus, qui nõ sunt iudiciariæ potestatis, sed superioritatis tantum licentiam sibi ipsis dare, nisi specialiter ipsis prohibeatur.

Ad quartum vti Indulgentia alijs data.

35 Ad quintum, vt in primo, & tertio, quando enim superiores exercent actus superioritatis tantum, possunt etiam ipsi vti gratia, & vt possunt alijs dare licentiam alloquẽdi cum Monialibus sibi subiectis, ita permittitur sibi absque alia superioris licentia *Caiet. 2. 2. q. 96. art.5.* dicens, quod in suis legibus potest superior eo modo secum dispensare, sicut & cum suis subditis.

36 An autem Papa vel Episcopus posit sibi remittere pœnitentiam per Confessarium iniunctam *Io.And.in c.fin.de pœnit.& remiss. lib.6.* negat.

37 An Prælatus volens lucrari huiusmodi Indulgentias à se concessas teneatur implere conditiones, seu facere opus omnibus communiter iniun-

iniunctum, & non posit, in hoc quoad se dispensare, seu illud commutare in aliud opus, loco illius, pro Indulgentia lucranda? Respondetur duplex est opinio, prima *Riccar. in 4. dist. 29. art. 4. q. 3. Palud, q. 4. art. 3.* negantium nisi sub ea forma, quæ alijs concedi potest, etiá quod sit Papa *Nauar. not. 20. num. 9. & 18. Cord. q. 31.* vbi duas opiniones affert.

38 Alij vt *supplem. Gabr. dist. 45. quæst. 3. art. 2. propos. 7.* dicunt, quod non tenetur adimplere in propria forma tale opus, sed potest secum dispensare, & in aliud opus pium commutare, quia cum pendeat assignatio operis ab ipso concedente, sicut potest cum alijs dispensare, sic potest secum, ergo idem potest Papa per se *D. Thom. in 4. dist. 20. ar. 5. q. 4. Caiet. p. 2. q. 96. ar. 6.* vbi Prælatus potest secum dispensare in lege, & statuto suo, & hoc forte *Riccar. & Palud.* intenderunt, hoc est, vt fiat opus pium, sicut alij, nisi secum dispenset æquiualenti alio opere *Cord. q. 31.*

39 An vnus posit accipere indulgentiam pro alio siue viuo, siue mortuo? Resp. affirmatiuè duobus concurrentibus, primum, quod à concedente indulgentias exprimatur, secundum quod adimpleatur causa, pro qua facta est Indulgentia simul cum authoritate applicantis *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. & q. 1. art. 5. quaestiunc. 3. & in addit. ad 3. par. q. 27. art. 3. Palud. in 4. q. 3. art. 3. Tab. §. 3. not. 22. n. 32. Triumph. q. 31. art. 4. Cord. q. 26. Suar. disp. 52. sect. 7. n. 2. Graff. lib. 2. c. 5. n. 62.* probatur, quia vel applicaret Indulgentiam, iam habitam, & hanc non potest, quia dona Dei sunt sine pœnitentia, vel applicaret nondum acceptam, & neque hoc posset, quia non pendet ex sua, sed concedentis voluntate, quamuis enim quis posit applicare opus suum, quod facit, non tamen indulgentia ratione dicta.

40 Quid si à concedente non exprimatur? Respondetur, tunc opera, quæ per aliũ fiunt, dupliciter considerantur, primo quatenus sunt merè personalia, quæ non dicuntur propriè fieri nisi per se fiant, non autẽ per alium, vt est visitare Ecclesias, ieiunare, orare & similia. Secundo quæ versantur circa extrinsecam materiam, & sufficit eorum causalitas, & quod instrumentaliter, seu ministerialiter fiant, primo casu non possunt per alium fieri, nec facta ratificari, quia quisque debet per se adimplere, quando simpliciter sunt iniunctæ nisi concedens dicat siue per se, siue per alium. Secundo casu, etiam quod simpliciter imponantur, possunt per alium adimpleri, nisi specifice dicatur per se, quare Dominus, qui dat eleemosynam per famulum simpliciter, & absolute est Domini; secũdum quid vero, seu materialiter est famuli.

41 Operans tamen loco alterius non dicitur dare Indulgentiam ei pro quo operatur, sed Pontificem illam applicare tali conditione.

42 Dices si famulus eleemosynam non dat, quia furatur, vel non ita

efi-

efficaciter, vt Bulla mandat, an Dominus lucretur Indulgentiam? Respondetur non, etiam quod per eum non steterit, nec fuerit in culpa, quod non detur, quia nec per se, nec per alium dedit.

43 Ex his sequitur, quod Religiosus, qui non potest per se, vel per interpositam personam accipere pecuniam, ex vi regulæ potest per spiritualem amicum procurare, vt detur pro eo ad lucrandam Indulgentiam, & tunc dicitur facere per se *Rosell. Indulg. §. 17. Maior. in quarto dist.* 20.

44 An ratificans eleemosynam datam nomine suo ab aliquo amico motu proprio pro Indulgentia consequenda eam lucretur? Respõdetur affirmatiuè, quia rati habitio retrotrahitur, & mãdato cõparatur.

45 De quo tempore lucratur Indulgentiam ratificans, à tempore datæ eleemosynæ, vel sequuta rati habitione? Respondetur à tempore ratificationis *Cord. d. q.* 26.

46 An requiratur, quod famulus sit in gratia tempore quo facit eleemosynam à Domino demandatam? Respondetur nihil refert, quod sit in gratia, vel in peccato, aut quod hac, vel illa intentione operetur, quia in eo non attenditur nisi ipsa exequutio, quæ est quasi actio exterior Domini præcipientis *Suar. disp. 52. sect. 7. nu.* 2.

47 Et qui est in peccato mortali potest consequi Indulgentiam pro eo, qui est in gratia, quia qui lucratur est iustus, & malus in hoc casu non satisfacit pro alio, sed solum facit opus, cui Papa applicat thesaurum Ecclesiæ *Nauar. not. 22. nu. 30. & 31. & cons. 10. de priuil.* nisi aliter ex Bulla specialiter, vel alio iure caueatur *Cord. q. 26. vers. 3. prepos. Suar. disp. 54. sect. 4. nu. 5. & 6.*

48 Hinc patet, quod peccator potest sumere Indulgentias pro animabus Purgatorij prout infra dicemus, quia existens in peccato mortali potest per modum suffragij lucrari Indulgentias pro animabus Purgatorij *Rod. q. can. to. 2. q. 96. art. 4. Nauar. not. 17. Triumph. q. 32 ar. 2. Ioann. Chrysost. hom. 22. c. 8. Matth. Hostien. in summ. tit. de remiss. cap. scissitantibus 15. q. 8. c. pro obeuntibus 13. q. 2. Nauar. c. fi. de pænit. dist. 4. Sot. in 4. dist. 45. q. 7. art.* 1.

49 Licet aliter sentiat *Bellar. lib. 1. c. 14.* de indulgentijs nisi fiat opus in persona Ecclesiæ. *Emanuel sa* verbo *Indulg. num. 2. Ang. Indulg. §. 21. Summ. Coron. Confess de Sacrif. Missæ nu. 29. vers. sea dubium* vbi affert distinctionem *Soti*, quod si Indulgentiæ concedãtur pro facienda aliqua eleemosyna, quod Indulgentia valet defuncto si fiat ab existente in peccato mortali, secus si fiat Indulgentia pro dicendis orationibus, vel Ecclesijs visitandis, ratio diuersitatis secundum *Sotum*, quia in primo casu non consistit in ratione meriti, sed quia Indulg. applicatur Defuncto quomodocũque soluatur pecunia, sed in secundo casu, quia sunt propria opera facientis, si fiant in peccato nul-

lius sunt roboris, sed de hoc infra, sed prima opinio est verior.
51 An excommunicati Hæretici, & Infideles possint lucrari Indulgentias? Respondetur negatiue, quia sunt membra abscissa, & non participant Influxum, & communionem aliorum membrorum Ecclesiæ, ideo stylus, seu forma concedendi Indulgentias est, vt pro solis fidelibus concedatur.
52 Nec Pontifex concedendo Indulgentiam alicui, qui sit excommunicatus videtur approbare statum illius, cui fit concessio iuxta opinionem *Ludou. Bonon. tract. de Indulg. nu. 107.* intelligitur enim quatenus sit capax, & sufficiens ad recipiendam talem Indulgentiam *Suar. disp. 52. sect. 2. nu. 2. & 3.*
53 Existens in peccato mortali, nec consequitur Indulgentiam pœnæ peccati illius in quo existit.
54 Peccatum vero veniale, licet aliqui teneant non impedire effectum Indulgentiæ, quia non tollit gratiam vt *Antonin. §. 5. p. p. tit. 10. cap. 3. Syl. Indulg. q. 9. §. quartum & disput. Benz. lib. 5. c. 15. dub. 8. ex Nau. & Cord. q. 25. cum alijs ibid. citat.* & videtur sentire *Suar. d. disp. 52. sect. 2. nu. 4.* quia non potest reatus pœnæ auferri, manente culpa, loquendo de effectu Indulgentiæ, quæ consistit in absolutione à pœna temporali, applicando thesaurum Ecclesiæ ad hunc effectum, ex *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 5. quæstiunc. 1.* sed si præter Indulgentiam fiat applicatio meritorum Ecclesiæ, posset prodesse quoad impetra-
55 tionē bonæ dispositionis, &c. nihilominus *Nauar. not. 32. in gloss. Extrauag. Greg. XIII. vers. deuotè nu. 54.* distinguit, si enim ita peccet quis venialiter in actu, in quo Indulgentia est consequuturus, vt talis actus non sit moraliter bonus, tunc impediretur effectus, si autem actus sit moraliter bonus, saltem pro maiori parte, non tolleretur effectus Indulgentiæ per peccatum veniale illi extrinsice adiunctum.
56 Alij tenent requiri, vt opus bene fiat moraliter saltem, *Adr. q. 4. de Indulg. conclus. 4 Nauar. not. 10. & 32.* satis tamen est, vt fiat opus ex suo genere bonum moraliter cum intentione lucrandi Indulgentiam quamuis desinant aliæ circumstantiæ, vt misceantur imperfectiones, & satis est vt dicta intentio sit saltem virtualis *Suar. disp. 52. sect. 6. num. 5. & 6. accedit Cord. q. 25.*
57 Quo vero ad remissionem pœnæ temporalis, licet Theologi aliqui affirmant lucrari etiam in peccato mortali, fundantes non esse ad hoc necessariam gratiæ infusionem, quia si Deus solet peccatoribus conferre nonnulla beneficia longe maiora, vt est inspirare sanctam cogitationem, &c. & suffragia Ecclesiæ valent ad obtinenda talia bona spiritualia hominibus existentibus in peccato, multo fortius inquiunt valebunt ad remissionem pœnæ temporalis.
58 Contraria tamen opinio est verior, nam ad consequendum fructū,

& effectum Indulgentiæ eamq. lucrandam requiritur status gratiæ, ideo semper additur in eius forma confessis,& contritis *Suar. sect. 2. num. 6.* & sic tam ex parte formæ Indulgentiæ, quam ex parte conditionis Indulgentiæ, quam etiam ex parte ipsius pœnæ, cuius relaxatio ponitur in Indulgentia, quam ex parte culpæ, qua prius non sublata, non potest tolli pœna, requiritur, vt lucraturus Indulgentiam sit in gratia *Triumph. q. 31. art. 1. Turrecrem. & cæteri ibi citat.*

59 Hinc eleemosyna facta in peccato mortali non valet per modum satisfactionis quoad se, sed per modum applicationis quoad alios.

60 Et alias diximus opera bona facta in peccato prodesse ad multa bona temporaria, puta ad salutem, honorem, potentiam, & diuitias, vt *Psal. 72. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias Ier. cap. 13. quare via impiorum prosperatur Boet. de consol. Filo. Metro. 5. lib. 1. cap. non omnis 5. quæst. 5. Psalm. 143. Promptuaria eorum plena eructantia &c.* & ad multa alia bona de quibus *cap. si quando cap. cauendum cap. quid ergo de pœniten. dist. 3. gloss. in §. quod autem eadem, & gloss. in cap. quod quidem de pœniten. & remiss.* & adducuntur in his versibus.

Quæ cum mortali bona fiunt dant bona terræ
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

61 Item prosunt ad adimplẽda præcepta; ad excusandum à nouo peccato, ad illustrandam mentem peccatoris, vt suum malum statum agnoscat, & eius pœniteat, ad quærendum virtutes morales, ne peccatum ad aliud suo pondere trahat ad quærendam cordis lætitiã, ne Angelus Custos nos omnino destituat, ne tam cito Deus nos puniat, plura *Nauar. in cap. quærat §. quod autem num. 2. de pœniten. dist. 3. in Manuali cap. 27. num. 277. de pœnit. dist. 6. num. 45. & quæ in præludio 7. num. 3. & de horis canonicis cap. 6. num. 27. & alibi, &* ad tolerabilius patiendum iudicium extremum *D. Thom. 3. par. q. 89. ar. 6. in resp. ad 3.*

62 Non tamen opera facta in peccato mortali prosunt ad quærendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem *cap. nihil de consec. dist. 5.* cuius vniuersale dictum limitat *gloss.* ibidem, vt procedat, quoad vitam, idest quoad gratiam, & gloriam præfatas, quia quoad temporalia prodest *cap. si qualibet 22. quæst. 2. Nauarr. d. cap. quærat §. quod autem de pœnit. dist. 3.*

63 Quod autem opera bona facta in gratia, & mortificata per peccatum per subsequentem pœnitentiam resurgant, & reuiuiscant, etiã alias diximus, & est communis conclusio *Doct. D. Tho. lib. 4. senten. dist. 22. quæst. 1. art. 1. ad 6. & 3. par. quæst. 89. art. 5. cap. pium de pœniten. distinct. 3.* Quia fuerunt acceptata à Deo, & in sua men-

te reposita, & statim ac quis reuertitur ad gratiam illa reuiuiscunt, habet enim homo in ea ius, & actionem, quando sunt mortificata talia opera per peccatum negatur actio, sed remanet ius, si reconciliatur non reddit nouum ius, sed competit actio per ius antiquum.

64 Dicuntur autem mortificari per peccatum mortale, hoc est quatenus suspenduntur quousque per gratiam, quæ est radix eorum fiat homo dignus eorum præmio. Per pœnitentiam vero talia opera mortificata reuiuiscunt, in quantum per eam suscipiunt efficaciam perducendi ad vitam æternam, quam efficaciam habent quatenus remanent in acceptatione diuina *D. Tho. quæst. 89. art. 5. Sot. dist. 16. quæst. 2. art. 5.*

Opera vero mortua est impossibile viuificari per pœnitentiã, quia non processerunt ex gratia, quæ est principium vitæ, & iam transierunt, ideo non possunt viuificari *D. Thom. & Sot. loc. cit. art. 6. Suar. tom 4. dist. 37. sect. 2. nu. 7.*

65 Ex quo patet peccata minus posse viuificari, quæ dicuntur opera mortifera.

66 An autem pœnitens resurgens à peccato, resurgat ad primam, vel maiorem gratiam *D. Thom. in 4. dist. 16.*

97 Non tamen est necesse, vt opus quod fieri debet pro lucranda Indulgentia fiat in gratia, quando illud constat ex multis actibus, sed satis est, quod sit in gratia in vltimo actu hoc est, quando suscipitur Indulgentia *Anton. par. 1. tit. 18. cap. 3. §. 7. in fin. Tabien. Indulg. §. Nauar not. 19.* & alij excepto *Caiet.* dummodo actus, qui fiunt in peccato sint moraliter boni.

68 Nec est necesse, vt quando quis accipit diploma Indulgentiæ sit in gratia *Sot. q. 2. ar. 3. cont. Caiet.*

69 Dices, an recedente fictione peccator lucretur Indulgentiam, quã propter peccatum non est consequutus? Respondetur non nisi expressè hoc modo concedatur *Suar. disp. 52. sect. 2. num. 12. & seq.*

70 Requiritur ergo, quod suscipiens Indulgentiam sit in charitate, & statu gratiæ, alias sequitur, quod D. Paulus ait *si charitatem non habuero, &c. D. Thom. in quarto, dist. 20. quæst. 1. art. 1. quæstiuncula 1. & Quodlib. 2. quæst. 8. art. 16. Palud. dist. 20. quæst. 4. colum. penult. Sot. dist. 21. quæst. 2. art. 3. Anton. par. 1. tit. 10. cap. 3. §. 2. Nauarr. not. 17. & seq. Tol. cap. 27. Suar. disp. 52. sect. 2.* & alij cõmuniter excepto *Maior.* quod intellige saltem moraliter, vt *Nau. not. 17. nu. 11. & 19. nu. 6.* ait enim *Phylos. 2. Ethic.* quod actus agentium non sunt nisi in subiecto bene disposito, nec beneficia conferuntur inimicis, & qui est in peccato mortali, nihil potest Deo facere gratum, nec est dignus remissione.

Præ-

71 Prædicta confirmantur ex intentione Christi,& Sanctorum,qui pro membris viuis satisfactionem obtulerunt *Sot.art.3.Clem.1.vbi gloss. de reliq.& vener.Sanctor.*

72 Quatenus enim quis habeat peccatum mortale tempore, quo lucratur Indulgentiã,saltem debet esse contritus, vt eam consequi possit,nec sufficit attritio, quia non sumus in Sacramento pœnitentiæ in quo quis ex attrito fit contritus,sed sumus in Indulgentijs,& peccati venia non datur nisi correcto *c. legatur 24. q.1. cap.peccati de reg. iur. lib. 6.* intellige de venia culpæ,non de venia pœnæ, quæ appellatur impunitas quantum ad pœnam temporalem imponendam in hoc sæculo, quia talis pœna quandoque dimittitur non correcto, vt *gloss. d.c.peccati.*

73 Et qui est verè pœnitens, & confessus habebit veniam culpæ,quam solus Deus in contritione remittit, & pœna æterna debita pro cul-
74 pa mortali commutatur à Deo in pœnam temporalem, quia sicut culpa respectu illius,in quem, vt commmissa fuit infinita,sic pœna debet esse infinita, modo quo supra dictum est, cuius infinitas tollitur per remissionem culpæ *gloss. in Extrauag. Antiquorum vers. confitebuntur de pœnit. & remiss.*

75 Et tunc dicitur quis esse in gratia, quando de peccatis commissis sentit dolorem, & vellet potius esse mortuum, quam illa commisisse, habetq. propositum illa confitendi *vt Nau.Miscell.de orat. nu.44.*

76 Et tunc dicitur vere pœnitens,quãdo ita peccata mortalia displicuerint, vt ob nullum bonum quærendum,malumuè vitandum,ea denuo admittere proponat vt *Nauar.not.17.num.9.* vbi credit non esse necessarium ad veram pœnitentiam credere numquam nos denuo læthaliter peccaturos, sed sufficere concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere, quod concipere nequeamus.

77 Et in tantum est verum,quod sufficiat, quod recipiens Indulgentiã in vltimo actu sit in gratia, etiam quod à principio fuerit in peccato, vt si illi imponatur ieiunium in prima,& secũda hebdomada,& communio in die Dominico, opera adimpleta in peccato mortali non faciunt perdere indulgentiam, si ante quam suscipiat Eucharistiam sit rite confessus *Nauar.not.19.nu.17. & Miscell.95.* Confessio enim nõ requiritur principaliter, sed tanquam medium necessarium ad communionem *Rod.in summ.cap.184.nu 14.Sot.dist.21.q.2. art.3. col.4. in fin.Graff.p.par.lib.4.cap.17.num.39.Sylu. quæst.10.vers.9. Cord. quæst.44. & 25.*

78 Idem dicendum de illo,qui se facit adscribere in libro alicuius Cõfraternitatis,qui tunc temporis debet esse in gratia *arg.l. eum qui ff. de cond.& demon.* vbi quando fit legatum alicui conditionale sufficit,

quod ſit capax purificata conditione, vnde mille relicta Franciſco, ſi reliquerit concubinam quoties illam reliquerit debentur,& *Sylu. Indulg. nu.* 32. ait, quod implens opus iniunctum in peccato mortali conſequitur Indulgentiam ſi tempore remiſſionis, ſeù mortis ſit in gratia, quod *Nauar. loc. cit.* refellit *not.* 17. *nu.* 2. & ſi in diplomate dicatur, vt confiteatur intra hebdomadam, & die dominico communicet, ſi tantum die dominico confiteatur, & communicet Indulgentiam lucratur *Nauarr. Miſcell.* 60. *dub.* 2. *num.* 225. *Sorb. Indulgen. fol.* 325.

80 An requiratur confeſſio ſacramentalis, vel ſufficiat propoſitũ confitendi? Reſpondetur, aliqui dicunt non requiri niſi in voto *Sot. & Armill.* oppoſitum tamen tenendum ex *Caiet. num.* 10. *de Indulgen. Nauar. not.* 21. ſi exprimatur, quia tunc eſt conditio, quæ niſi adimpleatur non conſequitur Indulgentiam, ſi non exprimitur, puta quia dicit viſitantibus talem Eccleſiam conceditur indulgentia, &c. ſufficit contritio, ergo conſideranda ſunt verba Bullæ, quæ ſi dicant verè contritis, ſufficit contritio; ſi Confeſſis,& cõtritis, requiritur confeſſio,& ita intelliguntur *Nauarr. & Caiet. Anton. p. p. tit.* 10. *cap.* 3. ſed licet confeſſio non debeat præcedere ante omnia opera, expediret ta-
81 men, vt omnia fiant in gratia *theſaur. for. Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 7. *num.* 26. *Nauar. not.* 17. *&* 19. *& not.* 32. *nu.* 34.

82 An requiratur, quod pœnitens acceptauerit pœnitentiam à Confeſſore, vel propoſuerit condignã facere? Reſpondetur *Caiet. q. penult.* putat requiri; oppoſitum *Nauar. not.* 21. niſi exprimetur in forma, optimum tamen conſilium eſt, quod dicit *Caiet. loc. cit.*

83 An cum requiritur confeſſio teneatur quis confiteri ſi non habet peccatum mortale? Reſpondetur *Suar. diſp.* 52. *ſect.* 3. *num.* 13. putat lucrari illum, qui non habet peccatum mortale, ſed ſolum veniale ſine confeſſione *Nauarr. not.* 18. *& not.* 30. *num.* 6. quia hæc eſt mens Pontificis, ſed melius,& tutius *Cord. q.* 28. dicit confitenda grauia venialia *Candel. de confeſſ. nu.* 53. *Theſ. for. Eccleſiaſt. c.* 7. *num.* 27. licet *c.* 15. *num.* 10. dubitet ratio, quia abſolutè iniungitur, vt reliqua opera, diximus ſupra de *Iub.* Et fieri debet confeſſio etiam ſi habet peccatum veniale: quia forſan adeſt peccatum occultum, cuius non recordatur *Rod. in ſum. c.* 184. *num.* 11. licet in hoc ſint opiniones vide *Enr. lib.* 7. *cap.* 12. *§.* 2.

84 Dices multoties cõceditur Indulgentia facienti hoc, & hoc & nulla fit mentio de contritione, & confeſsione, quomodo tunc intelligitur? Reſpondetur ſemper intelligitur talis ſuſcipientis diſpoſitio, vt ſit verè contritus, & in gratia *Nauarr. Miſcell. de Orat. nu.* 64. alias non ſufficit facere opera iniuncta, ſi non eſt in gratia.

85 Si Indulgentia dicat confessis, & contritis, an & quando confessio sit facienda *sup. & Cord. q. 27. 28.*

86 An ad consequendū iubileum, seu Indulgentiam requiratur confessio generalis peccatorum rite confessorum? Respondetur negatiue *Nauar. de iubil. not. 18. nu. 161.*

87 An qui consequitur Indulgentiam plenariam si moriatur statim euolet ad cælum? Respondetur affirmatiuè *Host. lib. 5. de pœniten. & remiss. Triumph. q. 29. art. 1. Sylu. §. 3. Anton. p. p. tit. 10. cap. 3. in initio* fauet *Suar. disp. 56. sect. 3. nu. 7.*

88 Intellige nisi quis peccet in illa lucranda, vel consequenda, vel non sit omnino plenaria.

89 Cruce signati morientes cum solo proposito trāsferandi indulgentiam lucrātur, dummodo contriti moriantur, nullo superaddito peccato, & habeant propositum satisfaciendi si facultas daretur *Trium. q. 2. art. 2. vid. Conc. Lateran. sub Innoc. III. D. Thom. Quolib. 2. q. 8. art. 16. Turrecr. de pœnit. dist. 1. §. etiam nu. 63.*

90 Religiosi bene consequuntur Indulgentias datas per Romanum Pontificem, dummodo habeant requisita, quæ Indulgentia præcipit, & obseruantia regularis in aliquo non repugnet *D. Thom. ad 3. par. quæst. 27. art. 2. Armill. Indulg. §. 5. 13. & 19. triumph. q. 31. art. 3.*

91 Est tamen notandum, quod multæ reperiuntur Indulgentiæ cōcessæ Religiosis, puta in die receptionis habitus *Rodr. q. 87. art. 1. D. Th. 2. 2. q. 189. art. 3. ad tertium & quæst. vlt. Fel. in cap. nostro de pœnit. & remiss. num. 4. per cap. admonere 33. quæst. 2. Scrut. Sacerd. fol. 87. vers. quomodo.*

92 Diebus quibus communicant *Rod. cit. art. 2.* Recitantibus Coronam Domini Nostri Iesu Christi, & B. Virginis, *art. 3.* Infirmis & senibus dicentibus vnum Psalmum, vel Hymnum.

93 Ibidem *art. 3.* minoribus de obseruantia dicētibus Missam de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis *Rod. q. 87. art. 4.* & de alijs, de quibus *Sorb. in compendio priuil. vers. Indulg.*

94 Sed Paulus Quintus, eas reformando, & quascumque quomodolibet Religionibus, vel Ordinibus per communicationem, vel alio modo concessas annullando, nouam præscripsit concessionem, vt in eius Bulla *Romanus Pontifex sub Datum Romæ 25. Maij. 1606. Tenoris infrascripti videlicet.*

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

21.alias 16.

94 *ROmanus Pontifex in B. Petri Sede constitutus, cui inter alia cælestis Indulgentiarum thesari dispensandi cura incumbit, solicite prospicere debet, ac solerter, vt huiusmodi Indulgentiarum dispensatio, & vsus ad Dei gloriam, & animarum salutem præcipuè dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confusio, aut inanis interpretatio exoriatur. Proinde cum fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster magna cum diligentia, & solicitudine procurauerit abusus, & corruptelas, tùm in communicando, & dispensando Indulgentiarū thesauros, tùm in modo illos recipiendi irreptos tollere, & propterea sua quadam Constitutione formam aggregandi, instituendi, & rectè administrandi Societates, & Confraternitates præscripserit, licet morte prauentus hanc piam eius voluntatem ad finalem exequutionem deducere, neque etiam, vt cogitauerat, circa Indulgentias à plerisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus, Religionibus, & Ordinibus Monasticis, & Mendicantibus diuersis temporibus concessas aliquid deliberare potuerit. Nos, qui nullis nostris meritis, sed sola Dei benignitate ad summi Apostolatus officium vocati sumus, susceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, vbi primum Catholicæ Ecclesiæ regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad hoc opus à dicto Clemente Prædecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis Prædecessoris eramus, iniunximus, vt in illo opere ad vlteriora progrederentur, & Indulgentias Regularibus concessas recognoscerent, ysque recognitis rem nobiscum communicarent. Cum itaque Præfati Cardinales priuilegia, concessiones, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus concessas diligenter inspexerint, & examinauerint, ac eorundem Ordinum Superiores, & Officiales pluries audiuerint, ac circa easdem Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confusiones adesse compererint, & ex iudicio eorundem etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis proposuerint valde expedire, pro eorum maiori securitate, & beneficio, vt Indulgentias ipsis Religionibus, & Ordinibus, ad instar, vel per communicationem, aut alio modo hactenus concessas annullaremus, & reuocaremus, ac alias particulares illis concederemus. Nos matura super hoc consultatione præhabita, cupientes personis Regularibus quibuscumque quorumuis Ordinum, tam Monasticorum, quàm Mendicantium*

spiri-

spirituale solatium, & iuuamen afferre, infrascriptas indulgentias, & gratias, quas personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorum legitima de causa illis concessa degentibus tantummodo suffragari debere declaramus, concedendas duximus. Omnibus igitur Christifidelibus, qui canonicè & iuxta ordines cuiuslibet Religionis, & Constitutiones Apostolicas habitum regularem à legitimis Superioribus causa profitēdi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si verè pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam; Ac cuilibet Nouitio, qui pœnitens, & confessus, ac sacra Communione refectus post completum probationis annum professionem emiserit, etiam Plenariam; Necnon cuilibet Religioso intra claustra sui Monasterij viuenti, qui in festo principali sui Ordinis confessus, & sacra Communione refectus fuerit, aut Missam recitans pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pōtificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam Plenariam. In cuiuslibet vero mortis articulo, si pariter verè pœnitens, & confessus, ac sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, saltem contritus nomen IESV ore, si potuerit, sin autem corde, deuotè inuocauerit, etiam Plenariam. Qui vero ad Presbyteratus ordinem canonicè promotus, & confessus primam Missam celebrabit; necnon etiam ijs Religiosis, qui pariter confessi, ac sacra Communione refecti eidem Missæ interfuerint, aut ipso die Missam similiter celebrabunt, etiam Plenariam; Iis vero qui de suorum Superiorum licentia à negotijs per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conuersatione separati in piorum librorum, & aliarum rerum spiritualium animos ad deuotionē, & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo sæpe considerationes, & meditationes mysteriorū fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor Nouissimorum, Passionis Domini Nostri IESV Christi, & aliorum exercitiorum, orationum iaculatoriarum, aut vocalium saltem per duas horas in diem, & noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, aut Missam celebrauerint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum Plenariam, similiter omniū peccatorū suorū indulgentiā, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea ijdem Religiosi intra claustra viuentes, qui suam Ecclesiam deuotè visitauerint, & vt præfertur orauerint, consequantur easdem indulgentias, quas visitantes Ecclesias Vrbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur, in omnibus diebus, perinde ac si

ipsas

ipsas Vrbis Ecclesias personaliter visitarent. Omnibus item Religiosis intra claustra vt supra viuentibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ in quolibet die quinque annos, & totidem quadragenas; ijs vero qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes, tanquam Prædicatores, & Lectores quinquies eandem orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas: Necnon etiam eisdem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spatio media hora orationem mentalem fecerint, ac confessi, & sacra communione vltima Dominica mensis huiusmodi refecti fuerint, sexaginta annos, & totidem quadragenas: Qui vero contrito corde, & pœnitentes eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis Culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas. Quotiescumque autem de licentia Summi Pontificis, aut suorum Superiorum in Ditiones, & Terras Infidelium, aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel Infideles, & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam conuertendum, & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, vel Missam celebrauerint, vt melius ad huiusmodi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accingent, & quando in Prouinciam, vbi prædicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Et insuper cum Superior in visitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, ijs Religiosis, qui dictis orationibus saltem spatio duarum horarum in diuerso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, necnon disciplinæ, & obseruantiæ regularis augmento pias ad Deum preces, vt supra dictum est, effuderint, si confessi, & sacra Communione refecti fuerint, aut Missam celebrauerint, Plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem, vt præfertur concedimus. Volumus autem, vt omnes supradictæ indulgentiæ, & gratiæ Religiosis regularibus cuiusuis Ordinis, tam Monastici, quàm Mendicantis duntaxat, vt præfertur concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusuis regulæ approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solemnibus viuentibus, & perpetuam clausuram seruantibus tàm Ordinarijs Locorum, quàm etiam regularibus cuiuscunque Ordi-

nis, regulæ, & instituti subiectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Cæterum omnes, & singulas indulgentias quibuscunque Ordinibus, & Institutis regularibus huiusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet personis regularibus, tam vigore priuilegiorum, & literarum Apostolicarum, quàm viuæ vocis oraculo, aut alias quouis modo per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessis, confirmatas, approbatas, & innouatas, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo reuocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum literarum præscriptum reducimus, & moderamur. Non obstan. quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac eorundem Ordinum, & Institutorum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupata eisdem Ordinibus, & Institutis, eorumq; Monasterijs, Conuentibus, Collegijs, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur vbique, quæ præsentibus ipsis originalibus litteris haberetur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxiij. Maij MDCVI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

95 Aduertendum quod Clemens VIII. nouam statuit formam aggregandi, & erigendi Confraternitates ad effectum consequendi indulgentias, vt patet in eius Bulla *Quæcumque*, tenoris infrascripti videlicet.

CLE-

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

115.

QVaecumque à Sede Apostolica ad promouendam Christifidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi maturo consilio, magnaq; prudentia, & cautione sancita, & decreta sint; tamen cum Romanus Pontifex de animarum salute solicitus progressu temporis animaduertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis obseruandis prouenire; debet pro sui Pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quãtum cũ Domino potest, adhibito salutari remedio, prouidere. Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & forsan etiam à Nobis nonnullis Regularibus ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christifidelium sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuersarum Nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Vrbe nostra, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum & alijs Ecclesiis, & Collegijs, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs locis existentes, eisq; priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta sibi concessa respectiuè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & cõmunicationibus, faciendis seruari debeat; propterea siue negligentia Superiorum Ordinum, Religionum, & Institutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, aliarumq; gratiarum prædictarum fiunt, non seruant formam in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus seruari debitam, neque præscribunt modum, quo priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuria; quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet, vt illa consequantur, nonnullæ prauæ consuetudines irrepserunt, multaq; incommoda inde prouenerunt, quibus Nos pro commisso Nobis Apostolicæ solicitudinis officio, paternaq; erga omnes Christifideles charitate prospicere volentes, hac nostra Constitutione perpetuo valitura decernimus, atque statuimus, vt in posterum tam huius Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Ciuitatum, &

loco-

locorum totius Christiani Orbis Regularium, Ordinum & Religionum & Institutorum, quibus in eorum, & quibuscunque alijs Ecclesijs & Collegijs Confraternitates sæcularium erigendi & instituendi facultas concessa est, necnon etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum cuiusuis Nationis, nominis, & instituti illæ sint, & in quibuscunque Ecclesiis, Domibus, & Oratorijs, tam sæcularium, quã vt præfertur quorumcunque etiam Mendicantium Ordinum, Religionum, Institutorum Regularium, quãuis tam Ordinaria, quam Apostolica auctoritate erectæ, ac institutæ existant, seu alias quouis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisq; priuilegia indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à Nobis, & Apostolica Sede attributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alij Officiales, seu Superiores quouis modo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum, & Institutorum vnam tantum Confraternitatem & Congregationem de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris eius testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & instituendæ pietas & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscunque alijs Ecclesiis & Collegijs erigere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscunque alijs Ecclesiis & Collegijs erigere, & instituere, cæterarum vero Archiconfraternitatum Congregationum in singulis Ciuitatibus, Oppidis, vel locis vnam etiam Confraternitatem, & Congregationem duntaxat, quæ Apostolica, vel ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati & Congregationi eiusdem, vel alterius Nationis, nominis, & instituti aggregata sit præuio similiter loci Ordinarij consensu, & cum eius litteris testimonialibus, quibus eiusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere consueuit, apud eos commendentur, sibi adiungere, & aggregare possint: Hinc vero Confraternitati, & Congregationi erigendæ, instituendæ, seu aggregandæ ea tantum priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq. spirituales gratias, indulta, quæ ipsi Ordini, Religioni, Instituto erigenti, instituenti, ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem quæ per extensionem, vel communicationem sibi quouis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar: sed expresse, & in specie communicare valeant. Statuta autem pro regimine Ordinum,

dinum, Religionum, & Institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum, & Congregationũ aggregantium edita Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non possunt, nisi ea prius ab Episcopo Diœcesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant. Insuper volumus, & ordinamus, vt prædicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis nouissimè approbatam diligenter obseruent, secundum quam priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus nominatim, & expresse, non autem per communicationem, neque ad instar, vt supra concessa, ipsis Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint, quibus Confraternitates, & Congregationes eiusdem dumtaxat Nationis, & nominis, Ordinis, Relinis, & Instituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quam in posterum aggregandæ vtantur, potiantur, gaudeant, ita vt dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri, & Officiales, & alij supradicti priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta huiusmodi, præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiusdem Ecclesiæ Capitulo, illa iuxta Sacri Concilij Tridentini decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant: quibus etiam Ministris, Officialibus, & alijs prædictis eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia, iuxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen Mensis, peluibus, & capsis, quæ in Ecclesiis, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueuerunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tam Almæ Vrbis nostræ, quam aliarum Ciuitatum, & locorum quorumcunque iuxta modum à Vicario Vrbis, & ab Ordinarijs locorum respectiuè præscribendum, obseruare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, tam Ordi-

num,

num, Religionum, Institutorum erigentium, Instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, et Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, et Congregationum erigendarum instituendarum, et aggregandarum, et quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vsus arbitrio eiusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectiuè fideliter exponere atque erogare procurent, vt omnes intelligant cœlestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri causa: sed pietatis, et charitatis excitandæ gratia iz Apostolicæ Sedis benignitate Christifidelibus aperiri. Præterea volumus, vt Confessarij, qui vigore priuilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, et communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, et Congregationibus aggregantibus concessorum, ac Confraternitatibus, et Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt, et poterūt, sæculares scilicet in Alma Vrbe à prædicto nostro Vicario, extra Vrbem vero à locorum Ordinarijs, Regulares autem non solum à prædicto Vicario nostro, et à locorum Ordinariis respectiuè: sed etiam à Superioribus approbati sint, vtque Confratres confitentes à criminibus, casibus, et censuris, iuxta dictorum priuilegiorum (quatenus tamen sint in vsu, et sacris Concilij Tridentini Decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, et nostris Constitutionibus non aduersentur, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehēsa sint) formam, & tenorem dumtaxat absoluere valeant. Decernimus insuper, & vt ijdem Confessarij prædictos Confratres cuiuscumque gradus, status, conditionis, & praemintiæ, etiam si speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in litteris, quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum, Monialium, si videlicet sine necessaria, & vrgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia concessa abutentes prædicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus iniectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab alijs etiam casibus tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectiuè reseruatis, & pro tempore reseruandis, & etiam à quauis excommunicatione ab homine lata absoluere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu prouenientibus, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint. Demum statuimus, & pariter ordinamus, vt Confraternitates, & Congregationes vbiuis locorum, quauis auctoritate, vt præfertur, erectæ, & institutæ, et quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, et Congregationibus vbilibet existentibus ha-

be-

ctenus aggregatæ, ab eisdem respectiuè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus nouas erectionum, Institutionum, Communicationum, et Aggregationum literas, iuxta formam a Nobis nouissimè approbatam, infra annum, si in Europa sint, et si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur: alioquin, dicto tempore elapso, Erectiones, Institutiones, et quæcunque Communicationes priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumq; spiritualium gratiarum, et indultorum, et Aggregationes illarum vigore ipsis concessæ nullius sint roboris, et momenti, ac reuocatæ, et abolitæ censeantur eo ipso. Erectionum autem Institutionum, Communicationum, et Aggregationum, tam hactenus factarum, quam deinceps faciendarum litteræ ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, et Congregationibus gratis omnino. ac nulla prorsus mercede, etiam à sponte dantibus accepta, expediri, et concedi debeant. Quod si Ministri aliqui, Superiores, vel Officiales quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum. Institutionum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, et Confraternitatum huiusmodi, quauis auctoritate, vel priuilegio, et officio fungantur, et præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, Erectiones, Institutiones, et communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumq; gratiarum, et indultorum, aliorumq; præmissorum concessiones, necnon aggregationes per ipsos faciendæ, seu renouandæ nullius sint roboris, et momenti, et quilibet eorundem Ministrorum, Superiorum, Officialium, et aliorum prædictorum priuationis officiorum, quæ obtinet, ac inabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda pœnam, quæ ab alio, quam a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit, incurrat eò ipso. Decernentes præsentes litteras perpetuo validas, et efficaces existere et fore, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari debere, sicque nostræ mentis et intentionis existere, et ita, non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et diffiniri debere, ac irritum, et inane quicquid secus super à quoquam. quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quorumcunque Ordinum, Religionum, et Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, et Confraternitatum secularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis

statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, ac Bulla aurea nuncupatis Regularibus, Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatitatibus, Congregationibus, & Confraternitatibus saecularium, eorumq; Superioribus, & alijs quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & praeminentiae existentibus, sub quibuscunque verborũ formis, & tenoribus, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium pramissorum, etiam pluries concessis, approbatis, & innouatis.; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & insererenter, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, caterisq; contrarijs quibuscunque. Vt autem praesentes litterae ad omnium, quos concernunt, notitiam facilius deueniãt, volumus illas ad valuas Basilicarum S. Ioãnis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florae more solito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis, earundem exẽpla etiam impressa ibi affixa relinqui, factaq; publicatione huiusmodi, omnes Regulares ordines, Religiones, Instituta, & Archiconfraternitates, Congregationes, Confraternitates saecularium, quae in Vrbe quidem post mensem, quae vero in Europa, post decem menses, quae demum extra Europam fuerint, post octodecim menses à die publicationis huiusmodi computãdos, perinde afficere, & arctare, ac si earum cuilibet nominatim insinuata fuissent. Et nihilominus, vt ipsa praesentes litterae notiores fiant, magisq; omnibus innotescant. Vniuersis, & singulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per easdem praesentes committimus, & mandamus vt per se, vel alium, seu alios hasce nostras litteras, postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries, prout eis magis expediri visum fuerit, in suis Cathedralibus, & maioribus respectiuè Ecclesijs, Ciuitatum, Oppiduorum, & locorum quorumcunque eorum diœcesum, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solemniter publicent, & publicari auctoritate nostra mandent, ac faciant. Caterum, quia difficile foret easdem praesentes ad singula loca, vbi opus esset, deferri, volumus, & simili auctoritate decernimus, vt earum transumptis, etiam impressis,

manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem vbique fides habeatur, quæ ipsismet litteris haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die septima Decembris 1604. Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

M. Vestrius Barbianus.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimoquarto, Indictione secunda, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui Anno decimotertio, die vero vigesimaquarta mensis Decembris, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen., & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Io. Baptistam Manocbium, & Dominicum de Rubeis Apostolicos Cursores.

Pro Magistro Cursorum Gaspar de Bonispedibus.

96 Pro interpretatione aliquorum dubiorum dictæ Bullæ emanatæ sunt litteræ Congregationis indulgentiarum directæ Vicario Capitulari Pisano tenoris infrascripti videlicet.

Molto Reu. Sig. Hauendo risoluto questi miei Illustriss. Signori della Congregatione delle Indulgenze con auttorità, & ordine particolare hauuto viuæ vocis oraculo dalla Santità di N. S. di leuare alcune difficoltà che si trouano nell'essequire la constitutione di Clemente Ottauo fel. mem. fatta già sopra le aggregationi delle Confraterie, e dichiarare ancora alcune cose concernenti le institutioni antiche fatte da Superiori delle Religioni, fanno sapere à V. S. che si contentano, che i Superiori Regolari, à quali è stata concessa nuoua facoltà da S. Beatitudine d'instituire Confraternità secolari secondo la forma della sudetta constitutione possino confermare senza consenso dell'Ordinario de luoghi quelle Confraternite, quali si trouano canonicamente erette da medesimi Superiori Regolari auanti si publicasse l'istessa constitutione nelle Chiese proprie loro Regolari, Collegiate, doue stiano almeno dodici Religiosi di famiglia ordinariamente non ostante che nella Patente della confermatione si dica espressamente farsi ciò di consenso dell'Ordinario medesimo. Dichiarando però, che nel far nuoue institutioni nelle Chiese tanto Regolari, quanto Secolari di qualunque sorte, è nel confermar etiandio le antiche erette

te in Chiese Secolari, e Regolari ancora, nelle quali non stiano dodeci Religiosi, si debba necessariamente hauer il testimonio, e consenso dell'Ordinario, e seruare tutto il restante, che si prescriue nell'istessa constitutione.

Permettono similmente che i medesimi Regolari, a quali è stata concessa la sudetta nuoua facoltà d'instituire, possino confermare le Confratrie antiche, & instituirne di nuouo, ancorche non sia tutta quella distanza de luoghi, oue sono, o saranno tali Confratrie, che viene prescritta da Breui Apostolici, mentre però (oltre tutti gl'altri requisiti) ancora concorra à questo il consenso particolare dell'Ordinario del luogo, quale si douerà essibire in scritto, prima che si dispensi sopra tal distanza, e non altrimente.

Permettono ancora che ritrouandosi diuerse Confratrie de Secolari antiche erette canonicamente come sopra, in Chiese Regolari Collegiate di dodeci Religiosi almeno, si possino confermare, seruata però in tutto il resto la forma dalla medesima constitutione, e parimente che essendo in vna Città, o Terra più Confraternità antiche dell'istesso nome, & instituto erette canonicamente da Superiori Regolari, si possino confermare secondo la sudetta forma. Ma nell'instituire nuoue Confraternità vogliono le SS. Illustriss. che vna sola se ne possi fare in qualunque Città, Terra, o luogo, eccettuando però la Compagnia del Santiss. Sacramento quale concedono, anzi desiderano sia eretta in ogni Chiesa Parrochiale: non ostante che ci si troui eretta prima qualsiuoglia altra Confraternità.

E perche molti dubitano se per la constitutione di S. Beatitudine sopra le Indulgenze concesse vltimamente alle persone Religiose con reuocatione delle antiche, venghino reuocate anco le Indulgenze concesse alle Chiese Regolari, & à quei che le visitano, ancorche la constitutione comprendi chiaramente solo le persone Regolari senza estendersi alle Chiese loro. Tutta la Congregatione per leuar ogni dubio, dichiara che le Indulgenze concesse à quelli che visitano le Chiese de Regolari, stanno nella loro forza, e vigore, sin che la Santità Sua farà deliberatione, e però si possono lasciar publicare, quãdo nõ osti altra cosa.

Tutto questo è parso alla Congregatione di scriuere à V. S. acciò nelle occorrenze di cotesta Chiesa sappia ciò che passa in questo particolare, e lo faccia saper ancora à Vescoui della Prouincia. Et io le desidero ogni vero bene. Di Roma à 7. di Settembre 1607.

Di V. S.

Come fratello.

V. CARD. ARIGONE.

97 Quoad indulgentias societatis Sanctiss. Sacramenti est emanatũ decretum ab eadem Congregat. tenoris infrascripti videlicet.

Licet fel. rec. Paulus Papa III. per binas suas constitutiones concesserit, ut Sanctissimi Corporis Christi Cõfraternitates omnes, & singula ubiuis locorum tunc instituta ac instituenda ijsdem priuilegiis, concessionibus, indulgentiis gratiis, & indultis, qua Cõfraternitati ipsius Sanctiss. Sacramenti in Ecclesia S. Maria supra Mineruam de Vrbe erecta, à se largita fuerant, ac in posterum elargirentur, uti, potiri, & gaudere possent, ac deberent; quia tamen per nonnullas Apostolicas constitutiones, & ordinationes, qua deinceps emanarũt; præsertim vero per recol. mem. Clementis VIII. constitutionem de aggregationibus æditam, facultates, & indulgentia, tam supradicta S. Maria de Minerua, quam cæteris omnibus Confraternitatibus antea concessa, aut abrogata, aut saltem moderata comperiuntur, aliaq; hoc de genere decreta sunt, ex quibus in dubium reuocari posse videtur, an huiusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.

Cõgregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. Paulo diuina prouidentia Papa V. indulgentiarum reformationi Præfectorum optans summopere Sacratissimi Sacramenti venerationem, & cultum in dies magis augeri, ad idque Christifideles spiritualibus gratiis excitã. speciali Sãctitati Sua ordine viua vocis oraculo habito, Decernit ac declarat, iuxta easdem Pauli III. constitutiones, omnes & singulas Confraternitates Sanctissimi Corporis Christi ubique Terrarũ hactenus Apostolica, vel Ordinaria auctoritate, erectas, vel de cætero erigendas, absque noua, aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione, fore, ac esse debere participes quorumcunque priuilegiorum, concessionum, indulgentiarum, facultatum, gratiarum & indultorum à Sanctitate Sua Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramẽti de Minerua per Breue dat. Roma apud S. Petrum die 3. Nouembris 1606. nominatim & expresse concessorum, ac in posterum à Sede Apostolica concedendorum, illisq. omnibus, & singulis uti, potiri, gaudere posse, ac debere, statim atque Confraternitatum earundem erectio Apostolica, vel Ordinaria auctoritate facta fuerit, seruata tamen in reliquis omnibus prædicta Clementis VIII. constitutione. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis de indulgentiis ad instar non concedendis, nec aliis contrariis quibuscunque. Dat. Roma die 15. Februarii 1608.

R. CARD. BELLARMINVS.

Ant. Episc. Anagninus Secr.

98 Et quoad indulgentias eiusdẽ Archiconfrarernitatis B. Mariæ super Mineruam Paulus V. edidit Bullam, quæ incipit *Cum certas*, tenoris infrascripti videlicet *Paulus &c.*

PAV-

PAVLVS PAPA QVINTVS

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

98 *CVm certas vnicuique Archiconfraternitati indulgentias, et gratias spirituales, quibus de cætero fruantur, duxerimus præscribendas, idcirco omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes vestræ Archiconfraternitati, et illius Confratribus, et Consororibus, hactenus per quoscumque Romanos Ponifices prædecessores nostros concessas reuocantes, et annullantes, ac nullius roboris, ac momenti esse declarantes, De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christifidelibus, qui Archiconfraternitatem de cætero ingredientur die primo eorum ingressus si verè pœnitentes, et confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam ac tam ipsis pro tempore describendis, quam iam descriptis in dicta Archiconfraternitate, Confratribus, et Consororibus etiam verè pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui processioni prædictos Confratres in die Octauæ Corporis Christi singulis annis fieri solitæ deuotè interfuerint dictumq. Sanctissimum Sacramentum associauerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam: Necnon etiam ijs Confratribus, et Consororibus, qui dictæ processioni, cum de ordine dictæ Archiconfraternitatis iuxta illius constitutiones impediti sint similiter pœnitentes, et confessi minimè interfuerint, ac Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, et vt præfertur, orauerint etiam plenariam, in mortis quoque articulo omnibus vtriusque sexus Christifidelibus dictæ Archiconfraternitati adscriptis, qui pœnitentes, & confessi, ac sanctissima communione refecti, nomen IESV ore si potuerint, sin autem corde deuotè inuocauerint, plenariã similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea ijsdem Confratribus verè pœnitentibus, & confessis qui Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in die festo eiusdem Sanctissimi Sacramẽti sumpserint, & vt præfertur orauerint, septem annos, & totidem quadragenas: Qui vero officijs diuinis, ac processionibus dictæ Archiconfraternitatis interfuerint, centum dies, & qui sexta feria cuiuslibet hebdomadæ Ecclesiã B. Mariæ supra Mineruam de Vrbe Ordinis Fratrum Prædicatorũ deuotè visitauerint, & ibi vt præfertur orauerint, similiter centum dies; ac eisdem Confratribus, & Consororibus qui pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti processioni in qualibet tertia Dominica*

nica mensis, & feria quinta in Cœna Domini fieri solitæ interfuerint, & vt præfertur orauerint septem annos, & totidem quadragenas, & ijs Christifidelibus vtriusque sexus in dicta Archiconfraternitate non descriptis eidem processioni interessentibus ducentos dies; Necnon etiam eisdem Confratribus, & Consororibus, qui saltem contriti, & confessi in dicta feria quinta in Cœna Domini dictum Sanctissimum Sacramentum processionaliter comitati fuerint, centum dies, qui vero dictum Sanctissimum Sacramentum, tam ad infirmos, quam alias vbicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur cum lumine, vel sine lumine pariter comitati fuerint, quinque annos, & totidem quadragenas, & ijs impeditis semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam recitando, & vt præfertur orando, centum dies; insuper mulieribus, quæ iusta de causa prædictum Sanctissimum Sacramentum non comitatæ fuerint, semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam recitando, & pro infirmo pias ad Deum preces fundendo, similiter centum dies, ac prædictis Confratribus, & Consororibus, qui locum vbi Sanctissimum Sacramentum asseruatur, in feria quinta in Cœna Domini visitauerint, & vt præmissum est, orauerint, similiter centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Et vlterius vobis, ac vestræ Archiconfraternitati, vt Confraternitates aggregare, illisq; omnes supradictas indulgentias (seruata tamen forma tradita in constitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri super dictarum Confraternitatum aggregationibus edita) communicare libere, & licitè possitis, & valeatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, impartimur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisq. contrarijs quibuscunque. Præsentibus, perpetuis futuris, temporibus valituris. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die tertia Nouembris 1606. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Quibus omnibus indulgentijs, ac spiritualibus gratijs supra sigillatim descriptis prædicta Confraternitas, eiusq. Confratres vti, potiri, ac gaudere possint, iuxta constitutionem fel. rec. Clementis VIII. cuius tenor sequitur.

99 Idem Paulus V. pro Archiconfraternitate Sanctiss. Rosarij in eadẽ Ecclesia edidit aliam Bullã *Cum olim*, & Confratribus interessentibus processionibus Rosar. in qualibet 1. Dom. cuiuslibet mensis nõnullas alias concessit indulg. vt in eius Breu. incipit *Piorum*, Quorum tenores hic inseruntur.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum olim fœlicis recordationis Clemens Papa VIII. prædecessor noster ad tollendos nonnullos abusus, qui in communicandis indul-

dulgentijs & priuilegijs Confraternitatibus, dum vigebantur, insti tuebantur, seu aggregabantur à Superioribus Ordinum, Religionum, & institutorum, necnon ab Officialibus Archiconfraternitatum, & Congregationum respectiuè irrepserant per suam perpetuo valituram constitutionem inter cætera decreuisset, vt omnes Confraternitates nouas erectionum, institutionum, & aggregationum formas, quibus nouæ etiam indulgentiæ concedebantur, & concessæ renouabantur ab Apostolica Sede acciperent infra certum tempus tunc expressum, prout in eiusdem Clementis literis plenius continetur. Nos in executionem dictæ constitutionis, & mentis prædicti Clementis prædecessoris compluribus Confraternitatibus nouas indulgentias, & priuilegia concedentes, antea concessas reuocauimus, inter quas etiam supplicationibus dilectorum filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis Sanctissimi Rosarij in Ecclesia S. Mariæ super Mineruã Fratrũ Prædicatorum de Vrbe inclinati tã dictæ Confraternitati quam in omnibus alijs Confraternitatibus eiusdem Sanctiss. Rosarij omnes, & quascunque alias indulgentias à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris eisdem Confraternitatibus concessas reuocantes certas alias nouas indulgentias, quibus in posterum veterentur, concessimus, & indulsimus, prout in nostris in simili forma Breuis desuper confectis literis plenius etiam continetur. Cum autem sicut dilectus filius Augustinus Galaminius Magister Generalis dicti Ordinis Prædicatorum occasione Capituli Generalis Romæ nuper celebrati nomine complurium diuersarum Nationum eiusdem Sanctissimi Rosarij Confraternitatum Nobis nuper exposuit, quod cum ipsis Confraternitatibus prædictis minimè supplicantibus, sed nescientibus, & nil tale prorsus cogitantibus, quippe qui dicti Sanctissimi Rosarij Confraternitates, dum canonicè instituuntur indulgentiarum communicatione minimè indigeant: sed ipso iure, vigore priuilegiorum Apostolicorum illas nanciscantur, huiusmodi noua concessio, & reuocatio indulgentiarum impetrata fuerit. Idcirco Nobis humiliter supplicari fecerit, vt desuper prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui iustis, & pijs fidelium votis annuere pro muneris nostri debito tenemur, ipsum Generalem Magistrum, & Cõfratres prædictos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, absolutos fore cẽsenteo, illosq. specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eorũdem supplicationibus inclinati litteras nostras prædictas, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, harum serie, ad terminos iuris reducimus, necnon Confraternitatibus omnibus

vbiq; locorum existentibus, canonicè tamen institutis Sãctiss. Rosarij huiusmodi, vt iisdē indulgentiis à Rom. Pontificib. prædecessorib. nostris concessis, prout ante dictas nostras litteras, & non aliàs vtebãtur, fruebantur, & gaudebant, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeãt, ac illis suffragentur in omnibus, & per omnia perinde, ac si dictæ litteræ non emanassent, concedimus, & indulgemus. Nõ obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentijs ad instar, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1608. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Scipio Cobellutius.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Piorum hominũ Confraternitates, præsertim Deiparæ Virginis nomine, ac patrocinio conspicuas, præcipuis spiritualium gratiarum muneribus libenter insignimus, vt gratijs huiusmodi Christifideles in dies magis ad eiusdem Virginis cultum, & venerationem inuitentur. Proinde volentes Nos Cõfraternitates canonicè institutas sub inuocatione eiusdem B. Virginis Rosarij in quacunq; mundi parte existẽtes, ac dilectos filios illius Confratres, & Consorores, quæ sicut accepimus Dominica prima mensis cuiuslibet Christifidelium frequentia celebrẽ, ac solemnẽ processionẽ ex eorũ Ecclesiis, Capellis, vel Oratorijs, ad Virginis eiusdem cõmemorationẽ piè peragere solẽt speciali aliquo munere decorare. Supplicationibus quoq; dilecti filij Marci de Martenisio totius Ordinis S. Dominici Procuratoris generalis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus Confratribus, & Consororibus dictarum Confraternitatum verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra cõmunione refectis, qui prædictæ processioni ipsa prima Dominica cuiuslibet mẽsis in qualibet ex ipsis Ecclesiis, Capellis, vel Oratorijs peragẽdæ interfuerint, & pro Christianorũ Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. M. E. exaltatione pias ad Deũ preces effuderint, plenariã omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino cõcedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autẽ, quòd si aliàs dictis Confratribus, & Cõsoribus præmissa peragentibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura per Nos concessa fuerit, illæ nullæ sint. Dat. Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 15. Aprilis 1608. Pontificatus Nostri Anno Tertio. *Scipio Cobellutius.*

100 Stante dicta concessione Clementis Octaui, *Quaecumque* fuit alias dubitatum, an Episcopi possint erigere Societatem sanctissimi Corporis Christi in aliqua Parochiali, non obstante quod in Ecclesia Regularium in eodem loco fuerit alia similis erecta, & pro negatiua videbatur facere dicta constitutio Clementis, & Bulla Pauli Tertij, quae prohibet huiusmodi erigi confraternitates, nisi de consensu & authoritate protectoris Archiconfraternitatis S. Mariae super Mineruam, sed in contrariu est veritas, tum quia in dicta constitutione Clemen-
101 tis non prohibetur ordinarijs, & quod eis nō est prohibitum sublatum non censetur *l. sancimus C. de poenis l. praecipimus C. de appella-*
102 *tionibus.* & quod vni est datum, alijs non censetur ademptum *Crauet. cons. 435.* ideo quodlibet priuilegium inferioris censetur cumulatiue cum ordinario, non priuatiuè *Fel. in c. pastoral. de offic. ordin.* tum quia ordinatio Ecclesiarum quoad omnes effectus pertinet ad Episcopum *Abb. in c. sugestum n. 3. de iur. patron. Turrecr. & Cardin. in c. principale dist. 63.* Maximè quando concurrit iusta, & rationabilis causa, quia tunc etiam inuitis ijs, qui possunt pretendere interesse ordinatio valet, tum denique stante decreto eiusdem Congregationis Indulgentiarum, quod incipit *Licet*, & stantibus etiam praedictis litteris eiusdem Congregationis scriptis Vicario Pisano.

103 Notat etiam *Sorb. Indulg. § quintum nota*, quod Indulgentiae cōcessae Fratribus minoribus, & alijs mendicantibus lucrantur etiam Moniales suorum ordinū, Tertiariae, Familiares, Sindici, Medici, Conseruatores, Fundatores conuentuum, Aduocati, Procuratores, Nouitij, &c. quae an hodie habeant locum stantibus praedictis nouis Bullis recurrendum est ad ipsarum, & priuilegiorum eorumdem tenorem.

104 Reperiuntur aliae quamplurimae Indulgentiae diuersis concessae, quasi hic ponere esset transcribere volumina, tangam tantum infrascriptas pro animarum fructu.

105 Adrianus VI. concessit quamplurimas Indulgentias recitantibus Angelus Domini in pulsatione campanae ad Aue Maria, de quo *Rod. q. 87. art. 12.*

106 Quamplurimae sunt concessae visitantibus septem Ecclesias Vrbis de quibus ibidem *q. 89. ab art. 1. & 7.*

107 Aliae visitantibus loca Hierusalem, & S. Iacobi in Compostella *ibid q. 92. ad 93.*

108 Aliae concessae saecularibus visitantibus Ecclesias ordinum Mendicantium praecipuis festiuitatibus *q. 94.*

109 Aliae concessae audientibus verbum Dei, & primam Missam Regularium *q. 95.*

Solet quaeri an eodem opere, & vno actu possit quis lucrari diuersas Indulgentias diuersis vijs sibi concessas, puta quis habet multas meda-

medallas benedictas singulas cõtinentes varias Indulgentias ab vno, vel diuersis Pontificibus concessas, cum obligatione v. g. dicendi coronam pro opere iniuncto in qualibet Medalia, an semel dicendo coronam consequatur diuersas illas Indulgentias.

110 Similiter vnus Pontifex concessit ieiunantibus in vigilia Corporis Christi 20. annos Indulgentiæ, alius Pontifex totidem pro eodem actu, & alius totidem, an qui semel ieiunat in illa vigilia lucretur omnes sexaginta.

111 Item conceditur visitanti talem Ecclesiam, vt tot annos Indulgentiæ lucretur, & præterea omnes Indulgentias, quas consequuntur, qui illo die visitant tales, & tales Ecclesias Romæ, in quibus sunt aliæ concessiones similes, vel dissimiles, an vno actu, & eadem oratione omnes illæ indulgentiæ simul obtineantur.

112 Varia est in hoc DD. sententia, aliqui enim affirmant, vt *Cord. q.35.* quia sicut per vnum actum, aut peccatum potest quis incurrere plures censuras ita, &c. *Suar. vero disput. 52. sect. 8. num. 10.* oppositum tenet, quæ sentẽtia videtur probabilior, ratio est, quia debitor, qui tenetur soluere pluribus obligationibus, vnica solutione non satisfacit pluribus creditoribus. *l. 1. ff. de solut.*

113 Idem dicendum si quis habet indulgentiam in sua corona, quod eam dicendo lucretur stationes Vrbis, & ab alio Pontifice eidem coronæ fuerit concessa indulgentia plenaria eam dicendo, &c. si quis illam semel dicit, vnum ex concessis lucratur, & non plura, & si vult omnia lucrari, requiritur, vt pluries recitet dictam coronam, & toties adimpleatur opus iniunctum *Nauar. not. 15.* sic si quis est Con-
114 frater Rosarij si diuidat dicere Psalterium in plures vices, non lucratur indulgentias concessas pro recitatione Rosarij, nisi illo completo. In prædictis enim casibus nec causa, nec opus videtur sufficiẽs, nam aucta indulgentia necesse est augere causam, nam quæ erat proportionata causa ad vnam indulgentiam, non erit proportionata ad totam remissionem, quæ per omnes simul fit.

115 Hodie solent in diplomate in indulgentijs, quæ conceduntur alicui Cappellæ poni hæc verba videlicet (*Volumus autem, quod si alias dictam Ecclesiam visitantibus aliquæ aliæ indulgentiæ perpetuæ, vel ad tempus non dum elapsum per nos concessæ fuerint, præsentes nullæ sint*)

Notandum quod dicit per nos ad excludendos alios summos Pontifices, vel Episcopos, à quibus si concessæ fuerint, non annullantur *Cord. q. 35. vers. quod adeo* ratio autem dictæ clausulæ est, ne Indulgentiæ multiplicentur, & sic de stylo practicatur, & habet principiũ à Regula Concellariæ 57. Innoc. VIII. vbi Glossator dicit, quod ratio dubitandi facit, quod secundum priuilegium non faciens mentio-

nem

nem priorum beneficiorum valet *gloss. c. 1. de rescr.* sed Papa hoc facit ad euitandam deceptionem, nam si de alia indulgentia fuisset facta mentio, alias fortasse non concessisset.

Item eadem Regula Cancellariæ 53. alias 58. voluit, quod non expediantur indulgentiæ ad instar aliarum indulgentiarum, nisi illæ specificētur, vbi Glossator dicit, quod ratio dubitādi est, quia licet in vno instrumento fiat mentio alterius, tamen debet constare de illo *Auth. si quis in alio C. de edendo*, quando Princeps facit mentionem alterius instrumenti, vel Priuilegij perinde est, ac si totum illud inseratur *c. si*
117 *Romanorum §. item si, vbi glossator* 19. *dist.* & sic verum de iure, etiam si fiat mentio in genere de illo, ideo videbatur sufficere si Papa diceret ad instar alterius Ecclesiæ, tamen quia Papa in his, quæ sunt facti quotidie decipi potest *arg. c. 1. de const. lib. 6.* mandat non expediri litteras nisi specificentur.

118 Quæ Glossator dicit procedere in indulgentijs tantum, secus in alijs priuilegijs, in quibus satis est facere mentionem in genere.

119 Item possunt expediri indulgentiæ perpetuæ per Cancellariam pro Confratribus, quæ sint plenariæ, & quamplurimæ aliæ secundum opera, &c. sed in Bullis dictarum indulgentiarum apponitur infrascripta clausula videlicet.

12P *Volumus autem, quod si dicta Confraternitas alicui Confraternitati aggregata sit, vel in posterum aggregetur, seu quauis alia ratione pro illis Indulgentijs consequendis, aut de illis participandis vniatur, vel alias, quomodolibet instituatur priores, seu quæuis aliæ litteræ desuper obtentæ præter præsentem nullatenus ei suffragentur, sed ex tunc prorsus nullæ sint eo ipso.*

121 Ex quibus apparet, quod Pontifices non intendunt multiplicare Indulgentias pro eodem actu.

122 Quod videtur fauere *Cord.* nam à contrario si ista clausula non apponeretur, lucrarentur indulgentiæ.

122 In Regulis Cancellariæ Innocentij Papæ Octaui, ponitur Regula 56. qua disponebatur, quod si Papa concedat Indulgentias alicui Ecclesiæ in certis festis inferi festa, quæ solent dari per Cancellariam, & durabunt per 20. annos, & non vltra, si petantur pro vna die tantum in anno, tunc durabunt in perpetuum.

Ratio dubitandi de viginti annis est, quia beneficium Principis late est interpretandum *c. olim de verb. signif. c. cum dilectus de donat. l. fi. de const. Princ.* Et sic debere interpretari in perpetuum *c. decet de reg. iur. lib. 6.* sed in contrarium facit, quia istæ Indulgentiæ sunt odiosæ propter Quæstores, qui non quærunt commodum animarum, sed potius pecuniarū *c. cum ex eo de pœnit. & remiss. Clem. abusionib. eod.* sed quando quæritur Indulgentia pro vna die tantum in anno, debet

durare

durare perpetuo ideſt in ſempiternum,perpetuum enim habet finem multis modis *l.1.ff.pro ſocio*, æternum eſt,quod ſemper fuit,& erit,vt Deus,Sempiternum quod habuit principium,ſed non deſinet, vt anima,Angeli,&c.*Gloß.in l.eum debere ff.de ſeruit.Vrb.praed.*hæc Gloſſator in dicta regula.

Adeſt etiam alia Regula 59. vbi Papa mandat, quod ſi petatur Indulgentia, & ſignet per *fiat* ſi ſit in Eccleſia Cathedrali, vel inſigni Collegiata,aut ſolemni monaſterio Cãcellaria debet dare tres annos, & totidem quatragenas, in alijs vero duos,& tot quatragenas,ſi vero ſignat per *fiat, vt petitur* primis dictis Eccleſijs quatuor, alijs vero tres dare debet, & pro Cappella per *fiat* vnum annum,per *fiat vt petitur* duos annos,ex pro qualibet die octauarum centum dies.Gloſſator illud de quatragenis intelligit de quatraginta diebus pro qualibet quatragena,quod habuit ortum à *c.cum ex eo de pænit.& remiſſ.* vt Papa videatur differre ab ordinarijs & quod dicitur de centum intelligit etiam quoad Cappellas per *c. inquiſitione de appellat.*

Hinc *c.accuſaſti de accuſ.*vbi imponitur pœnitentia trium quadrageſimarum poſſet intelligi centum viginti dierum continuatorum,licet alij quadraginta ſingulis annis intelligant, idem de pœnitentia quadraginta dierum de qua in *c.1.de ſortil.* vide *Nauarr. in c. falſas de pænit.diſt.2.nu.*18. ,alij de illis,quæ ter in anno fieri ſolebant

123 Item *Cord.* notat omnia prædicta intelligi de indulgentijs non de alijs conceſſionibus contentis in Bullis, puta ad comedendum oua, aut carnes temporibus prohibitis,&c. quia non plus valent centum, quam vna eiuſdem tenoris.

124 Infert etiam,quod quando Papa concedit indulgentiam comitãtibus Sanctiſſimum Chriſti Corpus, quod intelligitur toties quoties, licet alij intelligant,ſemel tantum, prout quando conceditur indulgentia audientibus officium diuinum, ſeu miſſam tali feſto, vel in tali Eccleſia, quod intelligitur ſemel in die, ſicut quando celebrantibus,aut communicantibus concedit, &c.*ibi Cord.& ſupplem. Gabr. in 4.diſt.45.art.3.dub.3.*qui cum *Cord.* non concordat, vt videre eſt *d. quæſt.* 35.

125 Aduertit etiam *Suar.diſp.52. ſect. 8. num. 12.* quod ſub generali conceſsione indulgentiarum alicuius loci non veniunt plenaria, nec pro Defunctis,plura de hac re *ſuppl.Gab.diſt.45.q.9. art.3. dub.3.*

126 Quæritur quoties quis lucrari poſſit eamdem indulgentiam? Reſpondetur ſi concedatur indeterminatè toties valebit,quoties voluerit quiſque eam lucrari, quia non reſtringitur. Similiter quando indulgentia eſt perpetua, intellige tamen, dummodo non cedat in contemptum indulgentiæ,vt ſi nimis ſæpe, quaſi in deriſum lucretur,ſed intelligitur quotidie ſemel, vel bis, quia non videtur eſſe poſſe cauſa

ſuffi-

sufficiens ad tantam intentionem, ita *Palud. in quarto dist.20. q. 4. Nauarr.not.16.nu.19.& not.31.nu.37.Cord.q.33.*

127 Si adest limitatum tempus intelligitur semel posse acquiri *D.Th. dist. 20. quæst. 1. art. 3. quæstiuncula 2. Tabien. §.16. Suar.disp.56. sect.1. num. 7.*

128 Quando est ad tempus, puta de Vespere ad vesperam, vel pro tali die, vel vsque ad tale tempus, semel tantum lucrari potest, sed si est perpetua toties quoties *Syl.Indulg.num.22. §.3.Paulian. lib.3. c.5. Graff.c.15.lib.4.p.1.num.42.Cald.c.1.de fil.Presb.lib.6. & c. non potest de Praben.eod.lib.&c.Zer.Indul.1.p.n.7.*vide *Sorb.Indul.§.6.nota fol.323.d.Thom.in 4.dist.20.Cord. q.33.& 34. Scrut.Sacer.fol.85. à tergo.de indulg.Suar.disp.57.sect.1.nu.6.seq.Nauar.not.31. nu.36. & not.32.nu.47.Fel.de Indulg.nu.23.Zab.Clem.abusionibus num. 3. de pœnit.& remiss.* vide quæ inf. hic versiculo Iubileum autem.

129 Est tamen consulendum, vt qui accipit indulgentiam vna vice, licet non opus sit amplius illam repetere, tamen quia nescitur, an quis lucratus sit, & nemo scit an odio, vel amore dignus sit, sæpius illam recipiat.

130 Addit *Cord.* quod quando indulgentia conceditur pro tota octaua singulis diebus octauæ, semel ab omnibus lucrari possit, sed de hoc Bulla est consulenda.

131 An cum sæpe quis accipiet eamdem Indulgentiam tantumdem sæpe lucretur? Respondetur, quando conceditur tempore determinato, vt semel in anno, in die, &c. lucratur semper tantundem, quando vero conceditur confuse vt tertia pars peccatorum, &c. minuitur proportionabiliter *Gab.dist.45.q.4.in supplem.* vide *Tab.q.34.*

132 An Indulgentia cõcessa visitantibus talem Ecclesiã intelligatur, & de commorantibus in ea? Respondetur *Paul lib.3.c.1.fol.189.* simpliciter affirmat, cum non sit conditio explenda, sed tantum benefacien. *Rod.in summ.cas. Conscien. c.184.*

133 *Hieron.à Sorb.Indulg.§.4.not.vers.quoad Fratres* dicit cum *Felino serm.de Indulg.*quod Indulgentia concessa visitantibus Ecclesias Fratruum prodest ipsis Fratribus visitantibus; De Clericis vero *Ni-*
134 *colaus de Lira in suis Quodlib.*dicit quod si indulgentia dicat veniẽtibus, & benefacientibus, tunc non participant, quia cessat finis, sed quoad fratres Leo X. loco eleemosynæ imponit orationes vide *Cord q.31.* vbi etiam notat cum *Rosell.indulg.§. 22.* quod quando conceditur Indulgentia interessentibus diuinis officijs in Ecclesia, tunc si ex necessitate celebratur extra subtentorio, vel si propter turbam non possunt omnes intrare præsentes stantes extra Ecclesiam, illam lucrantur, licet *gloss.in Clem.1.de reliq. & venerat. Sanct.* teneat oppositum.

Quid

130 Quid tenetur fidelis facere cum conceditur Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta? Respondetur præter illa, quæ in ipsa concessione exprimuntur tenetur ad contritionem peccatorũ seu ad pœnitentiã, nam forma consueta Ecclesiæ est, vt cõcedatur Indulgentia verè pœnitentibus, vt patet *Extrauag. unigenitus de pœnit. & remiß.* vbi cõceditur Indulgentia verè pœnitentibus *Armill. §. 19. verb. Indulgen. Suar. disp. 52. sect. 2. num. 6.* & fauent quæ tradit *Enr. lib. 7. cap. 9. §. 3. littera A.*

137 An possit quis thesaurizari sibi Indulgentias, pro pœnis futurorũ peccatorum? Respondetur non ex communi, quia Indulgentia est solutio quædam debiti, ergo qui nihil debet, nihil accipit ad soluendum. Secundo, quia Indulgentia est relaxatio, quæ non fit nisi vbi sit debitum. Tertio, quia peccatum hoc impediret, Peccator enim non est dignus venia.

S V M M A R I V M.

Indulgentias lucraturi credere debent, Ecclesiam habere authoritatem eas concedendi, & quare. 1. 2. 3.

Indulgentiæ si fraudes, & imposturas continerent, Concilia sancti Patres, & Canones eas non concessißent. 3.

Ecclesiam credens esse in Terris, eam habere etiam claues credere oportet. 4.

Aerarium publicum in Republica olim quare aderat. 5.

Thesaurus Ecclesiæ pro Indulgentijs lucrandis institutus. 5.

Thesauri dispensatio ad Romanum Pontificem spectat, & quomodo. 6.

De thesauro hoc loquitur Apostolus ad Coll. primo. 6.

Potestas relicta à Christo Ecclesiæ de tali thesauro probatur multis authoritatibus. 6. 7.

Indulgentiam concedendi potestas Petro, & successoribus promissa, ac data à Christo. 8.

Indulgentia quæ conceduntur ab Episcopis minui, & tolli possunt à Pontifice. 9.

Potestas Episcoporum concedendi Indulgentias an dicatur delegata, vel ordinaria. 9.

Potestas data à Christo Petro, an sit per verba vniuersalia, & quomodo intelligenda. 10. 11.

Potestas à Christo Petro non solum promißa, sed etiam data fuit. 12.

Potestas clauium vnde pateat. 13.

Claues Ecclesiæ vnde præcipue pateant. 13. 14.

Clauis quid sit. 15.

Claues quid significent. 16.

Pœnae

DE POTESTATE ECCLESIAE concedendi Indulgentias de eius clauibus, & Indulgentiarum antiquitate. Cap. XV.

1 NE inanis sit labor, & vanus conatus eorum, qui Indulgentias, & Iubileum consequi volũt, omnis ab eorum cordibus est arcenda dubitatio, quin plena sit Ecclesiæ Indulgentias cõcedendi potestas, imo firmissimè credere, & sine hæsitatione percipere debent, & peccatorum,
2 & pœnarum relaxationes in Ecclesia, & Petro, & successoribus à Christo datã esse dispensandi authoritatem *cap. quodcumque 24. q. 1.* Non enim tot ante sanctissimi eruditissimiq. viri, nec summi Pontifices, sacri Canones, & sancta Concilia tanto tempore, tantaq. cũ Religione
3 Indulgentias donauissent, approbassent, & ipsimet pro se ipsis suscepissent, si fraudes vel imposturas, aut nõ omnino veras (vt Hæretici probare conantur) agnouissent. Fidei articulus Indulgentias esse per illa
4 verba *credo sanctam Ecclesiã, &c.* clare etiam demonstrat, qui enim credit Ecclesiam esse in terris, claues cælorum, & peccata dimittendi illam habere, vt credat oportet, si autem claues habet, & remissionẽ, & absolutionem à peccatis habere necesse est, & si cõmunio Sanctorũ est, merita omnia, cũctaq. bona supererogationis, & vltra eorũ necessitatem esse communia nemo dubitare potest, & sicut olim erat Æra-
5 rium publicum, vbi pro Reipublicæ necessitatibus publicis repositis æribus à Consulibus, & à Senatu occurrentibus necessitatibus, prout censebant expediri succurrebatur, sic merita Christi, & Sanctorum exuperantia bona in Ærario, hoc est in thesauro Ecclesiæ ad illius Indulgentias lucrandas congregantur, cuius thesauri dispensatio ad Ro-
6 manum Pontificem Christi Vicariũ, sicut viderit quemquã necessitatem habere, pertinet, sic enim illi præceptum est pascere gregem Dominicũ, & de hoc thesauro loquitur *Apost. ad Coloss. 1. nũc gaudeo, &c. & in Psal. Particeps ego sum, &c.* & alibi vt supra ante probatum est, & annuimus, hanc potestatem Christum Ecclesiæ reliquisse *Matt. 16. & 18. Io. 20. & 21. Hila. et Hiero. c. 18. Matt. Aug. to. 5. lib. 20. de Ciu. Dei c. 9. & to. 9. tract. 22. in Ioan. tract. 49. Isa. 63. Paul. 2. ad Corinth. ad Galat. 6. Conc. Trid. sess. 21. c. 9. de refor. et sess. 25. c. vlt. & c. cũ ex eo*

de pœnit. & remiss. patet ex Apostolica doctrina, SS. Patruum monu-
7 mentis, Conc. Ecclesiasticorum traditionibus, & ex nonnullis alijs locis, de quibus breuitatis causa remitto Lectorem ad *Mich. Med. de Indul. disp. 4. c. 12. 23. & 24 & disp. 9 c. 12. 23. 24. 48. Suar. disp. 49. sect. 1. & disp. 56 sect 4. Vig. de Sacram. ordin. c. 16. §. 6. vers. 9. Caiet. opusc. tract. 5 Benz. lib. 2. c. 10. 17. 18. 19. 20. 21. 31. Nicol. Aurif. Senes. Carmel. in libello in tit. Exam. ordin. de Ind. fol. 339.*

8 Item probauimus potestatem concedendi Indulgentiam soli Petro eiusque successoribus per se, ac immediate promissam, & solum Romanum Pontificem habere immediate, à Christo diuino iure hãc authoritatẽ, ac omnem potestatẽ iurisdictionis ordinariæ, ac perpetuo duraturæ in Ecclesia soli Petro fuisse immediate cõmissam, per ipsum vero, & successores communicari *Extrau. cũ ex eo & c. nostro de pœn. & remiss.* vbi Pontif. præscribit, & moderatur Indulgentias, quas Epi-
9 scopi, & Archiepiscopi possunt concedere, & per consequens eandem potestatem potest illis minuere, & omnino auferre si expedire iudicaret, non tamen quod potestas hæc sit Episcopis delegata tantum propriè loquendo, quia non omnis potestas, quæ per hominem conceditur delegata est, alias omnis iurisdictio Episcoporum esset delegata, cum tamen non sit ita, sed ordinaria, quia conceditur ex vi alicuius muneris, cui per se coniuncta est iuxta Ecclesiæ institutionem, & ordinationem, & sic colligitur ex *loc. Matth. 16. &* 18. quando posterior cum priori coniungitur, & licet vniuersalia sint verba *Matth. 18. & 16.* nihilominus prima illa promissio facta Petro *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* aperte indicant singularem excellen-
10 tiam potestatis Petro concessæ ad dispensandum diuitias immortalitatis, vt *Amb. serm. 66. & Marc. hom. 5. de SS. Petr. & Paul. & Orig. hom. 6. Matth.* vtraque ergo verba sunt vniuersaliter intelligenda, tamen cum debita proportione iuxta circumstantiam loci, & sermonis, nam prima dicta sunt ad explicandum summum principatũ illi promissum in vniuersam Ecclesiam vt *Greg. lib. 4 ep. 32.* Secunda vero dixit occasione eorum *si Ecclesiam non audient*, &c. vt enim ostenderet futuram esse in Ecclesia potestatem excõmunicandi, subdit *quæcum-*
11 *que alligaueris, &c.* & sic intelligitur etiam vniuersalis Clauium potestas, non autem explicat ibi Christus, apud quem futura sit hęc potestas, sed tantum quod in Ecclesia futura sit, quomodo autem futura sit ex alio loc. *Matth.* colligitur *vnde cum cap.* 18. in plurali dicitur, *quæcumque alligaueritis*, quantum ad potestatem ligandi, & soluendi omnia in vnum compræhenduntur, & sic late patet signum distributiuum. *Quodcumque Suar. disp. 49 sect. 1. nu. 13.*

12 Quod autem hæc potestas non solum fuerit promissa, sed etiam data patet *Ioan. 20. accipite Spiritum sanctum*, licet aliqui hanc potestatem

testatem tribuant Sacramento pœnitentiæ, & ordini Sacerdotali. Itē patet *Io.21.pasce oues meas, &c.* & videtur verior sententia vt *Suar. disp.49.sect.1.nu.15.& 17.*

13 De hac potestate clauium *c.importuna §.ex ijs de poenit.dist.1. vbi Nauar.nu.1.& seq.Amb.in c.verb.ead Aug. in c. agite eadem & cap. quodcumque 24.q.1.gloss.in c.1.20.dist.vers.dedit Conc. Trid. sess.14. c.8.& can.3.& vlt.de poenit.*

14 Præcipuum fundamentum clauium est potestas illa data à Christo Petro *Matth.16.* & impleta *Ioan.20.& Matt.18.*

15 Definitur à *Ioan.22.in Extrauag.quia §.quorumdam de verb.sign.* vbi clauis est spiritualis potestas ligandi, atque soluendi, qua Iudex Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno Dei.

16 Claues istæ datæ à Christo Petro non denotant claues materiales, sed metaphoricas, atque similitudinarias *gloss.in d.extrau. quia vers. clauem*, sicut enim clauis materialis dicitur instrumentum, quo clausum ostium aperitur, sic illa potestas, quæ attributa est dispensatoribus Sacramentorum clauis dicitur, nam ostium Cœli, licet de se apertum existat *Apoc.4.Ecce in cœlo ostium apertum*, clausum tamen dicitur propter impedimentum originalis peccati, vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum ingredi *Nauar.in Coment.c.voluissent §.ex ijs de pœnit.dist.1.nu.1.seq.*& accipiuntur pro potestate
17 auferendi, vel ponendi impedimentum ingressus regni Cœlorum, seu illud claudendi, aut aperiendi, & sic ad significandum potestatem Ecclesiasticam ordinatam ad regendas, & disponendas animas, de qua *Apoc.3.Isa.22.* sic dictæ, quia per clauem ponitur, vel remouetur impedimentum ingressus domus, & quia regnum Coelorum clauditur homini per peccatum, ideo potestas, qua tale obstaculum, seù impedimentum remouetur, dicitur clauis Regni Coelorū, quia remouendo tale obstaculum aperit, & non remouendo claudit, & sic quia aperiendo paradisum clauditur infernus, & claudeno paradisum aperitur infernus, ideo dicitur *Apoc.c.1.Ego habeo claues mortis & inferni, & c.9.*dicitur *clauis putei* & *cap.2.*dicitur *clauis abissi*, sed quia vnumquodque denominatur à digniori, ideo claues Regni Coelorum, & non inferni.

18 Potestas ergo clauium ea dicitur, qua Iudex Ecclesiasticus dignos admittere valet ad regnum coelorum & expellere indignos, & tunc ligare dicitur, quando indignos excludit, aperire vero, quādo dignos recipit, & sic denotat discretionem, & potentiam, prima dignos, vel indignos differendi. Secunda ligando, & soluendo. Per has claues Petro promissas, & postea datas, denotatur suprema potestas Pontificia ad gubernandum Ecclesiam, quæ altioris ordinis, & excellentior est,

quam poteſtas ligandi, atque ſoluendi, magnam quidem ſignificant poteſtatem, & donum ineffabile, de quo *Chriſoſt.hom.55. Matt.83.*

19 Verum quia poteſtas Eccleſiaſtica multiplex eſt, ideo multiplex datur clauis in regno coelorum, hoc eſt in Eccleſia militanti, quæ ſæpe pro regno coelorum in ſacra Scriptura accipitur, quando talium clauium poteſtas vltra vnum, quem habet in Sacramentis, patet etiam in foro exteriori, ſoluit enim Romanus Pontifex culpas, aſtringit rebelles, Eccleſiæ vinculo excommunicationis ligat, haec ſunt impedimenta regni coelorum, nihil enim coinquinatum trahit ad illud, & quis habitabit in tabernaculo, & quis aſcendet in montem Domini? Innocens manibus & mundo corde.

20 Poteſtas hæc clauium triplex eſt, authoritatis, excellentiæ, & Miniſterij,

21 Poteſtas remouendi peccatum, & conferendi gratiam authoritatiuè pertinet ad Sanctiſſ. Trinitatem, ideo dicitur ſolum Deum habere clauem authoritatis, ad Chriſtum autem hominem, ſeu ſecundum naturam humanam pertinet ad meritum ſuæ paſsionis, quod dicitur aperire ianuam coeli, & dicitur habere claues excellentiæ, ſed quia ex latere Chriſti fluxerunt Sacramenta, de quibus ædificata eſt Eccleſia, ideo in illis manet efficacia paſsionis Chriſti, & propter hoc miniſtri Eccleſiæ, qui sūt diſpenſatores ſacramentorū, dicūtur habere claues miniſteriales ad peccati impedimentum remouendū, quæ poteſtas eſt aperire, & claudere, vel ligare, & ſoluere, hoc eſt remittere peccata credēibus, & poenitētibus, ac retinere eadē incredulis, & impertinentibus, ligare criminoſos, & abſoluere poenitentes *Matt.18.*

22 Iſtarum clauiū vna pertinet ad forum poenitentiæ, quæ agitur inter Deum, & hominem, altera ad forum publicum, & exterioris iudicij. Vna dicitur clauis ordinis, ideſt vocationis, functionis, & Miniſterij ſacerdotalis, qua quis fungitur, Chriſti perſonā in Eccleſia repræſentans, omniaque non ſuo, ſed Chriſti nomine agens, vt eſt poteſtas prædicandi, conſecrandi, remittendi, & retinendi peccata, adminiſtrandique ſacramenta.

23 Altera dicitur poteſtas iuriſdictionis, quæ eſt poteſtas coercendi criminoſos, excommunicandi, abſoluendi, ligandi &c. in foro contentioſo; Ad vtramque pertinet ſcientia diſcernendi inter ligandum, & abſoluendum, ideo nominatur clauis ſcientiæ, & poteſtatis.

24 Sanctiſsimus Pontifex habet vtramque clauem, ſcientiæ, & potentiæ, prima ad definiendum veritates fidei, & interpretandi ſacram Scripturam, &c. Secunda vero ad ligandum, & ſoluendum, tam quoad cenſuras, quam quoad peccata, & reſpicit totum gubernium, & iuriſdictionem, quatenus eſt coerciua, denotat, & ſignificat ſupremā poteſtatē relictā Petro, & Succeſſoribus in vniuerſam Eccleſiā militātem.

Dicit

25 Dicit *Suar.disp.40.sect.1. nu.9.* quod sicut claues Regni Cælorum non sunt cõstitutæ à Christo,& datæ Petro principaliter propter eius meritum,sed propter bonum Ecclesiæ,ita potestas concedendi indul-dulgentiam non erit instituta,vel promissa propter remunerationem Petri principaliter,sed propter Ecclesiæ vtilitatem, alioquin non esset instituta, tamquam pro Petro duratura, sed tamquam speciale aliquid priuatum Petri, &c.

26 Inter alios actus potestatis iurisdictionis est distribuere bona, scilicet officia, vel beneficia, quæ distributio pertinet ad iustitiam distributiuam, & non respicit actum clauis.

27 Distributio vero,quoad remissionem pœnę per modum meriti,quę pertinet ad satisfactionem in quãtum aliquis applicat pœnalitatem, & conatum bonorum operum suorum factorum in gratia pro remissione pœnarum debitarum alteri etiam existenti in gratia,siue in hoc mundo,siue in Purgatorio, nec habet rationem clauis cum pertineat ad singulares personas, nullam iurisdictionem habentes, & cum talis applicatio pertineat ad iustitiam non habet rationem indulgentiæ, quæ consistit in distributione thesauri specialis Ecclesiæ cuilibet actui informato gratia, tria bona respondent, pro mercede scilicet præmium essentiale, quod consistit in clara visione diuinæ essentiæ. Secundum pręmium accidentale, quod consistit in gaudio operis facti,quia sancti gaudebunt de bonis operibus factis in vita. Tertium est voluntaria solutio, & satisfactio pœnarum, ad quas substinendas quis obligatus est pro peccatis præteritis, & secundum hoc opera bona facta in gratia considerantur,vt satisfactoria,& hoc bonum potest per intentionem operantis applicari existenti in gratia, siue ille, cui applicatur sit inhoc mũdo, siue in purgatorio,& cũ applicatur ab operante,dicitur suffragium iustitiæ per modum meriti. Verum,quia contingit, quod aliquis maiorem pœnalitatem sustineat, quã sit pœna dignus,vel etiam qui nullum pœnæ reatum habet,& has pœnalitates, & tribulationes, quas substinet, nulli applicat cum nullum bonũ remaneat irremuneratum, nisi sit infinitum, vt meritum Christi,sequitur,quod illæ remanent in thesauro Ecclesiæ, & distributio huius thesauri dicitur indulgentia, seu suffragium indulgentiæ, vt *Viguer. loc.cit.* quæ quidem indulgentia conceditur per Romanum Pontificem, & alios prælatos modo quo supra dictum est.

28 Negans indulgentias, seu asserens illas non valere ad remissionem pœnæ,Hæreticus est vt *Felin.serm.de Indulg.* vbi plura alligat, & *Aluar.nu.10.Cathech.N cap.lib.3.Conc.107.fol.197. Cord.q.7. vers.est ergo fol.362.*

29 Quis autem negabit impius meritum passionis Christi efficax esse, si applicetur peccatoribus debite,& ad delendum omnia crimina esse

sufficientem vel sanguinis Domini vnam guttulam pro totius mundi peccatis? *c. Dominus in fine de summ. Tri. c. cũ in marte de celeb. Miss.*

30 Prout, & Hæreticus censetur negans indulgentias prodesse animabus in purgatorio tamquam contra *Conc. Trid.* Ecclesiæ vniuersale mandatum, decreta summorum Pontificum, scripturas, & omnium rationes *Macbab. lib. 2. c. 12 sanctũ & salubre est, &c. Bell. lib. 1. c. 14. & lib. 2. c. 15. Vig. loc. cit. Dion. de celeb. hora. cap. 7. Valent. p. 5. Suar. to. 4. disp. 48. sect. 4. Aegid. de Cominck disp. 11. to. 2. dub. 7.* vbi qua ratione animæ purgatorij iuuari possunt suffragijs.

31 An autem indulgentiæ sint necessariæ *Med. disp. 1. c. 20. vers. iam vero, & disp. 9. c. vlt. in fine*, vbi respondet ad argumenta Hæreticorũ, non esse necessarias, quoniam sacramenta ad culparum, & pœnarum dilutiones sufficiunt, dicens sacramenta tollere culpas directe, & per se, pœnas tantum per accidens, & in quãtum gratiæ Dei annexæ sunt, Indulgentiæ vero tollunt pœnas per se non culpas, ideo oportebat institui aliquam potestatem pro dictis pœnis remittendis vide *Suar. disp. 49. sect. 5. Summ. Cor. Confess. tit. de sacrif. Miss. fol. 109.*

De vtilitate Indulgentiæ *Bell. c. 10. lib. 1.*

32 Antiquitas Indulgentiarum, legitimus atque validus vsus approbatus earum apparet ex *Conc. Nic. c. 1. Chart. c. 75. Neocesf. c. 3. Agat. c. 60. Laonic. c. 1. &* 2. & alibi ex quibus licet tantum publicæ pœnitẽtiæ ab Episcopis appositæ publicis peccatoribus legantur, non autem quod illa remissio se extenderet vsque ad ablationem, vel diminutionem reatus pœnæ apud Deum satis colligatur, nisi ex quadam coniectura, seu probabili ratione à simili fundata in potestate clauiũ, nihilominus expræssius probatur à Clemente V. in *Clem. vnica de Reliq & vener. San. Clem. VI. Extrauag vnigenitus de pœnit. & remiss. Conc. Constansien. sess. 8. 41. Decretali. Conc. Vien. in 6. Clementinis, Extrau. et in Bulla Leonis X. contra Lutherũ ex Decretali* quam ad Caietanũ

33 legatum suum misit Germaniam, vt ipse fatetur *3. p. q. 48. art. 5.* idẽ confirmauit Sixtus IV. in Bulla contra Petrum *Oxomen.* 2. ex cómuni vsu, ex consuetudine Ecclesiæ, & impossibile est, quod Ecclesia erret in re morali, & grauissima, & pertinente ad bonos mores fideliũ. Tertio, ex vsu Apostolorum, & continuata Pastorum successione à Christo descendente, qui est legitimus modus probandi legitimas, & Apostolicas traditiones ex *Aug. lib. 4. de baptis. c. 24.* à principio namque nascentis Ecclesiæ semper cognitus fuit, & approbatus vsus Indulgẽ-

34 tiarum siquidem semper à Prelatis in dictarum pœnitentiarum peccatorum facta remissio reperitur, & vsum hunc fuisse inductum iam inde à tempore Apostolorum, quamuis nomen inceperit ab anno circiter 429. *Sot. in 4. dist. 21. q. 1. ar. 3.* talis autem vsus probatur, nam *Paul. 2. ad Cor. 2.* cócessit Indulg. alicuius partis pœnæ incestuoso illi quem

quem prius grauiter punierat, sufficit inquit illi, *quod huiusmodi est obiurgatio hæc, &c. nam & ego quod donaui, si quia donaui propter vos in persona Christi, &c.* quæ verba Expositores aduertunt Paulū vsum fuisse verbo significandi liberalem remissionem, & condonationem, nā eius tempore indulgentiæ dicebantur donationes, abundantiæ spirituales, & quod Apostolus vocat donationes, successiuè Ecclesia innixa authoritate ei data à Christo vocauit remissionē, dicitur enim *Io.* 20.
35 *quorum remiseritis*, &c. non solū enim Christus dedit potestatem instrumentalem remittendi culpam, sed etiā pœnam æternā, & temporalem, non solum per meritum Christi, & per viam reconciliationis, quod fit per applicationem Sacramentorum, per quæ meritum Christi instrumentaliter applicatur, sed etiam per modum Indulgentiæ, quæ fit extra Sacramentum ex aliqua pia causa, & ideo Apostolus ta-
36 les donationes sæpius se fecisse cōmemorat, & si Christus potestatem remittendi culpas dedit, fortius, & pœnas *Vig. c. 16. §. 6. vers. 19.* quare etsi incestuosus ille nondū plenè satisfecerat pro delicto, nihilomi-
37 nus liberalem indulgentiam ei cōcessit vlterioris pœnæ debitæ, simili modo cū olim variæ satisfactiones propter varia delicta descriptæ essent, semper fuit in potestate Episcoporū aliquid de eis remittere, vt colligere est ex multis locis citatis *à Suar. disp. 49. sect. 2. nu. 3.*
38 Et licet Patres non Indulgentiæ nomine, sed remissionis, vel cōdonationis, seu veniæ, seu paruę benedictionis, cęterisque vsi fuerint nominibus, nihilominus *Cypr. lib. de laps.* Indulg. veniā & condonationem appellat vide *Lact. lib. 6. Inst. c. 13.* Indulgentias largitiones vocat *Tertull.* aduersus Catholicos *lib. de pudicitia c. 1.* testatur Indulgentias à principio dari solitas sub nomine veniæ, seu Indulgentiæ *Clem. Rom. lib. 3. Const. Apost. c. 10.* remissio pœnæ temporalis, & benedictionem paruam appellat.
39 Dices in pręcitatis locis non est sermo de remissione pœnę in foro Animę, per quam liberatur homo à reatu pœnę corā Deo, sed de remissione exterioris, & quasi ciuilis pœnæ debitæ in foro exteriori, ergo nō de Indulgentia, quoad remissionem pœnę animā respicientis? Resp. hęc remissio fit à Paulo in persona Christi, Christus autē dixit, *quod soluitur in terris, solui etiā in Coelis.* Item dictę pœnitentiæ non solum imponebantur pro delictis publicis, & pro externis, sed pro occultis, & merè internis, & quę cogitatione committebantur vt *Burc. lib. 19.* & sic non solum dictas pœnas fuisse ordinatas ad exteriorē satisfactionem, sed etiam ad internas procurationes animæ legimus, vide *Suar. loc. cit. nu. 4.*
40 Rursus dices dupliciter pœnę pro criminibus olim imponi solebāt Primo in sacramentali foro. Secundo extra illud ex speciali mandato Pręlatorum, primo modo ordinatę erant ad internū bonum pœnitentis, vt Deo satisfaceret pro cōmissis, & caueret in futurū, & pro his

delictis siue publicis, siue occultis, siue externis, siue internis fuisse taxatas pœnas, etiam pro leuibus delictis, & sic verum est remittere
41 reatum pœnę, &c. sed ex huiusmodi genere pœnarũ non potest colligi vsus Indulgentiarũ à tempore Pauli, quia talis pœna respicit potius modum vindicandi, quam indulgendi. Si consideremus remissionem poenę apud Deũ ex opere operato, illa nõ est effectus indulgentię, sed sacramenti poenitentię, si consideremus remissionem ipsiusmet poenitentię iniunctę in locis allatis, non est vestigium huiusmodi poenitentię, quia non est sermo de sacramentali poena.
42 Poenę quę imponebantur à Pręlatis extra Sacramentũ poenitentię, de quo *Paul. loc cit.* non imponebãtur pro quibuscumque delictis, nec pro occultis, sed pro grauioribus, & pro publicis, & hę poenitentiæ ad satisfactionem Ecclesię, & ad reparanda scandala remittebantur, ergo neque per has potest deduci Indulgentia? Resp. satis est antiquum fuisse morem remittendi huiusmodi poenas, & condonãdi postquam impositę fuerint, vel nullam, seu leuiorem imponendi vtrumque est potestatis, & in vtroque eædem rationes interuenire possunt.
43 *Suar. vero loc. cit. n. 8.* difficile fatetur probari talem tũc temporis fuisse vsum Indulgentiarũ, qualem nunc intendimus probare & *Nau. not. 7. n. 5.* Ex communi fatetur nullum esse in sacris litteris testimonium apertum earum, nullũ item antiquorũ DD. Græcorum, & Latinorum expressum *D. Anton p. p. tit. 10. c. 3. in princ.* non tamen esse improbabile sequitur *Suar. n. 11.* non quod positiuè nobis constet, tunc non fuisse eumdem modum, & vsum Indulgentiarũ, qui nunc est, hoc enim nullo testimonio ostendi potest, sed tantũ negatiue, quod ex his, quę de illis temporibus legimus non satis conijcitur hic vsus, solum tamen potest fieri aliqua coniectura. Primo à simili, quia sicut Episcopi remittebant poenas ab Ecclesia definitas, ita verisimile de poena apud Deum. Secundo quod sicut illę poenę erant nõ solum ad satisfactionem Ecclesię, sed etiã ad compensationem delicti, ita &c. sed nũc non condonantur iniunctæ secundum Canones poenitentiæ, sed tota aut pars poenę debitę pro peccatis, & recessit illa consuetudo imponendi poenas publicas, vt fuse *Med. disp. 4. c. 13.*
44 Cõcludendum tamen quod res est in Christiana Ecclesia valde antiqua, nec ad tempus B. Gregorij referendam, sed altius repetendã esse, nam Ioann. VIII. vel de anno 879. scribens ad Episcopos sub Ludouici Regno constitutis indulgentiam concedit omnibus, quibus pro defensione Sanctę Dei Ecclesię in bello occidi contingerit, vt Frater Franciscus à Curiolano in Breuiario Cronologico in vita eiusdem Ioannis VIII. *fol. 273.*
45 Nicolaus IV. ann. 1288. indulgentias concessit adiuuantibus expeditionem Terrę sanctae de cuius forma *Gand. Quodl. 15. cap. 14.* Vrbanus IV. Qui anno 1261. Pontificatum obtinebat indulgentias concessit

cessit piè celebrantibus festiuitatem Sanctiss. corporis Christi, ac nocturnis & diurnis horis personaliter interessentibus *Clem. vnic. de reliq. & vener. Sanct. D. Thom. opusc. 57.*

46 Honorius III. ann. 1216. plenariam omnium peccatorum indulgentiam, quam B. Franciscus à Christo obtinuerat eodem postulante in S. Maria de Porciuncula apud Assisiū concessit, ac sua auctoritate, quam Christus illi consulendam imperauerat confirmauit vt testatur Bonauentura, & alij in vita eiusdem S. Francisci, & refert *Breuiar. Cronolog. in vita Clem. VI. fol. 371. & in vita Honorii III.* qui fuit anno 1221. fol. 349. *Med. de indulg. disp. 4. cap. 13.* in quibus locis plura de hac indulgentia.

47 Innocentius III. ann. 1198. indulgentias etiam concessit erogantibus auxilium expeditioni Hierosolymitanæ *cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. c. excommunicamus, §. Catholici de Hæreticis*, quæ indulgentia fuit plenaria ex Doctorib. in *c. ad liberādum de Iudices*, & ante ipsum Innocentium Abbates solebant concedere indulgentias, quod idem Innocentius prohibuit *in conc. Lateran. c. accedentib. de excess. Prælat. Nauarr. not. 7. n. 2.*

48 Alexander III. Pontifex anno 1156. meminit indulgentiarum, quę dari debent in dedicationibus Ecclesiarum *cap. quod autem de pœnit. & remiss.*

49 Pascasius II. Pontifex anno 1099. indulgentiam concedit visitantibus limina Apostolorum *Breuiar. Cronolog. fol. 571.*

50 Vrbanus II. qui præfuit 1087. in conc. Claram. indulg. plenissimam concedit Crucesignatis.

51 Gregorius VII. anno 1073. plures legitur concessisse indulgentias vt in eius Epist. ad Episcopos Britanniæ.

52 Sergius VII. seu XI. anno 904. indulgentias etiam concessit visitantibus in anniuersarijs S. Mariæ in Montibus, vt in lapide marmoreo in dicta Ecclesia *Breuiar. Cronolog. fol. 371. Bellar. lib. 1. cap. 3. de ind. Suar. disp. 49. sect. 2. n. 12.*

53 Leo X. anno 796. indulgentias concessit visitantibus Ecclesiam S. Mariæ Aquisgrani in festo S. Sicuberti *ex Sur. tom. 2. de vita eiusd 5. Martii c. 9.* instituit Stationes Romæ, de quibus stationibus supra dictum est.

54 Syluester Papa I qui præfuit ann. 314. petente S. Elena Constantini Matre Sacellum Sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ erectum consecrauit, & indulgentias quamplurimas piè visitantibus indulsit *Breuiar. Cronol. in vita Innoc. VI. fol. 371.*

55 Antiquitas harum indulgentiarum patet etiam ex conc. Anciran. & Nicen. 250. ann. post Christum celebratis, & alibi patet factas fuisse ab Episcopis in vniuersa eorum Diœcesi aliquando remissio-

nes

nes pœnitentiarum, seu pœnarũ pœnitentibus iniunctarum, occasione persequutionum, quæ in Christianos indies inualescebant, vt videre est in d. *Extrauag. vnigenitus Suar. Med. Benz. & alios*.

56 Non obstat quod in veteri Testamento non fiebant huiusmodi indulgentiæ, quia ipsas facere non poterant Sacerdotes illius temporis, cum nec potestatem clauium haberent, sed sufficit quod Ecclesia sic consueuerit *arg. c. quantũ de translat. Episc.* nec repugnat quod potestas sit antiquissima, & à Christo collata, vsus vero recentior, quia cum potestas pontificia sit antiquissima, & varios actus complectatur non est necesse, vt omnes illos statim, & à principio nascentis Ecclesiæ exercuerit, sed discursu temporum pro occurrentibus occasionibus, & opportunitatibus.

57 Nec pariter obstat, quod non habemus testimonia manifesta, quod Episcopi ante tempus Greg. has indulgentias concederent, nam credendum est, quod eas concedebant, sed non ita frequenter, quia ante illa tempora fideles non poterant conuenire ita solemniter, & publice, sicut nostro *Hostien. cap. cum ex eo num.* 4. *de pœnit. & remiss.* & adeo erant perfecti Christiani, vt huiusmodi indulgentijs nõ indigerent, sicut & nunc, & ita non suberat congruitas temporis *15. dist. cap. 1. in princ. Graff. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 11. *Nauarr. not.* 7. *n.* 5.

58 & antiqui Patres, licet expressam mentionem indulgentiarum non fecerint, nec in particulari loquantur, sæpe tamen agunt de potestate remittendi peccata, ligandi, & soluendi, nec ad persuadendam, seu ad suadendam fidem erat necessarium, nondum exortis hæresibus indulgentiarum, neque propter mores fidelium componen. quia rigor disciplinæ, & feruor pœnitentiæ, & satisfactionis, magis tunc vigebat, nec omnibus ita notas Purgatorij pœnas, ratione quarum maxime conceduntur indulgentiæ *Suar. disp. 49. sect.* 2.

59 Quare autem apud antiquos tam rara, & apud recentiores, tam frequens sit indulgentiarum mentio *Io. Rufer. artic. 18. contra Lutherum, & Nauarr. not. 7. num. 5. seq.* vbi inter cætera quod multa de Euangelijs, & alijs scripturis sunt nunc excussa luculentius, & intellecta perspicacius, quam fuerat olim, quod nemo iam dubitat orthodoxus an purgatorium sit, de quo tamen apud priscos illos nulla, vel quam rarissima fiebat mentio, quod tũc adeo charitas ardebat vt quisque paratissimus esset pro Christo mortem appetere, &c. ibi.

SVMMARIVM.

Valor indulgentiarum qui. 1.
Ex indulgentijs quæ resultant. 1.
Indulgentia quid remittant. 2. & 3.

Pœna

DE

DE VALORE INDVLGENTIARVM. Cap. XVI.

1 EX Indulgentijs non solum proueniunt augumentatio gratiæ, & accumulatio gloriæ, verum etiam absolutio pœnæ temporalis, & aliquando etiam remittunt pœnitentias iniunctas, atque obligationem illas adimplendi.
Est autem discrimẽ inter DD. circa huiusmo-
2 di pœnarum remissionem.
Prima opinio est, quod per indulgentias remit-
3 tatur vinculũ, seu obligatio faciendi pœnitentias iniunctas, seu iniungendas à confessore, & quod ideo in ipsarum concessione dicitur pro pœnitentijs iniunctis, seu iniungendis, & quod propterea confessor in absolutione debet aduertere non omittere illam clausulam (*quidquid boni feceris, & mali substinueris sint tibi in remissionem peccatorum tuorum &c.*) quæ opinio tribuitur maiori.

4 Secunda opinio, quod remittantur solum pœnæ iniunctæ, & quæ illis respondent in purgatorio est *Caiet. opusc. de ind. cap. 6.*

5 Tertia, quod remittuntur pœnæ non iniunctæ, sed tantum Deo debitæ.

6 Quarta, quod remittantur iniunctæ, & non iniunctæ est *Palud. dist. 20. quæst. 4. art. 2. Anton. p. p. tit. 10. cap. 3. §. 3.* intelligendo iuxta concessionis formam, quia remittitur id, quod explicatur, hanc etiam tenet *Sot. dist. 21. quæst. 2. art. 1. Cord. quæst. 9. Nauarr. not. 11.*

7 Quinta, quod remittantur pœnitentiæ per sacros Canones statutæ, qui quidem Canones pœnitentiales multi sunt; de quibus, vide supra in hac parte fol. 15. cap. 2. vbi sunt descripti, & etiam Canones Apostolorum ibid. seq.

8 Sexta opinio, quod remittantur omnes pœnitentiæ voluntariæ susceptæ.

9 Septima pœnæ, & flagella, quæ solet Deus immittere peccatoribus in hoc mundo, indirectè tamen non directè, quæ autem sint ista flagella *D. Bernard. Aloys. de Granat. & cæteri.*

10 Octaua, quod remittantur omnes pœnæ purgatorij occultæ, & ignotæ, siue ex toto, siue ex parte, & quoad quantitatem, & quoad rationem pœnæ.

11 Nona, quæ videtur cõis, quod remittantur pœnæ iniunctæ, & non iniun-

iniunctæ, siue explicentur, siue non explicentur, siue indulgentia concedatur in genere, & simpliciter, siue absolute, siue alio modo, loquendo de genere iniunctarum, non autem de pœnitentijs per sacros Canones, de voluntarijs, & flagellis à Deo immitti solitis, aliquas ex diuersis opinionibus refert *Suar. disp. 50. n. 3. in princ.*

12 Pro resolutione dico, quod indulgentia non solum remittit obligationem faciendi pœnitentias iniunctas, & sic non solum, quoad forum Ecclesiæ in foro pœnitentiali, & non iudiciali exteriori, vt in *cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* sed etiam quantum ad forum, & iudicium Dei remittitur pœna ipsi Deo debita post contritionem, confessionem, & absolutionem siue sit iniuncta, siue non, cum potestas data Petro se extendat ad cælos, aliàs si solum iniunctæ remitterentur Ecclesia eas concedens magis damnificaret, quam iuuaret, quia remitteret ad maiores pœnas purgatorij, & sic indulgentiæ essent inutiles, vnde patet, quod Papa potest de plenitudine potestatis relaxare etiam non iniunctas, vt probatur ex eius potestate, & vsu Ecclesiæ *Viguer. de indul. cap. 16. §. 6. vers. 21. Caiet. &c.*

13 Nec obstat *ad Rom. 3. quod vnusquisque mercedem accepit secundum laborem suum*, quæ intelligitur de mercede essentiali, non secludendo meritum Christi, non autem de solutione pœnarum *Viguer. loc. citat.*

14 Secundo dico quod ab initio Ecclesiæ fuit in vsu relaxare, etiam non iniunctas, vt patet ex sacris Canonibus, & Bullis Pontificum, vide *Conc. Nicen. cap. vlt. Lateranen. sub Innocentio III. cap. vlt. Cyprian. lib. 2. Epist. 12.*

15 Tertio dico, quod quoties Pontifex concedit indulgentias, non facta mentione de iniunctis, tales indulgentiæ intelliguntur de iniunctis, & de non iniunctis, probatur, quia cum Pontifex non restringat, est latè interpretanda concessio *Nauarr. not. 11. Mich. Med. de indulg. cap. 13. & 14. Suar. disp. 50. sect. 3. n. 14.*

16 Quarto dico, quod à tempore, quo cœpit remitti rigor pœnitentiarum intelliguntur indulgentiæ, etiam de pœnitentijs iniungendis, quamuis tantum exprimantur iniunctæ, intelliguntur enim de iniunctis à Deo, vel à iure canonico est *Turrecrem. & Innoc. in cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. Maio. dist. 20. quæst. 2. dub. 1. Riccard. ead. distinct.* & alior., probatur quia alioquin Papa hoc tempore nihil concederet, & sic indulgentiæ essent deceptoriæ, cum nunc non tollant vinculum faciendi pœnitentias iniunctas; confirmatur ex communi vsu, & sensu fidelium *Suar. loc. cit. Cord. quæst. 9. & 11.*

17 An per indulgentiam tollatur vinculum pœnitentiarum iniunctarum, ita vt qui consequitur indulgentias nō teneatur implere pœniten-

tentiam iniunctam à Confessario? Respond. primo quod olim quando erat vsus imponendi pœnitentias iuxta canones indulgentiæ relaxabant vinculum pœnitentiarum, vt patet ex ipsis canonibus.

18 Secundo certum est quod hoc tempore potest relaxari dictum vinculum, quia nunc Pontifex habet eãdem potestatem, quam tunc habebat, nec est necesse, quod cum illa conditione confessarius iniungat, vt falso docet *gloss. in c. quod autem de pœnit. & remiss.*

19 Tertio dico, quod quando in forma non fit mentio de iniunctis non tollitur vinculum faciendi pœnitentiam, quia non est credendum illam esse intentionem Pontificis, cum pœnitentiæ imponantur ad remedium peccatorum, & propter alios fines, vide *gloss. Extrauag. Antiquorum vers. confitebuntur §. item quæro de pœnit. & remiss.*

20 Quarto dico secundum communem opinionem quando Pontifex concedit indulgentiam de pœnitentijs iniunctis, non solum remittitur pœna peccatorum, sed etiam obligatio faciendi in hac vita pœnitentias aliàs iniuctas, & hanc sequitur *Tol. lib. 6. cap. 23.* tutius tamen videtur oppositum, quod scilicet dicta obligatio non remittatur; quia pœnitentiæ iniunguntur ad alios fines, vt patet *ex cap. omnis vtriusque de pœnit. & remiss. & ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 8. de Sacram. pœnit.* nempè ad præseruandum hominem a peccato, ad extirpandos malos habitus, & vt patiendo Christo conformes efficiamur, vt ostendamus dolorem peccati, & sentiamus eius grauitatem, & augumentum gratiæ, & gloriæ; confirmatur ex communi sensu, & vsu fidelium, & quia alias retraherentur homines à pœnitentia, præsertim quia hoc tempore iniunguntur breues pœnitentiæ, & sic communem opinionem possumus interpretari, habere locum in antiquo vsu pœnitentiarum non, in nostro.

21 Addo tamen posse confessariũ minuere pœnitentias tẽpore indulg. Confirmatur quia in Iubileis solet apponi clausula (imposita salutari pœnitentia) *Suar. disp. 50. sect. 2. n. 8. Enr. lib. 7.*

22 Quinto dico quod per indulgentiã nõ tollitur obligatio recipiendi pœnitentias in foro pœnitentiæ, vt infertur ex dictis *ex Canon. cit. vide D. Thom. in 4. dist. 20. quæst. 2. art. 5. Sot. dist. 21. quæst. 2. art. 1. Syl. §. 23. Nauarr. not. 31. Suar. loc. cit.*

23 Dices an liberet indulgentia à poena æterna? Resp. non, nec mutat æternam in temporalem *Suar. disp. 50. sect. 1. n. 9.*

24 An autem liberet à poena, & culpa diximus supra.

25 Dices quorum peccatorum consequitur remissio per indulgentiam, futurorum, præteritorum, an præsentium? Respond. plures sunt in hoc opiniones; prima quod si suscipiens indulgentias est in statu gratiæ consequitur remissionem poenarum, & peccatorum praeteritorum, & praesentium; si est verè contritus, & quod sit confes-

fessus praeteritorum *cap. 2.* quod quando quis consequitur indul-dulgentiam in statu peccati mortalis non consequitur remissionem peccatorum praeteritorum, etiam quod fuerit confessus, & absolutus, quia si quis vult consequi Iubileum absque eo, quod confiteatur, seu habeat propositum redeundi ad peccatum, non consequitur indulgentias, quia non est in statu gratiae, nec prosunt illae indulgentiae pro peccatis praeteritis, licet tunc habuerit magnum dolorem.

26 Tertia quod quando quis in statu peccati mortalis suscipit indulgentias, tunc non consequitur indulgentias, sed infuturum cum fuerit in statu gratiae, quoniam retrotrahuntur, & valent non vt tunc, sed vt nunc, & habent tractum successiuum *Palud. in 4. distin. 20. quaest. 4. Syl. indulg. num. 20.* & mouentur hac ratione, quia sicut poenitentia iniuncta à Confessore, quamuis adimpleatur in statu peccati mortalis, adhuc tamen valet, quoad Ecclesiam, nec tenetur amplius illam repetere, & iterare, quia reuiuiscit, quando agit pęnitentiam iniunctam, licet extra statum gratiæ, ita in indulg. *DD. citat.* sed vide *D. Thom. in addit. tertiæ partis quæst. 27. artic. 1.* & hoc forsan voluit *gloss. Extraug. antiquorum vers. confitebuntur de pœniten. & remiss.* vbi cum opera viua valeant ad vitam aeternam, mortificata possunt viuificari, sequitur quod opera mortua, vt labor itineris factus in peccato mortali pro consequendo Iubileo possit prodesse ad remissionem poenarum pro peccatis debitarum, dum post laborem huiusmodi sit verè poenitens, & confessus.

27 Veram tamen opinionem credo *Nauarr. not. 31.* vbi habetur quod non retrotrahitur indulgentia, opera enim mortua non reuiuiscunt, hoc est opera facta in peccato mortali, secus mortificata, idest facta in gratia, & subsequitur postea peccatum mortale, redeunte postea peccatore ad gratiam reuiuiscunt.

28 Quomodo procedit regula illa *Indulgentiæ tantum valent quantum sonant,* de qua *D. Thom. in addit. ad tertiam partem quæst. 25. artic. 2. gloss. in cap. quod autem de pœnit. & remiss. vbi Abbas Nauarr. not. 15. & not. 31. num. 45. Fel. tract. de ind. Ant. p. p. tit. 10. c. 3. §. 3. Adrian. in 4. & cæteri.*

Respon. alij hoc axioma interpretantur, quoad Deum, non quoad Ecclesiam.

Alij dummodo causa sit proportionata indulgentijs, alij dummodo opus iniunctum sit æquiualens indulgentijs.

Alij, & melius *tantum valent, quantum sonant*, idest quantum continentur in diplomate, & in publicatione, vel secundum *Adrian.* concurrente auctoritate in concedente, pietate in causa, charitate in suscipiente, & operis iniuncti adimplemento.

26 Vel

26 Vel dicendum si concedantur legitimè, & ex causa sufficienti *tantum valent, quantum sonant*, alias non, v. g. si dicenti coronam detur indulgentia plenaria ex causa legitima, qui illam recitauerit tantumdem consequetur, quantum verba sonant *Nauarr. not. 15. Sot. distin. 21. quæst. 2. ad 5. Pet. Sot. lect. 2. de indulg. Albert. in 4. dist. 20. art. 17. Ricc. ead. art. 3. quæst. 2. Thom. Ledian. de indul. quæst. 7. art. 7. Syl. quæst. 3. Vigu. c. 16. §. 6. vers. 22. Enr. lib. 7. cap. 11. Suar. disp. 56. sect. 7. Cord. q. 22.*

30 Hinc patet, quod dum non constat causam esse in legitimam, indulgentia est iudicanda efficax, & nunquam contemnenda *Suar. ibidem num. 7. & 8. Tol. lib. 6. cap. vlt.*

31 An æqualiter omnibus prosint? Respond. sic, quando causa est sufficiens, etiam si opus non sit proportionatum *D. Thom. dist. 20. art. 3. quæstiunc. 2. ad 4. & in addit. 3. part. quæst. 25. art. 2. Suar. disp. 52. num. 3.*

32 Secundo quando causa non est proportionata, & opus est præfixũ ille plus lucratur, qui deuotius facit opus, quia quantitas fructus sumitur ex opere proportionato cum causa.

33 Tertio quando causa non est sufficiens, & opus est indeterminatum, non omnibus æqualiter prodest, sed qui plus fecerit, plus lucrabitur *D. Thom. loc. citat. art. 2. ad tertium*, & in hoc casu vera est sententia Bonauenturæ, qui tenet, quod in exequutione indulgentiæ non omnibus æqualiter prosunt, & sic concordari possunt variæ opiniones DD. in hac quæst. pendet tamen maximè, ex forma concessionis *Suar. disp. 52. sect. 8. n. 6.*

34 Quomodo autem plus vni quam alteri valeat indulgentia videndus *Cord. quæst. 32. vers. ex omnibus Med. disp. 8. cap. 38. disp. 9. cap. 48. vers. ita Graff. lib. 3. c. 7.*

35 An indulgentia sit strictè interpretanda vel fauorabili iure? Resp. vltra ea quæ dicta sunt supra in hac parte cap. 12. nu. 47. aliqui strictè *vt Palud. dist. 20. q. 4. Nauarr. not. 9. n. 8. & cons. 35. de pœnit. & remiss. & cons. 1. de vsuris.*

36 Alij fauoribili, & amplissimo iure, quia beneficium Principis, & est verior *Sylu. indulg. §. 8. Ang. ibid. num. 2. Cord. quæst. 19. Suar. disp. 56. sect. 2. num. 2.* confirmatur, quia est opus charitatis applicatum ex commissione Christi. Addo tamen quod potestas dandi indulgentias est strictè interpretanda *Suar. disp. 56. sect. 2. num. 5.*

37 Indulgentia certarum poenarum concessa visitanti talem Ecclesiam absque determinatione numeri intelligitur semel tantum, si determinatur tempus, intelligitur pro illo solo, si est in perpetuum per mortem concedentis non expirat, licet possit reuocari à successoribus, vt solent Pontifices nouiter creati reuocare omnes indulgentias

præ-

prædecessorum statim post publicationem sui Pontificatus, ideo requiritur confirmatio, seu noua concessio *Viguer. cap. 16. §. 6. vers. 22. Rod. quæst. 98. art. 4.* vbi sequutus *Nauarr. cons. 17. de pœnit. & remiss.* dicit quod est deceptus *Viguer.* putando huiusmodi reuocationem esse ob Reg. Cancell. 7. cum dicta non de indulg. loquatur sed de gratijs, & expectatiuis, seu indultis ad quærenda beneficia, & ad nominandum ad ea, vel conferendum, sicut regula *11.* reuocat vniones, sed *Rod. loc. citat.* nescio vnde colligat hanc credulitatem *Viguer.* cum nihil de huiusmodi regula loquatur, sed tantum dicit Pontificem solere reuocare omnes indulgentias per prædecessores concessas, & sic nihil de 7. Reg. Cancellariæ, quomodo autem, & quando ista reuocatio fiat *Vig.* non dicit nisi velit intelligere Bullam Pij V. vel per publicationem Iubilei, de qua in prima parte dictum est.

SVMMARIVM.

Indulgentiæ quandiu durent, vel cessent. 1.
Indulgentiæ quibus causis extinguantur, & deficiant. 1.
Indulgentiæ quomodo cessent ex parte concedentis. 2.
Indulgentiæ vt cessent an requiratur notitia. 3.
Indulgentia quomodo cesset ex parte eius, cui conceditur. 4.
Indulgentia quomodo cesset destructo loco, cui conceditur. 4.
Altare destructo an cesset indulgentia. 4. 5.
Ecclesia destructa an cesset indulgentia. 4. 5.
Ecclesia seu altare si readificatur an indulgentia recuperetur.
Altare seu Ecclesia si transferatur ad aliud locum an indulgentia cesset. 5. & 6.
Altari seu Ecclesiæ non dum constructæ an possit concedi indulgentia. 7.
Indulgentiæ concessæ altari vel Ecclesiæ nondum constructæ an valeant. 7.
Indulgentia an cesset solum voluntate. 8.
Indulgentia an cesset per renunciationem, seu cessationem causæ. 9.
Indulgentia an & quando cesset per concessionem alterius. 10.
Indulgentia an possit reuocari sine causa. 11.
Indulgentia an cesset per translationem ad aliam Ecclesiam, vel per mortem. 12.
Litteræ dimissoriæ de promouendo an expirent per mortem Episcopi. 13.
Indulgentia concessa Communitati an semper duret. 14.
Indulgentiam nullam velle accipere an liceat.

INDVLGENTIAE QVAMDIV durent, vel quando cessent. Cap. XVII.

1 EX tribus capitibus indulgentiæ possunt extingui, & deficere: primo ex parte concedentis: secundo ex parte eius, cui conceditur: tertio ex parte causæ, propter quam conceditur, quæ tria sicut ad indulgentiæ valorem, & effectum sunt necessaria, ita ab eis pendet indulgentia.

2 Ex parte concedentis cessant per reuocationem, seu suspensionem, vel adueniente tempore statuto in ipsamet concessione, solent enim aliquando concedi indulgentiæ ad tempus, si non habent tempus determinatum semper durant, nisi vt dictum est reuocentur, vel deficiat persona, aut locus, cui sunt concessæ *Suar. disp. 57. sect. 2. num. 11.* & ista reuocatio, seu suspensio fieri potest vel per concedentem, vel per successorem.

3 An autem per reuocationem ipso iure tollatur indulgentia, vel rerequiratur notitia dictum est par. 1. c. 10. n. 33.

4 Ex parte eius cui conceditur est quando destruitur locus, puta Ecclesia vel Altare, tunc enim destructo loco, vel Altare, vel forma illius, vel mutato loco, cui erat concessa indulgentia censetur reuocata *cap. ad audientiam de Eccles. ædific. Palud. in 4. dist. 41. quæst. 4. concl. 5. Aret. in §. sacræ num.* 10. *in instit. de rer. diuis. Nauarr. not. 31. num. 27.*

Alij *vt Suar. disp. 52. sect. 1. num. 8. & seq.* ad cognoscendum quando indulgentia cesset destructo loco, vel Altari, sic distinguũt, aut enim Ecclesia per partes tantum paulatim destruitur, & reædificatur, & indulgentia tunc non cessat, aut omnino destruitur, & alia ædificatur, & tunc cessat, seu secundum alios, aut destruitur de iure, & indulgentia non cessat, aut de facto, & indulgentia cessat *Lud. Bonon. tract. de indulg. num.* 79. qui limitat quando Ecclesia iure diruta in alium locum superioris auctoritate transfertur, & tunc nec

5 perditur, & à fortiori, si eadem reædificatur Superioris auctoritate quod non placet *Suar. loc. cit. n. 9.* vbi destructa Ecclesia, si iterum non ædificetur extinguitur indulgentia, si reædificatur in eodem loco, vel cum auctoritate Superioris alio transfertur non omnino extinguitur, sed quasi consurgit, & transfertur cum ipsa Ecclesia, licet

cet etiam de hac posteriori parte dubitet, & veriorem existimat opinionem Paludani, nisi aliter ex priuilegio constet.

6 Quando vero Ecclesia in eodem situ reædificatur, probabilis, & communis opinio est, quod indulgentia non cesset, maximè si statim incipiatur reædificatio *Imol. cons. 44.* quia tunc propter vicinitatem actus censetur durare, & continuare eadem Ecclesia, quod secus videretur si per multum temporis instauratio differetur, quamuis sicut tunc retinet priuilegia, ita videretur, & indulgentias, quia quoad situm re vera est idem locus, & quasi idem templum reputatur *gloss. in cap. priuilegia de reg. iur. lib. 6. Innoc. in c. cum ex iniuncto de nou. ope. nunciat.*

7 Altari, seu Ecclesiæ nondum constructæ, nec ædificatæ indulgentia non potest concedi *d. cap. ad audientiam* vbi *Abb.* distinguit *gloss. ibid. vers. non possumus, & idem Abb. in cap. nos quidem de testamen. num. 2.*

8 Potest etiam cessare indulgentia solum voluntate concedentis, licet hoc non soleat fieri, nec deceat sine publicatione *Gemin. in c. 1. §. ex parte n. 16. de concess. præben. lib. 6.*

9 Solet etiam cessare indulgentia per renunciationem, seu per cessationem causæ, sed ista moraliter non possunt contingere, vt notat *Suar. disp. 57. sect. 1. & 2.* licet enim per renunciationem possit extingui, cum quilibet possit renunciare fauori suo, quatenus ad ipsum spectet renunciare *cap. nuper de decimis*, tamen non valet ista renũciatio mutãdo voluntatem concedentis, sed bene non vtendo illa, ideo dixi quod moraliter non potest contingere, sic etiam non potest contingere, quod cessante causa cesset indulgentia.

10 Per concessionem alterius indulgentiæ neque, cessat nisi exprimatur *Suar. loc. cit. sect. 2. num. 12.* sed tunc dicitur destructa, cum v. g. Episcopus in dedicatione concessit annũ, superueniente Archiepiscopo similem concedat, vt dictum est supra *cap. 11. num. 24.* posterior valebit, & cessabit prima *Cord. quæst. 36. Suar.* vero contrarium tenet *loc. cit. num. 12.* cum potius prior valeat, vbi plures indulgentiæ personales non sunt incompatibiles in eadem persona; de localibus vero est regul, 57. Cancellar. quæ vult incompatibiles duas indulgentias in eod. loco, si nulla sit facta mentio prioris in impetratione, & tunc posterior est nulla ex declaratione, & quia censetur impetrata per subreptionem, ideo in casu dicto indulgentia Archiepiscopi censetur nulla, non autem illa Episcopi secundum *Suar. loc. cit.*

11 An indulgentia possit reuocari sine causa? Respond. sunt opiniones. Affirmat *Suar. disp. 52. sect. 2. nu. 6.* Alij negant, quia donatio

P 2

tio aut beneficium semel factum, non potest absque causa reuocari *Cord. quæst. 36.*

12 Per mortem concedentis vel per translationem ad aliam Ecclesiam non cessat indulgentia *Syl. quæst. 5. §. septimo num. 16. Nauarr. not. 31. à num. 25. ad 30. Suar. disp. 52. sect. 2. cum ibi allegatis, dixi p. 1. de Iub. cap. 19. nu. 5. vide Palud. dist. 20. quæst. 4. art. 7. Inn. in cap. quoad translat. de off. leg.* ratio est, quia gratia, quæ non expirat morte concedentis *cap. si super gratia de off. deleg. lib. 6. cap. vlt. eod.*

13 Hinc sequitur quod habens litteras dimissorias ab Episcopo cum facultate promouendi ad ordines à quocumque, vel à Romano Pontifice, Altare priuilegiatum, seu licentiam celebrandi in Oratorijs priuatis prædicta omnia non expirant mortuo concedente *Cardin. in clem. vlt. de elect. quæst. 5.*

14 Indulgentia concessa communitati semper durat etiam deficiente particulari persona, quia aliud est loqui de persona, cui concessa est indulgentia, aliud de ijs, pro quibus conceditur *Suar. disp. 57. sect. 2. num. 11.*

15 An sit licitum nullam velle accipere indulgentias? Respon. non est licitum, quia hoc modo homo saltem vult priuari ad tempus Dei visione, dum intendit satisfacere in purgatorio ad æqualitatem, hoc est secundū iustitiam & debet, & si adiungatur negligentia, vel contemptus, certius est non licere *Sot. disp. 21. quæst. 2. art. 1. in fin. Nauarr. not. 5. Cord. quæst. 40. Suar. disp. 49. in fin. vide Benz. lib. 5. cap. 12. vers. quisquis*, & quoniam est opus meritorium, ideo debet vnusquisque conari illas lucrari hilari animo, vide *Caiet. de indulg. quæst. 12.* vbi disputat an sit opus imperfectionis.

SVMMARIVM.

Potestas quæ datur in Iubileo extraordinario est absoluendi à censuris, & peccatis reseruatis, commutandi, & dispensandi vota, & eligendi confessarium ex approbatis. 1.

Excommunicati sunt extra Ecclesiam. 2.

Excommunicationes quænam sint, omnes scire oportet, & quare. 3.

DE

DE FACVLTATE QVAE DAtur in Iubileo extraordinario lucraturis Indulgentiam. Cap. XVIII.



OLENT Romani Pontifices in Bullis Iubileorum extraordinariorum triplicem præcipuè dare facultatem indulgẽtiam lucraturis.
1 Primo absoluendi ab omnibus peccatis, censuris, pœnis, & casibus etiam reseruatis Sedi Apostolicæ.
Secundo commutandi, & dispensandi vota in alia opera pia.
Tertio eligendi confessarium ex approbatis ab Ordinario, ideo nosse oportet Confessores quid agere possint, vel non possint à quibus absoluere valeant, quæ nam sint censuræ, & casus reseruati, quidue sit votum, & quomodo talis commutatio facienda sit, ideo de prædictis omnibus aliqua ad rem facientia pertractabo; de reliquis, cum ampla sit eorum materia, fusius in *Alphabet.* acturus in verbo *Censura*, *Excommunicatio*, *Suspensio*, *Interdictum*, *Votum*, *Confessor*, *Casus*, *Absolutio*, *Dispensatio*, & alibi, prout materia suadebit, & primo de censuris pertractabo. Cum enim excommunicati sint extra Ecclesiam, & membra abscissa, ne-
2 cesse est non solum parochos, & confessores, sed omnes fideles scire
3 excommunicationes, vt eas vitare possint.

S V M M A R I V M.

Censura quid sit. 1.
Censuræ nomine quid veniat. 2.
Irregularitas an sit censura. 3.
Irregularitas quid sit. 4.
Absoluendi facultas data in Iubileis an comprehendat irregularitatem. 5.
In irregularitatem quot modis incurratur. 6.
In irregularitatem non incurritur nisi fiat expressa mentio. 7.
Censuræ vt proferri possint quæ requirantur. 8.
Censuram quis inferre possit. 9.

Censura non datur sine peccato. 10.
Censuras ferendi potestas est de iure diuino. 11.
Censura maior quanam sit. 12.
Excommunicatio maior, & minor, & quae. 13.
Excommunicatio maior quae. 14.
Participatio actiua, & passiua quae. 15.
Excommunicatio minor quae sit. 16.
Excommunicatio minor quando contrahatur. 17.
Excommunicatio maior a iure, ab homine, comminatoria, lata sententia. 18.
Excommunicatio à iure reseruata, & non reseruata. 19.
Excommunicatio variè sumitur. 20.
Anathema, & excommunicatio maior in quo differant. 21.
Maranatha quid significet. 22.
Anathema sit, an significet sententiam latam, vel ferendam. 23.
Suspensio quid sit. 24.
Suspensio à quo feratur. 24.
Suspensionem quis incurrat. 24.
Interdictum quid sit. 25.
Interdictum quotuplex. 26.
Excommunicationes Papales, aliae sunt in Bulla Coenae, aliae extra Bullam, aliae nemini reseruatae. 27.

DE CENSVRIS IN GENERE, ET IN SPECIE. Cap. XIX.



1 ENSVRA est correctio ecclesiastica, qua Ecclesia vtitur, vt fideles in fide, & religione permaneant.

2 Sub nomine censurae venit tantum excommunicatio, suspensio, & interdictum.

3 Irregularitas autem non est censura, neque poena, sed impedimentum canonicum ad ordines suscipiendos, susceptosque exercendos *d. cap. quaerenti*, ideo ob amplissimam facul-
5 tatem, quae datur in Iubileis absoluendi à censuris, & poenis, non intelligitur irregularitas, nisi in eis dispensandi expressa detur facultas *Nauarr. cap. 27. n. 254.*

6 Hanc irregularitatem pluribus modis incurritur, nempè defectu na-

natalium, originis, liberationis à Curia, seu ratiocinijs, ętatis, bonę famae, corporis, animae, Sacramenti, perfectae lenitatis, & delicti, nempe ratione homicidij mutilationis, reiterationis certi Sacramenti &c. de quibus *Tol. lib. 1. & in Alphab. verb. irregularitas*.

7 Eam non incurritur nisi expressa mentio fiat, & in dubio quisque debet se reputare irregularem in foro conscientiæ, secus in foro exteriori.

8 In prolatione censurarum requiritur authoritas, causa, monitio, & scriptura *c. sacro de sent. excomm.* nec eam alius proferre potest,

9 nisi qui habet iurisdictionem ecclesiasticam ordinariam, seu delegatam in foro exteriori.

10 Censura non datur sine peccato.

11 Potestas ferendi censuras est de iure diuino *Matth. 18. Extrauag. Vnam de maior. & obed.* & qui violat censuram incurrit irregularitatem.

12 Inter censuras, maior est excommunicatio maior.

13 Excommunicatio duplex est, maior, & minor, maior excommuni-

14 catio est separatio à communione fidelium quoad fructus, & omnia suffragia priuans participatione Sacramentorum actiuè, & passiuè,

15 hoc est, quod excommunicatus maiori non potest nec recipere, nec conferre Sacramenta.

16 Minor vero est, quæ priuat participatione Sacramentorum passiuè, hoc est, quia potest dare, non autem recipere *cap. si celebrat. de cleri.*

17 *excommun. minister.* contrahitur propter peccaminosam participationem cum excommunicato maiori *c. nuper de senten. excommu.* quando tamen est denuntiatus, vel publicus clerici percussor *Extrauag. Mart. V. ad euitanda*, de qua *Nauarr. c. 27. n. 35.*

18 Excommunicatio maior alia est à iure, alia ab homine, alia comminatoria, alia latæ sententiæ.

19 Excommunicatio à iure alia est reseruata, alia non est reseruata.

20 Excommunicatio variè sumitur, *Sair. de cens. lib. 1. c. 3.*

21 Anathema idem est ac excommunicatio maior, differt tantum in solemnitatibus, fertur enim cum candelis accensis, postea extinctis, & pulsatis campanis, & aliquando dicitur etiam Maranatha, hoc est donec Dominus veniat *1. Corinth. 16. c. Gnlisarius 23 q. 4.* de his, & alijs vocibus ferendi excommunicationem *S. Hieronymus in Zacch. 14. Enr. lib. 11. c. 20. in fin Felin. c. Rodulph. n. 33. de rescrip. & in Alphab. vers. Excommunicatio Nauarr. de dat. & promis. t. 3. fol. 305. Sair. loc. cit. & c. 4.*

23 Si dicatur sit anathema continet latam sententiam secũdum *Fel. in c. Rodulph. n. 33. de rescrip. Tiraq. in l. si vnquam ver. reuertãtur*

Fallen.6.n.18.C.de reuocan.donat.Abb.c.2.in fin. de for. compet. sed contrarium tenent *Bald.in c.at si clerici nu. 20. de iudit. glos.c.2. de for.compet.Turrecrem.cap.1.dist.30.& c.citati à Sanch.de mat.lib.7. disp.12.de imped.matrim.n.2.* vbi ferendam sententiam continere affirmant.

24 Suspensio est prohibitio officij, & beneficij in totum, vel in partem ad tempus, vel in perpetuum, quam solum à clericis incurritur, alia profertur à Canone, alia à iure &c. *in Alphab. verb. suspensio.*

25 Interdictum est censura ecclesiastica, qua prohibentur diuina officia, certa Sacramenta, & ecclesiastica sepultura. Est triplex, locale
26 tantum, personale tantũ, locale, & personale simul, & vnúquodq; potest esse generale, particulare, & mixtũ, & omissis reliquis, quæ ad cẽsuras spectãt de excõmunicationib. reseruatis, & non reseruatis agã.

27 Excommunicationes reseruatæ Papæ aliquæ continentur in Bulla Cœnæ Domini, & solent esse num. 20. vt patet in Bulla Vrbani VIII. sub Datum Romæ pridie nonas Aprilis 1624. Aliæ vero continentur extra Bullam, quarum aliæ etiam sunt reseruatæ, aliæ vero non.

SVMMARIVM.

Excommunicati in Bulla Cœnæ sunt.

Hæretici, & eorum fautores. 1.
Legentes libros hæreticorum, imprimentes &c. 1.
Schismatici. 2.
Libros contentos in indice legere, & contentos in indice in quo differat. 3.
Appellantes à Papa ad futurum Concilium. 4.
Appellare quando dicatur in hac materia. 5.
Piratæ Cursarij &c. 6.
Piratæ qui dicantur. 7.
Fautores quando dicantur. 8.
Naufragantia bona Christianorum surripientes. 9.
Naufragantia quæ dicantur. 10.
An comprehendantur bona naufragantia in flumine, & qui accipiunt animo restituendi Domino, & postea mutent voluntatem. 10.
Gabellas augentes, vel imponentes. 11.
Principes supremi an intelligantur comprehensi in Bulla si imponunt Gabellas. 12.
Falsificantes litteras Apostolicas. 13.
Infidelibus auxilium dantes &c. 14.

Re-

EX-

EXCOMMVNICATIONES IN Bulla cœnæ contentæ.
Cap. XX.



RIMA excommunicatio, quæ continetur in Bulla Cœnæ est contra Hæreticos, ipsos credentes, receptantes, fauentes, defendentes, eo-
1 rum libros scienter legentes, retinentes, im-
2 primentes, & defendentes, Item contra Schismaticos, & se subtrahentes ab obedientia Romani Pontificis, super qua vide notata in *Alphabet. verb. hæresis verb. schismaticus, & verb. liber prohibitus*, & quæ notat. *Suar. tom. 5. disp. 21. Nauarr. cap. 27. Cand. aur. Coriol. Sair. & alios scribentes super dictam Bullam Cœnæ.*

3 Nota hic quod aliud est legere libros prohitos in indice, aliud legere libros Hæreticorum, primos enim legens, si sint propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnati ipso iure incidit excommunicationem, à qua potest absolui ab eo, qui potest à mortali. Legens vero secundos incidit in Bullam cœnæ. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, hebueritvè peccat mortaliter videatur Bulla Pij IV. Quæ incipit *Dominici Gregis.*

4 Secunda contra appellantes à Romano Pontifice ad futurum Concilium generale consulentes, & fautores.

Intellige si realiter fuerit appellatum, *gloss. in c. si quis suadente de pœnis Syl. excommunicatio. 7. n. 4. Nauarr. c. 27. nu. 58. Suar. tom. 5.*
5 *disp. 21. sect. 2. nu. 17. in fin.* vide super hac secunda excommunicatione constitutionem Pij Secundi *Execrabilis* Iulij Secundi *suscepti*, & *in Alphab. verb. appellatio.*

6 Tertia contra Piratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos, & eorumdem fautores, receptores, & defensores.

7 Piratæ, an intelligantur discurrẽtes Mare Ecclesiæ, vel omnia alia, & an deprædantes quoscumque, vel Christianos tantum, & an extendatur, an dantes consilium *Suar. disp. 21. nu. 18. Cand. §. 3. n. 2.*

8 Qui autem sint fautores relinquitur arbitrio Iudicis *l. p. ff. de iur. deleg.* & cætera *Suar. nu. 22.*

9 Quarta, Contra suscipientes bona naufragantia Christianorum, etiam

etiam in lictoribus inuenta, de qua etiam habetur in *c. excommunicationi de raptoribus*.

10 Intellige cuiuscumque generis,& an incurrant accipientes ex simplicitate ignorantes talem excommunicationem, vel res acceptæ sint parui momenti in *Alphab.verb.naufragantia bona*. Quid de fautoribus *Suar.loc.cit.nu.32*.

An compræhendantur bona naufragentia in flumine, *candelab. num. 7*.

An incurrant qui accipiunt animo restituendi Domino, & postea mutent voluntatem, & incipiunt habere sua *Sair. cap. 8.* vbi additio affirmat.

11 Quinta, contra imponentes siue augentes in terris suis nouas gabellas,&c. præter quam in casibus à iure, aut licentia Sedis Apostolicæ permissis, necnon contra exigentes prohibita imponi, & augeri.

12 An intelligantur Principes supremi habentes authoritatem imponendi nouas gabellas *Suar.num.36.Candel. nu.5. & plura in Alphab. verb. gabella*.

13 Sexta, contra falsificantes litteras Apostolicas, & supplicationes à quocumque authoritatē habente signatas, & cætera in *Alphab. verb. falsum, & verb. littera Apostolicæ*.

14 Septima contra dantes auxilium Infidelibus contra Christianos, deferendo arma,& alia vsui belli eoidonea, siue Turcis, vel alijs Christiani nominis inimicis, & ad Reipublicæ Christianæ statum pertinētia, ijsdem in damnum Christianorum nunciantes; Item contra certiorantes eosdem de ijs, quæ ad ipsam Rempublicam Christianam pertinent, tam mediatè, quam immediatè,& contra dantes auxilium consilium,& fauorem, de qua excommunicatione in *cap. ita quorumdam de Iudæis c. significauit & c. ad liberandam eod. Extrauag. Ioannis 22. & Clem. V*.

15 Quid autem dicendum de remigantibus in Triremibus, Turcharū in actuali incursu Christianorum, an hanc incurrant excommunicationem *Suar.nu.60.Candelab.num.18.Nauarr.c.27. num.63. plura in Alphab. verb. Arma*.

16 Per illud verbum, *certiorantes*, intelligitur reuelare secreta nociua Christianis, dare illis consilium, auxilium,& fauorem plura *Coriol. super hac excommunicatione*.

17 Octaua contra impedientes victualia, vel alia necessaria deferri ad vsum Romanæ Curiæ, contra perturbantes ne eadem conuehantur, aut deferantur, & contra eos, qui per se, vel alios defendunt eos, qui talia faciunt.

Intel-

Intellige si impeditio sit iniusta vide *Caiet. verb. excommunicatio c.19.Nauarr.c.27. nu.64.*

18 Nona contra ledentes mediatè, vel immediatè venientes ad sedem Apostolicam, & recedentes ab ea, & contra vexantes, & commorantes in ea sine iurisdictione à Papa concessa mediatè, vel immediatè.

19 Sub nomine sedis Apostostolicæ intelligitur sedis, & Curia Apostolica *Caiet.verb.excommunicatio.cap.14.Nauarr. num. 65. Tol. §.7. dub. 1.*

20 Decima, contra inferentes iniurias ijs, qui Romã deuotionis causa petunt, vel ibi morantur, vel ab ea recedunt, & contra dantes consilium, auxilium, & fauorem de qua in *c.si quis Romipetas 24.q.3. vide in Alphab.verb.Romipeta.*

21 Vndecima contra offendentes Cardinales, aliosq. Ecclesiæ Prælatos, de qua in *c.Fœlicis de pœnis & Clem.si quis suadente eodem.*

22 Duodecima contra ledentes per se, vel alios venientes ad Romanã Curiam pro suis negocijs; occasione huiusmodi negociorum directè, vel indirectè procurantes exequi, & præstantes auxilium, consilium, & fauorem.

23 Decima tertia contra appellantes ad laicam potestatem à grauamine, vel futura exequutione litterarum Apostolicarum de qua in *c. quoniam de immunitate Ecclesiæ libro 6.*

24 Decima quarta Contra impedientes exequutionem litterarũ Apostolicarum, aut aliarum expeditionum, & prohibentes ad gratias impetrandas ad sedem Apostolicam accedere.

25 Decimaquinta contra Iudices sæculares, qui personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia præter iuris Canonici dispositionem trahunt, quique Ecclesiasticam libertatem quocumque prætextu tollunt, aut lædunt, aut perturbant.

Super qua vide *Coriol.super dicta excommunicatione* vide *Nauar. num.70.*

26 Decimasexta contra impedientes Prælatos Ecclesiasticos ne sua iurisdictione vtantur, quique vt illorum iudicia eludantur, ad curiam sæcularem recurrunt, aut contra illos decernunt, aut auxiliũ præstãt.

Super dicta clausula vide *decis.Rot.* allatas à Candelabro aureo in vna oscen.pœnitentiariæ 13. Aprilis 1595. Coram Blanchetto; in vna Oscen. Canonicatus prima Decembris coram Penia; Carthaginen. pensionis coram Decano.

27 Decima septima contra vsurpantes iurisdictionem, seu fructus Sedis Apostolicæ, & aliarum Ecclesiarum, seu illos sequestrantes sine licentia eorum, ad quos legitime spectat, de qua etiam in *Conc. Trid. sess. 23.c.11. de reformat.*

Quid

Quid autem veniat sub nomine iurisdictionis *Coriol. Suarez, & Caiet. hic.*

28 Decimaoctaua contra imponentes siue exigentes decimas, gabellas,&c. personis, vel locis Ecclesiasticis, vel eorum fructibus etiam sponte dantibus sine licentia summi Pontificis, contra id procurantes,auxilium,consilium, & fauorem dantes, de qua *c. non minus cap. aduersus de immunit.Eccl.vbi Abb.& in const.13.p.p. Triden.sess.25. c.20.vide Nauar.c.27.n.202.*

An autem comprahendantur Clerici coniugati, &c. *Coriol. hic & Suar.*

29 Decimanona contra Iudices sæculares se interponentes in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas, sine licentia sedis Apostolicæ, vel dictam licentiam ad alia non expressa extendentes,vel illa abutentes.

In quibus casibus possit Iudex laicus capere,& incarcerare Clericũ vide *Coriol.*in ista excõmunicatione,vbi sex cõnumerat casus,nẽpe si clericus est declaratus, & traditus Curiæ sæculari, si amisit priuilegium fori, si enormitatibus se immiscuit, si inuentus sit in fraganti, si de mandato superioris clerici procedat, si in habitu,& tonsura non incedat, si clericus commisit delictum notorium coram iudice sæculari, & si arma detulerit prohibita à iudice sæculari per ibi notata,& declarata.

30 Vigesima contra occupantes loca, & iura pertinentia ad Ecclesiã Romanam mediate,& immediate,illiusq. iurisdictionem vsurpantes.

31 Hæ omnes excommunicationes sunt ipso iure, & soli Papæ reseruatæ.

32 Hanc Bullam Confessores apud se habere tenentur,& licet olim ex Bulla Pij V. tenerentur habere sub peccato mortali, hodie verò secus est.

33 Confessores non solum habeant Bullam Cœnæ currentis anni, verum etiam aliorum annorum, vt videre possint si in aliquo sit facta mutatio.

S V M M A R I V M.

Excommunicationes dispersas, qui collegerunt. 1.

Excommunicãtur excommunicatione Papæ reseruata infrascipti. 2.

Percutientes clericos. 2.

Clerici nomine,qui intelligãtur in Canone,Si quis suadẽte diabolo.3.

Nouitium percutiens an sit excommunicatus. 4.

Mandantes percuti clericum an sit excommunicati. 5.

Detrudentes clericum an sint excommunicati. 6.

Con-

Absol-

Ingres-

Soli-

EXCOMMVNICATIONES Extra Bullam Cœnæ Papæ reseruatæ sunt quæ sequuntur.
Cap. XXI.

1 NONNVLLI excõmunicationes varijs locis dispersas in vnum colligere studuerunt, vt *Summ. Asten. lib. 7. Rosell. Ang. Syl. Tab. Caie. Armill. & cæteri Summistæ verb. excommunicatio Nauarr. c. 27. à num. 35 seq. Tol. lib. 1. c. 19. Graff. lib. 4. à c. 18. ad 25. Sayr. lib. 2. & 3. Vinc. Politius in Memor. Cleric. Anton. 3. p. tit. 24. Sayr. lib. 2. & 3. Raphael Rastellius tract. de conf. Suar. tom. 5. disp. 21. & seq. à 24. Barb. de off. Episcopi p. 3. alleg. 50. & alij.* Ego tamen hic in vnum redigere volui ad commoditatem Confessorum, & pœnitentium.

2 Prima est contra percutientes Clericũ percussione graui, & enormi, de qua in *c. si quis suadente 17. q. 4. super qua Suar. disp. 23. sect. 1. à nu. 81. ad 92. Coriol. in expositione vndecimæ excommunicationis in*
3 *Bulla Cœnæ*, procedit etiam si Clericus sit primæ tonsuræ *cap. cum cõtingat de ætat. & qualit.* etiam si sit coniugatus, habendo requisita *c. 1. de Cleric. coniug lib. 6.* etiã si sit Religiosus ad tria vota adstrictus *c. cum illorum de sent. excomm.* etiam si sit monialis *c. de Moniali de*
4 *sent. excommunic.* etiam si sit Nouitius, vel Nouitia *cap. Religiosi §. quamuis de sent. excommunic. lib. 6.* etiam si sit conuersus, vel conuersa *c. non dubium de sent. excomm.*

5 Comprehenduntur mandantes *cap. Mulieres eod.* ratum habentes percussionem suo nomine factã in *c. cum quis eod. lib. 6.* non obuiantes cum possint *c. quanta de senten. excommunic.* detrudentes, & detinen-
6 tes in vinculis *cap. nuper eod.* consulentes, consentientes, & auxilium dantes *cap. quanta eod.* consentientes percussioni *cap. contingit eod.* & ipsimet se percutientes *Nauarr. cap. 27. num. 79. Suar. disp. 22. sect. 1.*

7 Contra illum qui excommunicatus à delegato Papæ per annum permanlit in excommunicatione, & rei judicatæ parere contendit, elapso enim anno manet Papæ reseruata, ratio est, quia cessat iurisdictio delegati, & remanet reseruata Papæ ex *cap. studuisti cap. sane*,

& cap. quarenti de offic. deleg. Sayr. lib. 3. c. 29. num. 3. Suar. num. 3. Tol. lib. 1. cap. 22.

8 Contra incendiarios denunciatos excommunicatos à Prælatis *c. tua nos de sent. excommunic. vide Suar. disp. 22. sect. 2. num. 15. Caiet. cap. 22. Nauarr. cap. 27. num. 94. Tol. lib. 1. cap. 35. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 8.*

9 Contra sacrilegos effringentes, & spoliantes Ecclesias cum effractione, postquam fuerint denunciati *cap. conquæsti de sent. excomm. Suar. disput. 22. sect. 2. num. 4. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 12. Sylu. excommunicatio 7. nu. 16. Caiet. cap. 21. Nauarr. cap. 27. num. 94. §. 8. Tol. lib. 1. cap. 35. nu. 6. Sayr. cap. 3. num. 13.*

Immittens ignem in Ecclesiam incurrit ac si esset effractor *Suar. tom. disp. 22. sect. 2. num. 13.*

10 Contra habentes litteras falsas Apostolicas, & intra viginti dies eas non destruunt, aut resignant ex *cap. dura de crim. falsi §. adijcientes*, sed non incurritur donec promulgentur.

11 Contra eos qui excõmunicati ab Episcopo intra viginti dies non paruerint, defertur enim absolutio ad Romanum Pontificem, quam excommunicationem hucusque in iure non reperi, licet ab aliquibus DD. ponatur.

12 Contra falsarios litterarum Apostolicarum *cap. ad falsariorum de crim. fals.* hanc *Suar.* dicit reseruatam in Bulla cœnæ *disput. 22. sect. 2. nu. 2.*

13 Contra Clericos scienter, & sponte participantes in diuinis cum excommunicatis nominatim à Papa, recipiendo eos ad diuina *cap. significauit de sentent. excomm. Sayr. lib. 3. tom. 1. cap. 29. num. 5. & 6. Sylu. excommunicatio 7. num. 12. Caiet. cap. 58. Nauarr. cap. 27. num. 93. Suar. disput. 22. sect. 2. num. 22. Tolet. lib. 1. c. 35. nu. 2.*

14 Contra Communicantes in crimine criminoso cum nominatim excommunicatis ab Episcopo, & quando Episcopus per statutum alijs inferioribus prohibet absolutionem *cap. nuper & c. si concubinæ de sent. excommunic. Suar. disp. 23. sect. 1. nu. 1.*

15 Dicitur autem communicare in crimine cum v. g. Clerici participarent cum concubinis ipsorum, quæ fuerunt excommunicatę *gloss. in Clem. 1. vers. incurrunt de relig. domib.* & nota quod illud verbum criminoso est datiui casus.

16 Contra communicantes scienter cum excommunicatis nominatim à Papa *c. nuper & c. si concubinæ de sent. excomm.*

17 Contra eligentes in Senatorem Romanum, & Officialem Vrbis Imperatorem, aut alium notabilis excellentiæ, aut Nepotem, aut alium vltra annum, nisi sit originarius *cap. fundamenta §. proinde de elect. lib. 6.*

Con-

18 Contra absolutos ab excommunicatione reseruata summo Pontifici sub conditione comparendi coram eodem, vel satisfaciendi, & talis conditio non sit adimpleta tempore præfixo, vel contra absolutos à sede Apostolica, vt se præsentent ordinario, aut alijs Iudicibus, vel cōtra absolutos in articulo mortis, & non se præsentauerint, quam cito commodè poterint post periculi, aut impedimenti liberationem, &c. *c. eos de sent. excomm. lib. 6. Suar. disp. 22. sect. 3. nu. 9. & sect. 1. nu. 6.*

Intellige si sint absoluti ab excōmunicatione reseruata Episcopo, excommunicatio intelligitur reseruata Episcopo, si Papæ erat reseruata intelligitur etiam summo Pontifici reseruata *Caiet. excommunicatio 69. Nauarr. c. 27. nu. 46. & 113. Tol. lib. 1. c. 15. nu. 2.*

19 Contra grauantes, vel dantes licentiam inferendi iniurias, vel grauamen ijs, qui aliquam censuram tulerunt etiam si grauamen inferatur non dictorum Iudicum personis, sed bonis suis, vel suorum, aut illis qui occasio fuerunt latæ sententiæ, vel renuerunt communicare, cum sic excommunicatis, &c. *c. quicumque de sent. excom. lib. 6. Suar. disp. 22. sect. 3. nu. 1.*

20 Contra insequentes percutientes, vel capientes hostiliter Cardinales auxilium, consilium, & fauorem dantes *c. Fœlicis de pœnis lib. 6.* est reseruata in Bulla Cœnæ.

21 Et Pius V. extendit ad scientes quodlibet crimen in ipsos Cardinales commissum, & non reuelantes illos opportunè Romano Pontifici, vel ordinario in *constitutione In fœlicis sæculi 93.* & Leo X. in inuadentes eorum domos *constitutione temerariorum 16.* vide *Suarez disp. 22. sect. 3. n. 12.*

22 Contra Inquisitores omittentes procedere contra aliquem, contra quem esset procedendum, aut imponentes hæresim contra iustū, odio gratia, vel amore *Nauar. c. 27. nu. 100. Caiet. c. 3. Suar. disp. 22. sect. 3. & 4. Sayr. lib. 3. c. 29. nu. 29. Tol. lib. 1. c. 36. nu. 1.*

23 Contra iniuriosè, vel temere percutientes Episcopum, vel eum bandientes *Clem. quis de pœnis.*

24 Contra Religiosos ministrantes extremam vnctionem, viaticū, matrimonium solemnizantes absque licentia Parrochi, aut absoluentes excommunicatos à Canone statutis synodalibus, aut Prouincialibus præter quam in casibus permissis *Clem. 1. seu Religiosi de Priuil. Caiet. c. 46. Suar. disp. 22. sect. 4. nu. 2. to. 5. Nau. c. 27. num. 101. Tol. lib. 1. c. 36. nu. 2. Sayr. lib. 3. c. 29. nu. 6.*

25 Contra Religiosos, & Religiosas, vel Clericos sæculares inducentes aliquem ad iurandum, vouendum, vel promittendum, vt sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel electam non mutent *Clem. cupiētes §. sanè & fi. de pœnis Nau. c. 27. n. 103. Suar. disp. 21. & 22. sect. 4 n. 25 Syl. excom. 7. n. 49. Caiet. c. 49. Sayr. lib. 3. c. 29. n. 39. Tol. lib. 1. c. 36. n. 3*

26 Contra dominos temporales cogentes celebrari in loco interdicto, vel facientes conuocare populum ad diuina in eodem loco, vel prohibentes ne publicè excommunicati, interdicti exeãt à loco, vbi missæ celebrantur, vel si ipsi sunt excommunicati nominatim, & moniti non exeant ab eod. loco *Clem. grauis de sent. excom. Suar. disp. 22. sect. 4. num. 27.*

27 Contra Minores Fratres, qui tempore interdicti admittunt in suis Ecclesijs Fratres Tertij Ordinis ad audiendum diuina officia *Clem. cum ex oo de sent. excomm.*

28 Contra delacerantes, & exenterantes corpora defunctorum, vt cõseruentur, vel decoquantur, vt ossa possint in alia loca ferri ex Bonif. Octauo *in Extrauag. p. de sepult.*

29 Contra dantes, vel recipientes ex pacto temporalia, puta, pastum, prandium, cœnam, pecunias, iocalia, &c. pro facienda professione, vel pro ingressu Monasterij, & Religionis *Extrauag. 1. vel sanè de simonia vide suar. disp. 22. sect. 5. nu. 11. & 16 Caiet. c. 73. Syl. excommunic. 7. nu. 71. Tol. lib. 1. c. 36. Sayr. lib. 3. c. 36. Greg. X. Tenorem Ausnonij* 12. *Kal. Martij anno 1. Compend. Priuil. fol.* 42. de modo autem, quo possunt dispensare Nouitij, & donare ante ingressum *Rodriq. q. Reg. q. 16. tom. 3. & tom. 2. q. 47. & 48.*

31 Contra Regulares Mendicantes, transeuntes sine licentia Pontificis ad aliam Religionem non mendicantium excepta Cartusianorũ, & contra eos recipientes *Extrauagan. viam ambitiosè de Regularib. Caiet. c. 74. Suar. disp. 22. sect. 5. num. 16. Nauarr. c. 27. num. 106. Sayr. lib. 3. cap. 30. nu. 8.*

32 Contra affirmantes peccare eos, qui tenent Beatam Virginem esse conceptam sine, vel cum peccato originali, & contra habentes libros continentes supradicta. *Extrauag. graue nimis de reliq. & venerat. Sanct. Conc. Trident. in fine de pecc. originali sect. 5. Pius V. in constit. super speculam. 122.*

33 Super hac re in generali Congregatione vniuersalis inquisitionis habita feria quinta 31. Augusti 1617. Coram Paulo Quinto fuit prohibitum, ne quis audeat in publicis concionibus, alijsque publicis actibus asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta, cum peccato originali sub censuris, & pœnis appositis in *d. cap. graue* & in Bulla super speculam ipso facto incurrendis, non tamen intendens Sanctitas sua reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, nec non super eisdem censuris, & pœnis mandauit, quod negatiuam opinionem, quod non fuerit scilicet concepta cum peccato originali in publicis actibus asserentes aliam opinionẽ nõ impugnent, nec de ea aliquo modo agant, & cætera in dicto decreto, quod videre poteris in fine huius *c. nu.* 133.

Demum

Demũ in alia Congregatione eiusdem vniuersalis Inquisitionis habita 24. Maij 1622. coram Greg. XV. per particulare Decretum, prædictum decretum Pauli Quinti, ampliauit etiam ad colloquia priuata, mandauitq. ne de cætero donec articulus terminetur, nec in sermonibus, nec in scriptis priuatis asseratur, quod fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiue aliquo modo agere, vel tractare, quam opinionem sanctitas sua non intendit reprobare, sed relinquit in terminis, in quibus reperitur præter disposita in decreto Pauli Quinti, & in præsenti.

Item mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiusmodi decretis nõ aduersantur, seruentur constitutiones Sixti Quarti, Alexandri Sexti, Pij Quinti, & Pauli Quinti, nec non mandat, vt in missis, & diuinis officiis publicè, vel priuatè celebrandis conceptionis nomine vtantur, sub pœnis, & censuris in dictis constitutionibus appositis, vide decretum *loc. cit.*

Vide super hac materia *Suar. dist. 22 sect. 5. num. 30. Barb. par 3. alleg. 50. n. 111. Caiet. c. 74. Sayr. l. b. 3. c. 30. Nauar. c. 27. n. 107.*

Idem Sanctiss. Papa Greg. XV. in fauorem Fratrum Ord. Præd. ædidit aliam Bullam die 28. Iulij 1622. Pontificatus sui anno secundo, vt de cætero in quibuscumque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs inter se dumtaxat de materia eiusdẽm Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis differere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incursu libere, & licitè possint, & valeant: Videatur hæc Bulla in fine Compendij Bullarij à Flauio Cherubino editi *incipit Eximÿ.*

34 Contra absoluentes à casibus Papæ reseruatis, & contra Confessarios commutantes aliqua ex quinque votis Papæ reseruatis, vt *Extrauag. & si Dominici de pœnit. & remiss. Suar. disp. 22. sect. 5. nu. 28. Sot. dist. 21. q. 2. art. 3. concl. 5. Caiet. c. 32. Nauar. c. 26. n. 105.*

35 Contra dantes, vel recipientes aliquid in Romana Curia pro gratia, vel iustitia consequenda *Extrauag. 1. de sent excommun.* confirmatur etiam ex Bulla Greg. XIII. *incipit ab ipso*, vide *Nauar. de datis, & premissis*, vbi declaratur Bulla dicti Greg. XIII.

36 Contra officiales Ecclesiæ Romanæ accipiẽtes munera à subiectis iurisdictioni præter esculenta, & poculenta, quæ per biduum consumi possint, excluduntur Cardinales, & includuntur etiam dantes, & tenentur ad restitutionem *Extrauag.* Pauli Secundi, *munera 3. Suar. disp. 22. sect. 6. nu. 7.*

37 Contra minores, & Hæremitanos, qui præsumunt recipere in suum ordinem Fratres prædicatores ex Priuilegio citato ab *Anton. 3. p. tit. 24. c. 31.* quo gaudent alij ordines, quibus Fratruum Prædicatorum priuilegia sunt communicata.

38 Contra Cardinales præsumentes contrauenire ſede vacante diſpoſitioni Iulij Secundi, quæ incipit *cum tam diuino* latæ contra cõmittentes Simoniam in electione Romani Pontificis prout etiam ſtatutũ eſt in *Conc.Lateranen.ſeſſ.5.ſub Leone X.* ſuper quo *DD. in c. licet de elect.Vict.de relect.de ſimonia nu.5.Suar.diſp.22.ſect.6.n.p.Caiet.excommunicatio c.24.Nauarr.c.27.num.111. §.trigeſima p. Sayr.lib.3. c.31.nu.3.*

39 Contra alienantes bona Eccleſiæ, & piorum locorum locantes vltra triennium ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, & alienata recipientes *Extrauag.Paul. II. Ambitioſè de rebus Eccleſiæ non alienandis Conc. ſeſſ.25.c.21.de reformat.*

40 Aliqui tenent non eſſe receptam quoad excommunicationem, ſed tantum quoad nullitatem contractus, item quod non ſit reſeruata, & quod Epiſcopi poſſint ab ea abſoluere, ego tamen ſecus vidi practicari in curia, vbi non ſolum expediuntur breuia in ſacra pœnitentiaria in foro conſcientiæ, & etiam per ſignaturam ſanctiſſimi in foro exteriori, ſed quotieſcũque expediuntur ſi in euidentẽ, & tradita ſit poſſeſſio non obtento prius beneplacito Apoſtolico, additur, vt poſſint abſolui à cenſuris alienantes, & qui alienata receperunt, & diſpenſari ſuper irregularitate, &c. quæ clauſula abſolutionis alterat taxam expenſarum pro dicta expeditione, vt videre eſt in formulario verbo *alienatio,* & ita etiam ſentit *Quaranta verb. alienatio nu. 49. vide praxim Curiæ Epiſcopalis c.73.nu.50.Barb.p.3.alleg.50.nu.173.Syl. excommunicatio nu.15.Sayr.lib.3.c.32.nu.23.*

41 Exceptuabantur per prius Regulares habentes priuilegia vſque ad certam ſummam, ſed hodie huiuſmodi priuilegia ſunt reuocata, & Regulares huiuſmodi alienationes nullo pacto facere poſſunt ſine licentia Congregationis Concilij ex decreto eiuſdem Congregationis iuſſu Sanctiſsimi Domini Noſtri Vrbani Octaui, æditum ſub die 7. Septembris 1624.

42 Contra Prædicantes Euangelium contra ſenſum DD. approbatorum, vel certum diem Iudicij & Antichriſti futura prædicentes miracula falſa, vel incerta, vel prophetias in Biblia non contentas recitantes detrahentes in ſermonibus Prælatis, Epiſcopis, & Superioribus, vel ipſos repræhendentes *Concil.Lateranen.ſeſſ. 11. & 25.* ſub Leone X.

43 Contra accedentes ad ſanctum ſepulchrum cauſa deuotionis ſine licentia Romani Pontificis, de qua *Anton.par.3.tit.24.& 25.cap.30. Suar. diſp.22.ſect.9.num.9.* & Pius Quintus contra Fratres Regulares imponit etiam excommunicationem, ſed non reſeruatam, de qua *infra nu.98.*

Con-

Contra Ministros Cameræ Apostolicæ non reddentes fideliter ra-
44 tionem administrationis Paulus III. *Cum sicut 40.*

Contra tractantes de eligendo Summo Pontifice, viuente Papa, inconsulto Pontifice viuente, ambientes Papatum, eiusq; causa simo-
45 niam committentes, & dantes auxilium, etiam si sint Reges, & Imperatores, Paulus IV. *Cum secundum 16.* vide super dicta Bulla *Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 2.*

Contra Prælatos clericos, & personas ecclesiasticas apud Sedem
46 Apostolicam constitutas, quæ aliquid donant, seu promittunt directè, vel indirectè, seu per alios datum, seu promissum persoluunt nũtiantibus prouisiones eis concessas ex Gregor. XI constit. *Solicite 4.* in veteri Bullario.

Contra facientes scommissas, etiam si Imperatores, & Cardinales sint super vita, aut morte, aut futura creatione Romani Pontificis,
47 viuente Romano Pontifice, aut Apostolica Sede vacante, & promotione Cardinalium, & contra permittentes huiusmodi fieri in terris, & locis sui dominij, consilium, auxilium, aut fauorem dantes Greg. XIV. in const. *Cogit nos. 4.*

Contra Laicum officialem quoquomodo relegantem clericum,
48 aut personam ecclesiasticam, siue bandientem, aut prescribentem Vrbanus VI. *Quia sicut 3.*

Contra pugnantes in duello, dantes campum, auxilium, & cæt. Pius IV. constit. *Ea quæ 11.* Iulius II. *Regis 19.* Leo X. *Quam Deo*
49 31. Clem. VIII. *Illius 11.* vide *Quarant. verb. duell. Barbos. p. 3. alleg. 5. n. 120. cũ ibi allegatis, vide Conc. Trid. sess. 25. de reformat. c. 19.* hodie seruatur d. Bulla Clem. VIII. vbi contra ineuntes, suadentes, prouocantes, auxilium, vel consilium præstantes, comitantes, spectatores, Patrinos, & defensores.

Contra Iudices delegatos, & Commissarios causarum ad cogno-
50 scendum an alienatio bonorum Ecclesiæ sit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vel non, si amore, vel timore alienationi consensum, & authoritatem præbeant, & causas non solicitè examinantes, atque discutientes, & per sordes in detrimentum Ecclesiæ authoritatem interponentes Paulus II. *Cum omnibus 2. vid. Sylu. excommunicatio 7. num. 83. Caiet. cap. 47. Nauarr. cap. 27. num. 108.*

Contra Inferiores Episcopis, qui prouisi de beneficijs Curatis, &
51 Vicarijs perpetuis à Papa non adimplent iuramentum præstitum deseruiendi personaliter intra certum tempus, & contra illos in quorum fauorem beneficia resignantur, seu dimittuntur &c. Pius IV. const. *Inter multiplices 47.* in Bullario veteri, vide *Sayr. lib. 3. c. 31. num. 5.*

Contra committentes simoniam realem in ordine, vel beneficio

52 etiam

52 etiam quod sint Cardinales, & contra proxenetas, procuratores, &c. *Extrauag. cum detestabili de simonia Anton. 3. par. tit. 24. cap. 65. Sylu. excommunic. 17. num. 80. Caiet. cap. 72. Nauarr. c. 27. num. 106. §. 21. Sayr. lib. 3. cap. 30. num. 6. Sot. lib. 9. quæst. 8. art. 2. Less. lib. 2. cap. 35. dub. 24. & 25. Suar. disp. 22. sect. 5. n. 22. & lib. 4. de simonia cap. 46. Extrau. & si dominici de pœnit. & remiss.*

Contra offendentes vel terrefacientes statum, res, & personas Sã-
53 cti Officij, complices, & fautores, &c. Pius V. *Si de protegendis* 82. alij hanc excommunicationem non reseruatam faciunt, ideo inter non reseruatas etiam collocaui num. 84.

Contra committentes simoniam, confidentialem, etiam quod sint
54 Cardinales Pius V. *Extrau. intolerabilis*, 85. *vid. Suar. disp. 22. sect. 6. num. 15. & lib. 4. de simonia cap. 43. Nauarr. cap. 23. nu.* 110. *Less. lib. 2. cap. 25. dub. 26. Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 6. Paris. q. 19. de confidentia, & quæst. 27. num. 27.* Pius IV. *Romanum Pontificem* 85.

Contra Officiales pœnitentiariæ expedientes quæ interdicta sunt
55 in const. *Pij V.* de qua infra, aut recipientes aliquid, etiam à sponte dantibus, quocumq; colore, vel pro celeritate expeditionis Pius V. *In omnibus* 83. *§. omnes vero* 12. Pius IV. *const. in sublimi* 53. *vide in non reseruat. n.* 102.

Idem statuit Pius IV. quoad Officiales officij correctoris Cãcella-
56 riæ, & contradictarum *Vniuersis* 54. sed talis excommunicatio non videtur reseruata.

Contra professos Ordinis Humiliatorum extincti admittẽtes ali-
57 quem ad professionem, vel habitum dicti Ordinis Pius V. *Quemadmodum* 119.

Contra Moniales exeuntes à clausura absque licentia Sedis Apo-
58 stolicæ quocumque prætextu, nisi causa magni incendij, vel infirmitatis lepre, aut Epidimiæ per Episcopum in scriptis approbata &c. Pius V. *Decori*. 8. *vide Nauarr. in c. statuimus 19. q. 3. n. 39. seq.*

Contra Mulieres ingredientes claustra monialium, etiam prætex-
59 tu licentiarum, quas reuocauit Greg. XIII *Vbi gratia* 28. & Paulus V. *const. Monialium* 74. *alias* 47. *&c.* Pius V. *Regularium* 20. *Nauarr. cap. 27. num. 150. & in cap. statuimus Suar. disput. 22. sect. 6. num.* 11.

Contra Mulieres ingredientes claustra Regularium virorum &c.
60 Greg. XIII. *Vbi gratia* 28. Pius V. *Regularium* 20.

Idem Pius V. anno 1568. 27. Ianuarij declarauit viuæ vocis oraculo posse mulieres ingredi, & non comprehendi in constitutione, quando missæ, & diuina officia celebrantur, processiones fiunt, cadauera

uera sepeliuntur, & quando prædicatur, & magnus est populi concursus, vt commode ingredi non possint per portam principalem Ecclesiæ, tunc posse vna cum alijs per portam claustralem Monasteriorum regularium ingredi, dummodo recto tramite, &c. *ex relation. Card. Chribellij in comp. fol. 448.*

61 Contra ingredientes Monasteria Monialium sub prætextu priuilegiorum iam reuocatorum, & sub eodem prætextu facientes ingredi, necnon contra ingredientes d. monasteria prætextu licētiarū ab Episcopis, & alijs Superioribus in casibus necessitatis concessarum, si pro libito, & non in dictis casibus necessarijs ingrediantur, & contra Moniales aliter admittentes Greg. XIII. *Vbi gratiæ 28.*

In Conc. Trident. sess. 25. cap. 5. de Reg. ponitur etiam excommunicatio contra ingredientes septa Monasterij, sed non est reseruata.

62 Et secundum aliquos dicta excommunicatio lata à *Greg. in Extrauag. vbi* ligat non solum ingredientes sub prætextu licentiarum prædictarum, sed etiam sine tali prætextu, *& Nauarr. cap. 27. nu. 150. & Suar. disp. 22. sect. 6. num. 14. tom. 5. & Candel. aur.* volunt huiusmodi ingredientes sine causa necessitatis, etiam cum licentia Episcopi incurrere excommunicationem, quæ est reseruata Papę.

Alij volunt esse Papæ reseruatam, si ingressus sit ad malum finem ex decreto super absolutione à casibus reseruatis edito anno 1601.

Alij dicunt esse casum reseruatum Papæ sine excommunicatione.

Sed posito decreto *Conc. Tridentin. sess. 21. cap. 5. de reg. & const. Greg. XIII. Vbi gratiæ*, absolutio ab excommunicatione propter ingressum intra septa Monasterij Monialiū absq; Episcopi, & Superioris licentia in scriptis obtenta videtur reseruata Romano Pontifici *Quarant. vers. Monasterium fol. 345. Nauarr. cap. statuimus num. 62. 7. not. & in comm. 4. de reg. & in summ. cap. 27. & 150. vt Zerol. vers. Monialis vers. ad octauam decis. 648. fol. 365.*

Gregor. XIII. declarauit Bullam Pii V. non comprehendere personas ingredientes propria authoritate absque licentia Sedis Apostolicæ, Clemens vero VIII. viuæ vocis oraculo dixit violationem clausuræ esse reseruatam, quando est ad malum finem, vt ex declaratione Congregationis Episcoporum 26. Nouembris apud impressorem cameralem 1602. & huic decreto statur.

De quo decreto, vide infra *cap. de casibus reseruatis*.

63 Contra recipientes ex vi priuilegii, vel consuetudinis aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficii vacantis ratione, prouisionis

sionis collationis, & admissionis ad illud *Pius V. Durum nimis* 104. *Extrauag. Io. 22. de elect. Extrauag. vni ne* Sede vacante *Concil. Trid. sess. 21. cap. 1. & sess. 24. cap. 14. 18. vide Nauarr. cap. 7. num. 150.*

64 Contra publicantes Indulgentias ita vt soluta certa pecuniæ quātitate possint eligere confessorem à quo possint absolui à casibus &c. *Pius V. quam plenum 99. vide sess. 22. cap. 9. sess. 25. de indulgen. Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 15.*

65 Contra recipientes in seruos Christianos habitantes in Terris captis à Turcis, aut eos renegare cogentes, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remigare cogunt, vel per alium imponūt, vel eorum bona diripiunt &c. *Pius V. Licet omnibus.* 449. & cōtra non permittentes dictos Christianos captiuos postquam illos cœperint libere abire cum suis coniugibus, & bonis.

69 Contra occultantes Libros, vel scripturas Cameræ Apostolicæ *Iul. II. Cum sicut 13. Sixt. V. ad excelsum 44. &c. de quibus Barbos. par. 3. alleg. 50. num. 123.*

67 Contra iurantes, & iurare facientes illicita impossibilia & damnosa Ecclesiæ libertati, & decretis *Concil. Trident.* aduersantia *&c. Greg. XIII. Inter Apostolicas. 93.*

68 Contra admittentes resignationes beneficiorum extra casus à iure permissos si exercere attentauerint actus, à quibus sunt suspensi propter indebitam admissionem resignationis *Pius V. Quanta 58. Suar. disp. 22. sect. 6. num. 21.*

69 Contra omnes exportantes à partibus Infidelium ad partes Fidelium alumina &c. *Pius IV. ex Apostolicæ 43.* in Bullario veteri.

70 Cōtra eos, qui pro obtinendis beneficiis seipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid consequatur vel pro seipsis, vel aliis postea cum pensione resignent &c. *Paulus IV. Inter cæteras curas 12. Benedictus XII. Quoniam Leo X. inhærendo 27. Paulus III. Inter cæteras 12. seu 14.*

71 Contra prohibentes, impedientes, & molestantes personas, quæ Religionem S. Benedicti ingredi volunt &c. *Iulius II. & si ad vniuersos 12. §. hac quisque. 20.*

72 Contra omnes mediatè, vel immediatè subiectos iurisdictioni Ecclesiæ, recipientes exules, banditos, & homicidas, & recipi permittentes, impedientes ne capiantur, ac impedientes iustitiæ ministros &c. *Greg. XIII. Tanta. 65.*

73 Contra Fratres Minores de Obseruantia, qui in quibusuis electionibus, & ante eas per sex menses pro se, vel pro alio subornauerint, vel tales nō detulerint, contra eosdem ad officium detinendum fauore

re quorumuis extra Religionem procurantes &c. *Pius V. Pastoralis officij. 28. §. quaero.*

74 Contra asserentes in litteris Apostolicis se esse tales, quales non sunt, aut contra fingentes se esse nepotes, aut germanos, aut familiares Cardinalium, vt litteras Apostolicas gratis expediant *Innoc. VIII. cum sicut 11. & Leo X. inhaerendo 27. in comp. priuil. fol. 504.*

75 Contra Legatos, Gubernatores, & alios, homicidam, vel bannitũ ad ciuitatem reuocantes per diem vnum aut noctem, etiam cum saluo conducto &c. *Pius V. Ex supernae. 10.*

76 Cõtra extrahentes de Statu Ecclesiastico, eiusq; Terris etiam immediatè subiectis, frumenta; blada, legumina, animalia, & alia annonam, & grasciam continentia &c. *Paulus V. Inter grauissimas 12. alias 10.* quae innouat alias constitutiones pontif. vide moderationem dictae Bullae *Gregor. XV. Romani Pontificis 30. Iulij 1622.* vbi excommunicationes, & censuras in certis casibus non incurrere decernit qui talia extra statũ extrahũt aduertendum, quod super hoc *Clem. VIII.* moderauit constitutionem *Gregor. XIII. Inter multiplices, 13.* quoad excommunicationem, Paulus tamen V. excommunicationem reliquit circa extractionem frumentorum, bladorum, leguminum, & olei tantum, in reliquis prout in Bulla Clem. VIII. etiam quoad extractionem salis, & emeates frumentum, vltra victum *constitutio Clem. VIII. incipit Frumenti 49.*

77 Contra Religiosos Sancti Francisci de Obseruantia à Praelatis suis ad tribunalia saecularia appellantes &c. *Greg. XIII. Quoniam nostro. 29.*

78 Contra violantes interdictum ab Apostolica Sede promulgatum, contra conspirantes in personam Romani Pontificis, eiusq; obedientiae, seu rebellioni, contra dantes seu recipientes aliquid simoniacè in ordine, vel beneficio suscipiendo, vel consequendo &c. *Extrauag. Pauli II. etsi Dominici de poenit. & remiss. & extrauag. detestabile de simonia.*

79 Contra auferentes de Ecclesia, vel aliis locis sacris lapides, & alia ornamenta, & contra dantes auxilium nisi habita huius excommunicationis notitia ea restituant cum effectu, &c. *Sixt. IV. cum prouide. 3.*

80 Contra mittentes litteras, vel scripturas cuiuscumque generis in conclaue, recipientes, vel è conclaui foras mittentes vel recipientes &c. *Pius IV. in eligendis 63. §. litteras 20. & cap. vbi periculũ de elect. lib. 6.* vbi non est reseruata Pontifici.

81 Contra Barones Dominos, ac ciues Romanae Ecclesiae subiectos admittentes homicidas, & banditos in Terris suis, & contra occidentes, vulnerantes, &c. Patrem aut filium propinquum, vel dome-

sti-

ſticum propter vendicandam ſuam, vel amici, vel propinqui iniuriam &c. *Pius V. ex ſuperna. 16.*

Contra Epiſcopum, vel Patronum, qui à collatione, aut præſenta-
82 tione ſuſpenſus beneficium contulerit, aut præſentauerit, aut inſtituerit &c. *Pius V. Quanta Eccleſiæ. 58. & cætera Suar. diſp. 22. ſect. 8. num. 21.*

Contra diſputantes, aut impugnantes inſtituta Societatis Ieſu
83 directè, vel indirectè &c. *Gregor. XIII. Aſcendente Domino. 89. §. præcipiamus. 24.*

Contra amouentes libros, & alia monumenta ex Bibliothecis
84 Ord. Fratruum B. Mariæ de Monte Carmelo &c. *Clem. VIII. Quæ ad tuenda. 24.*

Contra Fratres Prædicatores S. Dominici, qui ad effectum con-
85 ſequendi officium Magiſtri Generalis pro ſe, vel alijs ad fauores extra religionem recurrunt &c. *Paulus V. Admonemur paſtoralis. 39.*

Contra aſſerentes confeſſionem, & abſolutionem Sacramentalem
86 inter abſẽtes poſſe per litteras fieri ex decreto *Cle. VIII ſub die 20. Iun. 1602. de quo Coriol. p. p. ar. 20. n. 2. f. 221.* quod decretũ habes inf.

Contra ſibimet ipſis ius dicentes, aut caualcatam, aut hominum
87 miſſionem facientes in Statu Eccleſiaſtico &c. *Alex. VI. inter multiplices 1. & etiam Six. V. dum pro communi 75.* vbi ponuntur aliæ pœnæ grauiſſimæ, non tamen excommunicatio.

Contra Regulares, qui ex Inſulis Philippinis, & aliis Indiarum
88 partibus ad Iapponicas commeant &c. *Clem. VIII. onerosa. 74. §. cæterum 7. & Paulus* V. *Sedis Apoſtolicæ. 2. aliàs 90. in appendice.*

Contra Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo qui ad tri-
89 bunalia ſæcularia quouis prætextu appellant *Clemen. VIII. Quoniam noſtro. 110.*

Contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam extrahendo delin-
90 linquentes ab Eccleſiis præterquam in caſibus à iure permiſsis à *Greg. XIIII. cum aliàs. 7.* & quod ſit reſeruata Sedi Apoſtolicæ declarauit Congreg. Cõc. Trid. 23. Nouemb. 1617. quã Congregationis ſententiam S. D. N. Paulus V. ad ſe relatam approbauit, & Clem. VIII. in ſpecie declarauit in decreto edito 26. Nouembris 1602. de quo inf. c. de caſibus reſeruatis.

Contra Superiores Religionum cognoſcentes, & nõ denuntiantes
91 ſuos ſubditos de hæreſi ſuſpectos, quales ſunt ſolicitantes Mulieres in confeſsione, nec eos denunciantes Inquiſitoribus, cum pro ipſorum ſuſpectorum Superioribus non ſit amplius præuentionis locus ex *Paul. V. Romanus Pontifex interdum. 26. alias 19.*

Quoad ſolicitantes hodie adeſt Bulla Greg. XV. cum multis gra-
92 uiſsimis pœnis, licet non adſit excommunicatio ſub datum Romæ

30. Augusti 1622. quam bullam lege inf. in fine huius cap. n. 132.

Contra concionatores prædicantes Fratres prædicatores, vel Mi-
res non esse in statu perfectionis, vel non licere eis viuere ex elee-
93 mosynis, neque prædicare, neque audire confessiones cum licentia
Papę, siue licentia aliorum Prælatorum *ex D. Anton. 3. p. tom. 24. cap. 70. Caiet. cap. 81. Nauarr. cap. 27. num. 109. vide inf. n. 109.*

Contra extrahentes pecunias Montis Pietatis Status Ecclesiastici
94 ad alios vsus, quam à primęua ipsorum erectione destinatos, etiamsi Cardinales, & de latere Legati sint &c. *Paulus V. onerosa. 82.*

Contra Religiosos detinentes in suis Ecclesiis, vel Monasteriis apostatas Fratruum Prędicatorum, nisi eiecerint postquam moniti
95 fuerint, *ex priuilegio dictorum Fratruum*, de quo *D. Anton. 3. par. tom. 24. cap. 71.* quam excommunicationem incurrunt detinentes apostatas aliorum ordinum, qui eisdem priuilegiis gaudent circa Apost. uid. dec. Cong. Conc. sub die 21 Sept. 1624.

Contra personas ecclesiasticas trahentes alias personas ecclesia-
96 sticas ad forum sęculare pro causis, quę de iure ordinario, vel cõsuetudine spectant ad forum ecclesiasticum, & contra laicos dantes auxilium &c. *Mart. V. ad reprimendas. 10.*

Nauarr. cap. 27. num. 71. vbi si fit authoritate iudiciali laica est excommunicatio in Bulla Cœnę.

Contra Religiosos euntes vltra mare sine suorum Superiorum li-
97 centia in scriptis, nec ibi sunt ad prędicationem seu celebrationem admitten. *Io. XXII. in Extrauag. ad nostrum. 2.*

Contra non propalantes infra duodecim dies omnes, & singulos
98 hęreticos, seu de hęresi quoslibet suspectos, de quibus notitiam habuerint, sanctę Inquisitioni, seu Commissario sancti Officii quoad habitantes in Vrbe, & vbi vis degentes Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis ex Decret. Illustrissimorum Cardinalium S. Officii sub die 3. Ianuarii 1624. & contra hęreticos in Italia commorantes eorumq; fautores *Greg. XV. Romani Pontificis,* vbi non adest excommunicatio expresse, sed contra fautores, & receptatores tantum aliæ pœnæ appositę, vide Edictum inf. in fine cap. num. 131.

Cõtra Cardinales reuelantes quę in consistorio sub speciali prę-
99 cepto prohibentur secreta seruari *Conc. Later.* sub Leone X. *sess. 9. Nauarr. cap. 27. num. 110. 111. Caiet. excomm. in fine.*

Contra impedientes loca, iurisdictiones, bona, census, & fructus cuiuscumque Ecclesiæ, Monasterij, & loci pij, contra conuertentes
100 in proprium vsum bona Ecclesiæ, & locorum piorum, vel per vim, metum, & fraudem iura dictorum locorum occupant &c. *Conc. Trident. sess. 22. cap. 11. de reformat.*

Con-

Contra inuadentes, vel occupantes bona Cardinalium in conclaui
101 existen. vel electi in Romanum Pontificem *Conc. Constan. sess. 41. omnis ætas*.

Contra exules, & alias personas notorias criminosas, seu diffama-
102 tas, quæ per Italiam furantur animalia, blada, & alia quæuis bona, omnes etiam Regulares, & sæculares, qui scienter de eisdem rebus sic male acceptis, secum faciunt quemcumque contractum, emendo permutando, recipiendo, retinendo &c. *Greg. XIII. Non sine graui. 58.*

Contra Cardinales contrauenientes Bullæ Greg. XV. circa ele-
103 ctionem Romani Pontificis, qui in 9. actionibus contrauenientes excommunicationem latæ sententiæ incurrunt Papæ reseruatam, vt *Greg. XV. Aeterni, §. quod si electio 19.* non tamen per hoc excluduntur ab electione, vt in *§. volumus 22.*

Prima excommunicatio est contra Cardinales non seruantes aliquid ex dictis *à 1. §. ad 14.* vel quoquomodo directè, vel indirectè contrauenientes, vt in *§. si quis autem. 14.*

Secunda contra Cardinales infirmos, qui in suffragijs dandis non seruauerint omnia, & singula, quæ de scrutinij schedula ordinata sunt *in §. præterea statuimus. 15.*

Tertia contra scribentem schedulam nomine infirmi Cardinalis, & non seruantem secretum d. *§. præterea statuimus. 15.*

Quarta contra scrutatores infirmorum non seruantes quæ statuta sunt *in §. ad hæc. 16.*

Quinta contra non facientem scrutationem iuxta formam præscriptam *in §. similiter. 17.*

Sexta contra valetudine non impeditos, ad scrutinium non venientes d. *§. similiter. 17.*

Septima contra facientes signa, pactiones, promissiones, & alia huiusmodi in electione facienda, vt in *§. Cardinales. 18.*

Octaua contra non facientes electionem in cõclaui clauso per secreta suffragia cum duabus, ex tribus partibus Cardinalium præsentium in conclaui, nullo præcedente speciali tractatu, nec seruatis reliquis in Bulla *§. quod si electio 19.*

Nona contra nõ seruantes decretũ, & præsumentes aliquid disponere, corrigere, alterare, mutare, moliri & c. cõtra Bullã, *§. postremo.*

Contra Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Basilicæ S. Petri de
109 Vrbe ingredientes ipsam Basilicam absque habitu, quem in choro deferre solent *ex Nicol. III. Nicol. V. Eug. III. Paul. V.* & patet in capitibus constitutionum dictæ Basilicæ *sub tit. de modo inseruiendi in celebratione diuinorum.*

Contra Fratres Prædicatores recipientes Fratres Minores *Alex. IV.*

105 *IV. Quo vos 11. Kalen. Iulii anno 1. Neap. in compend. priuileg. tom. 1. fol. 31.*

Contra facientes violentiam in Ecclesijs Ord. Cistercien. *Clem.*
106 *IIII. ne propter Perusii 7. idus Maii comp. fol. 36.*

Contra Fratres Minores transeuntes ad alios Ordines, & eos re-
107 cipientes, ac retinentes *Leo X. quamuis 18. Augusti 1576. compend. priuil. fol. 325.*

Contra molestantes Fratres Ord. Trinitatis in eleemosynis per-
108 quirendis *Clem. VII. gratum Deo, compend. priuil. fol. 357.*

Contra impedientes Inquisitores hæreticæ prauitatis, & se inge-
109 rentes in causis inquisitionis, admittentes laicos ad cognitionem criminis hæresis, *Iul. III. licet à diuersis. 11.*

Contra detinentes iocalia, & alia quæcumque bona spectantia ad
110 Sedem Apostolicam, scientes, & non reuelantes, *Pius IV. pastoralis officii. 4.*

Contra alienantes, & infeudantes loca Ecclesiæ Romanæ, vel de
111 eorum infeudationibus tractantes, quouis prætextu etiam euidentis vtilitatis *Pius V. admonet. 35. vid. inf. n. 128.*

Contra Fratres S. Augustini appellantes à suis Superioribus ad
112 tribunalia sæcularia *Clem. VIII. Quoniam nostrum. 113.*

Reperiuntur quamplurimæ aliæ excommunicationes Papæ reseruatæ, quæ ponuntur à præfatis Doctoribus, quas in fronte angustia temporis reperire non potui, cum omnes quasi dependeant à priuilegijs particularium: nihilominus ad cautelam hic addere placuit, & sunt infrascriptæ videlicet.

Contra impedientes, vel molestantes, vel prohibentes volentes
113 ingredi Religionem S. Benedicti ex Bulla, *& si ad vniuersas*, de qua *Viuald. num. 45.*

Similis excommunicatio contra omnes inferentes iniurias Ordi-
114 ni Prædicatorum, & Minorum cum libellis famosis, & alijs casibus Innocentij IIII. priuilegio concesso, de quo *Anton. 3. par. tit. 24. c. 70. Caiet. verb. excommunicatio, c. 81. & inf. n. 122.*

Contra claustrales recipientes, aut dantes habitum suæ Religio-
115 nis Fratribus S. Francisci de Paula professis sine licentia Papæ, & eius Generalis *Extrau. Iul. II. virtute conspicuus Leo X. quamuis, & Paulus III. Sincere.*

Contra Tertiarios, heremitas, mulieres, aliosque Religiosos, por-
116 tantes habitum Fratruum S. Francisci de Paula *Extrau. seu breue Leo X. licet alias.*

Contra ministros, & Fratres Minores recipientes Prædicatores,
117 & eorum Ordini, voto, vel iuramento etiam obligatos prætextu alicuius indulti apostolici, non obtenta prius licentia sui Prioris, ve

118 aliquem ante annum probationis elapſum ad profeſsionem reci-
pientes cōſtitutum in probatione Nouitiorum impedientes quo mi-
119 nus infra eumdem probationis annum ad aliam, quam voluerit Religionem tranſeat &c. *Inn. IV.* vt patet *in cōp. priuil. verſ. Nouit.*

Contra ingredientes monaſteria Monialium Dominicanorum, cōtra conſpirantes, & facientes libellos famoſos, aliaq; ſcripta contra
120 ſtatutum Ord. Præd. & Minor. vel ea cōponentes, habentes, & in lucem emittentes, contra prædicātes, vel docentes dictos Religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere de eleemoſynis, vel prædicare, vel audire confeſſiones &c. *in priuil. ord. & ſup. num. 108. ex Eug. III. & Bonif. VIII.*

Contra Fratres heremitas S. Auguſtini congregationis Lombar-
121 diæ, qui obedire neglexerint conſtitutionibus de exemptione Monialium eiuſdem Ordinis *Greg. XIII. pro veſtri. 26.*

Contra Fratres Minimos S. Franciſci de Paula profeſſos, ſubtra-
122 hentes ſe ab obedientia, & obſeruantia Correctorum ſuorum, portantes caputium longū poſt terminū præfixum *Paul. III. cum ſicut.*

Contra Monachos Ciſtercienſes, qui aliquid commiſerint contra
123 conſtitutiones de exemptione Minorum eiuſdem Ordinis non ab Ordine facto à Greg. XIII. &c. *Greg. XIII. vniuerſi.*

Contra omnes Religioſos, exceptis Chartuſianis, recipientes ali-
124 quem Religioſum Societatis Ieſu ſine licētia ſuorum Superiorum, & contra ipſos Ieſuitas ingredientes aliam Religionem à Chartuſiana, contra dantes auxilium &c. *Pius V. Aequum reputamus, & in priuil. d. Societatis,* reſeruata Papæ, vel Superiori dictæ Societatis.

Contra Ordinarios locorū, Officiales, Delegatos & alios procedē-
125 tes per cenſuras erga ſubditos exiſtentes in ſeruitute Rom. Pōtif. vel Romanā Curiā ſequentes pro ſuis negociis, vel ab ea recedentes *Eug. IIII. in eminenti,* quæ non procedit quoad beneficiatos *ex Cōc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. ſeſſ. 24. c. 15.* & contra recipientes beneficia prædictorum, quibus priuati ſunt in dictis exiſtentes negociis.

Contra omnes, qui cum vacauerit aliquod caſtrum, & terra Sta-
126 tus Eccleſiaſtici tractauerit alteri infeudationem illam ſubiacere *Pius V. & Greg. XIII.*

Contra proceres Regni Siciliæ citra pharum, & aliarum partium
129 R. E. ſubiectos receptantes banditos, fauentes, dantes auxilium *Pius IV. & Pius V.*

Contra exportantes Reliquias ſacras in Prouinciam Mediolani
128 ſine licentia Summi Pontificis, transferentes ab vna Eccleſia ad aliam, concedentes particulam earum, dantes, & accipientes *Greg. XIII. ſolicitudinis.*

De-

Decretum super Conceptione Beatę Marię Virginis, S. Inquisitionis coram Gregorio XV.

129 *SAnctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum Decretum aliàs editum a fœl. record. Paulo V. eius prædecessore tenoris sequentis, videlicet*

Sanctissimus Dominus Noster post longam, & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum re accuratè, ac diligenter perpensa prouidè considerans, quòd quamuis in Constitutione fel. rec. Sixti IV. super Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ pro submouendis inter Christifideles scandalis, rixis, & contẽptionibus edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia constitutione san. me. Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quòd scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones. Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiusuis Ordinis, & Instituti Regularibus, & aliis quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiam si specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessario mentio facienda, vt in posterum, donec articulus huiusmodi a Sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum prædecessorum, & sua ipso facto incurrendis:

dis: Per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur perinde, ac si præsens Decretum non emanasset. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus &c.

Hoc suo praesenti Decreto ex eiusdem causis euitan. scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, quae pari ratione oriri possunt, &, vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortae sunt ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuae, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & praecipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de caetero, donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neq; etiã in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quod eadẽ Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen, quibus à Sancta Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus praeiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, praeterquam quoad in supradicto fœl. record. Pauli V. & hoc suo Decreto disposita; Eademq; Sanctitas Sua voluit, & expresse mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiusmodi Decretis non aduersantur, Constitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pii V. ac Pauli V. eius praedecessorum super Conceptione Beatissimae Virginis firmae, & illibatæ remaneant, ac exactè obseruentur, perinde, ac si huiusmodi Decretum non emanasset. Et insuper eadem Sanctitas Sua cum S. Romana Ecclesia de Beatissimae Virginis Conceptione Festum solemniter, & Officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam Saecularibus, quam cuiusuis Ordinis, & Instituti Regularibus mandat, ac praecipit, vt in Sacrosancto Missae Sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quam priuatim, non alio, quam Con-

cep-

ceptionis, nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto suorum prædecessorum ipso facto incurren. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis, Decreto præfato Pauli Quinti, consuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & singulis, quæ prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac alijs quibuscumque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obseruatione, & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiusmodi transgressores etiam Regulares cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & aliàs quascumque Ecclesiasticas, & Sæculares personas cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis, tam Episcopi, & Prælati Superiores, alijq; Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis, vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultaten, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quòd præsens Decretum, seu illius exempla ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, perindè, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quodq; præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibns adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis Not.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo Indict. 5. die vero secunda mensis Iunij Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius secundo supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curs.

Octauius Spada Mag. Curs.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

130 *VNiuersi Dominici gregis curam, quamquā immeriti, cælesti dispositione gerentes, sedulo inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conseruetur immunis, multoq; maiori studio prouidere, vt omnis pestis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, & ad nihilum prosit vltra, nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, Sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cælesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sient, vt nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, prouiden. duximus. Alias siquidem à fæl. rec. Pio Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis videlicet. Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confessionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Saluatori Nostro IESV CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet, pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offensam, & animarum perniciem, Christifidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute,*

tute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tam sæculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant tam super præmissis, quam super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eos etiamsi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet; quorum ipsi Sacerdotes fuerint etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xvi. Aprilis 1561. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Igitur vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, præinsertas litteras huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq; omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasq; non solum in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusuis Christiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam sæculares, quam quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum ordinum, institutorum, societatum, & Congregationum Regulares cuiuscunque dignitatis, & præeminentiæ, aut

quouis priuilegio muniti existant, qui personas quæcunque illæ sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque vbi confessiones Sacramentales audiantur seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint in Officio Sanctæ Inquisitionis seuerissimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi Orbis Christiani in suis quemque Diœcesibus, & Territorijs per has nostras litteras etiam priuatiuè quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspen. ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & passiuæ, si Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasq; pœnas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita praecedente degradatione Curiae saeculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiae Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum impunitum cum difficilis sit probationis, testibus, etiam singularibus, concurrentibus praesumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curiae saeculari, vt praefertur reum tradendum esse pronunciandi. Non obstan. omnibus quae dictus praedecessor in suis litteris praedictis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Mandantes omnibus Confessariis, vt suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs vt supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes seu vt praefertur tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis praedictis, quod si hoc officium praetermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, vt supra iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpae punire non negligant. Volumus autem, vt prae-

praesentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quae praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa, quodque eadem praesentes litterae, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florae affixae omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent. Dat. Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xxx. Augusti MDCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

S. Card. S. Susannae.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo Indictione quinta die vero prima mensis Septembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papae XV. Anno eius Secundo retroscripta Constitutio, siue litterae Apostolicae affixae fuerunt ad valuas Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, & in acie Campi Florae, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem. Octauius Spada Mag. Curs.

Decretum S. Officij circa non reuelantes Haereticos.

131 *DEsiderando, come ricerca il carico di questo Sant'Officio à noi imposto, che la Sacrosanta Fede Catolica, senza la quale è impossibile piacere à Dio, in questa nostra giurisdittione, da ogni heretical contagio immaculata, & pura si conserui, con auttorità Apostolica à noi concessa in virtù di santa obedienza; & sotto pena di scommunica di lata sentenza, oltre le altre pene de Sacri Canoni, Decreti, Constitutioni, & Bolle de' Sommi Pontefici imposte, Comandiamo à tutte, & ciascuna persona di nostra giurisdittione, di qualunque conditione, stato, grado, ò dignità così Ecclesiastica, come mondana, sia quanto si voglia grande, che frà dodici giorni prossimi, de' quali i primi quattro aßegnamo per il primo, gl'altri quattro immediate per il secondo, & gl'vltimi quattro per terzo vltimo, & perentorio termine, debbano al Sant'Officio di questa Città, ò alli Ordinarij reuelare, & notificare giuridicamente tutti, & ciascuno di quelli, de quali sappiano, ò habbiano hauuto, ò hauranno notitia.*

Che siano Heretici, ò sospetti, ò diffamati di heresia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò defensori loro, ò habbiano adherito, ò adheriscono à riti de' Giudei, ò Mahomettani, ò de' Saracini, ò de Gentili, ò habbiano

apo-

apostatato alla Santa Fede Christiana, ò in qualunque modo espressamente, ò tacitamente habbiano inuocato, ò inuochino il demonio, o gli habbiano prestato, ò prestino honore, ò habbiano hauuto parte, ò si siano ingeriti; o s'ingeriscano in qual si sia esperimento di magia, o negromantia, incantesimi, ò altre simili superstitiose attioni, & massime con abuso di cose sacre.

Che con sacrilego ardire, non essendo Sacerdoti, s'habbiano vsurpato, ò si vsurpino di celebrare Messa, ò habbiano presunto, ò presumino di ministrare il Sacramento della Penitenza à fedeli di Christo.

Che habbiano abusato, ò abusino il Sacramento della Penitenza contro i Decreti, & Constitutioni Apostoliche.

Che habbiano celebrato, ò celebrino occulte conuenticole in materia di Religione.

Che contro Dio, ò de suoi Santi, & particolarmente contro della Beatissima Vergine Maria proferiscono bestemmie hereticali.

Che habbiano impedito, ò impediscano l'Officio della Santa Inquisitione, ò habiano offeso, ò vero offendino alcun testimonio, ò Denuntiatore, ò Ministro di essa.

Che habbiano hauuto, ò habbiano libri, ò scritti, che contenghino heresie, ò libri di heretici, che trattino di Religione, senza auttorità della Santa Sede Apostolica, ò che gl'habbiano letti, ò tenuti, ò stampati, ò fatti stampare, ò difesi, ò li leggano, tengano, stampano, fanno stampare, ò difendono sotto qualsiuoglia pretesto, ò colore, ò vero libri di negromantia, magia, ò continenti incantationi, sortilegy, & simili superstitioni massime con abuso di cose sacre.

Dichiarando, che per la soprazetta espressione de' casi da noi specificati da reuelarsi, come sopra, non escludemo gl'altri casi spettanti al Sant'Officio, che per altro ne i Sacri Canoni, Decreti, Constitutioni, & Bolle de' Sommi Pontefici, sono compresi.

Auuertendo, che a questi nostri precetti non sodisfaranno, ne s'intendono sodisfare quelli, che con bollettini, ò lettere senza nome, & cognome delli Auttori, ò in altra maniera incerti, delle quali niuno conto si tiene nel sant Officio, pretendessero reuelare i Delinquenti.

Et della detta scommunica, & pene, nelle quali disubidienti incorreranno, non possa alcuno essere assoluto se non da noi, ò dal supremo Tribunale del sant'Officio di Roma, ne sarà assoluto se prima giuridicamente, riuelando i detti heretici, & come di sopra sospetti di heresia, non hauerà sodisfatto.

SVM-

S V M M A R I V M.

Percutiens clericum percussione leui. 1.
Mulieres percutientes clericos. 2.
Excommunicati excommunicatione Papali non valentes accedere ad Vrbem. 3.
Interdictum Fratres non seruantes. 4.
Abortum facientes. 5.

EXCOMMVNICATIONES Episcopo reseruatæ in Corpore Iuris. Cap. XXII.

1 CONTRA percutientem clericum percussione leui *c. peruenit de sent. excommunic. c. Monachi eod.* quando autem dicatur leuis, Episcopi arbitrio remittitur.

2 Contra Mulieres percutientes clericos *cap. Mulieres de sent. excomm.*

3 Contra omnes, qui iudicio Episcopi cum sint excommunicati excommunicatione reseruata Papæ, iudicant non posse accedere ad Vrbem ob casus in iure expressos *c. quamuis de sent. excomm. Nauar. c.27. nu. 91. cu. Suar. disp.41. sect. 7. nu. 60. c. ea noscitur c. Mulieres de sent. excomm.*

4 Contra Fratres non seruantes interdictum in suis Ecclesijs ex *Conc. Trid. c. 12. de reg. sess. 25.*

5 Cōtra causantes abortũ fętus animati: nam licet ex Bulla Sixti V. sit reseruata Pontifici, tamen Greg. XIV. voluit per Episcopos, vel ab eis deputandos Confessores absolui posse *Sayr. lib. 3. c. 35. nu. 24.*

S V M M A R I V M.

Præceptis Sedis Apostolicæ nolentes obedire. 1.
Oblationes Sacerdotibus auferentes. 2.
Iudices, & Principes sæculares negligentes facere iustitiam Ecclesiasticis personis. 3.

Ele-

Electioni in Romanum Pontificem de se factæ à paucioribus, quam à duarum Cardinalium partibus consentiens. 4.
Beneficia à Schismaticis acceptantes. 5.
Episcopus non prouidens de Vicario idoneo populo diuersarum linguarum. 6.
Sacerdotes habentes officium Vicecomitis sæcularis, & commoniti non se emendauerint. 7.
Religiosi audientes leges Ciuiles. 8.
Leges Ciuiles audientes Dignitatem habentes, &c. 9.
Magistri Bononienses conducentes hospitia aliorum Magistrorum ante tempus conductionis. 10.
Hæretici & fautores. 11.
Statuta, & consuetudines contra Ecclesiæ libertatem seruare facientes. 11.
Vsurpantes regalia, custodiam, &c. sede vacante. 12.
Vsurarios infra tempus præscriptum non expellentes, vel domos illis locantes. 13.
Cardinales hostiliter insequentes. 14.
Assassini & eorum receptatores. 15.
Domini temporales prohibentes subditos, ne cum Ecclesiasticis personis contrahant. 16.
Personas Ecclesiasticas compellentes ad pedagia, &c. 17.
Litteras a sede Apostolica super causis ad forum Ecclesiasticum pertinentes impetrare impedientes. 18.
Repræsalias contra personas Ecclesiasticas, & eorum bona concedentes. 19.
Mulieres ad iudicium trahi non debent. 20.
Vtentes fraude vt Iudex ad mulierem accedat pro testimonio. 20.
Ad electionem Monialium vocati discordias nutrientes. 21.
Offendentes personas Ecclesiasticas, ad quas spectat electio, vel eorum consanguineos, eo quod non elegerint quem voluerint. 22.
Ecclesiasticas personas compellentes subiacere eorum iura laicis. 23.
Conseruatores inducentes ad cognoscendum de alijs iniurijs, quam de manifestis. 24.
Domini temporales non parentes officialibus sancti officij contra Hæreticos. 25.
Immunitatem Ecclesiæ offendentes. 26.
Gabellas imponentes personis Ecclesiasticis. 26.
Vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam. 26.
Statuentes contra libertatem Ecclesiæ. 27.
Litteras, vel alias scripturas mittentes ad Cardinales in conclaui. 28.
In conclaui litteras foras mittentes. 28.

Domini

Mo-

EXCOMMVNICATIONES nemini reseruatæ.

Cap. XXIII.

1 CONTRA erigentes calcaneum contra Romanam Ecclesiam, ab ea recedentes, & nolentes sedis Apostolicæ præcepta seruare &c. in *cap. nulli fas dist.* 19.

2 Contra laicos oblationes Sacerdotibus factas auferentes *c. hanc 15. 10. q. 2. Graff. lib. 4. c. 24. nu.* 10.

3 Contra Principes, & Iudices sæculares, qui requisiti ab Ecclesiasticis viris negligunt eis iustitiam facere, & negligentes sunt corrigere corrigenda *c. administratores* 26. 23. *q.* 5. vbi in fine dicitur omni se nouerint communione vsque ad condignam satisfactionem priuatos vbi *gloss. vers. priuatos* dicit ipso iure tales, qui non faciunt iustitiam clericorum, esse excommunicatos vide *Suar. disp. 23. sect.* 2.

4 Contra assentientem electioni de se factæ in summum Pontificem à paucioribus, quàm duabus Cardinalium partibus, & contra talem recipientes *c. licet 6. vbi Doctores de elect. Nauarr. c. 27. n. 114. Anto. 3. p. to. 24. c. 48. Ang. excomm.* 7. Hodie super electionem Romani Pontificis videnda est Bulla *Aeterni Patris Greg. XV.* de qua dictum est supra in excommunicationibus reseruatis *n.* 95.

5 Contra acceptantes dignitates, seù beneficia à schismaticis, vel ementes ab eisdem res Ecclesiæ, *cap. 1. de schismat. vide Nau. c. 21. nu. 117. Suar. disp. 23. sect. 3. nu. 1. &* 4.

6 Contra Episcopum habentem in diœcesi, vel ciuitate populos diuersarum linguarum non prouidentem eisdem de Vicario, seu viris idoneis pro administratione Sacramentorum, *cap. quoniam 14. de off. Iud. ord. Sylu. excomm. 9. nu. 7. §. 3. Sayr. lib. 3. c. 32. n. 1. Nauar. c. 27. num.* 114.

7 Contra Sacerdotes habentes officium Vicecomitis, aut Præpositi sæcularis, & si commoniti emendare noluerit, *cap. Clericis. Ne cler. vel Monac. Nauarr. c. 27. num. 117. §. 7. Caiet. c. 76. Graff. lib. 4. c. 22. n. 32. Tol. lib. 1. c. 37. n. 7. Suar. disp. 23. sect. 3. nu.* 21.

8 Contra Religiosos professos de claustro exeuntes ad audiendas leges ciuiles, vel physicam, si infra duorum mensium spatium nō redierint

rint *c.non magnopere 3.Ne cler.vel mon.Suar.disp.23.sect.3. num.9.*

9 Contra Presbyteros,& habentes dignitates, & personatus euntes ad audiendas leges ciuiles,vel physicam,nisi infra duos menses redierint *c.super specula. 10.Ne cler.vel Mon. Tol. lib.1. c.37. Nau. c.27. nu.116.Anton.excom.9.nu.22.Caiet.c.50.Suar.disp.23.sect.3.*

10 Contra Magistros,& Scholares Bononienses,qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum Magistrorum, vel scholarium sine eorum consensu *c.1.de locat.& cond.*

11 Contra Hæreticos, & eorum fautores,contra facientes seruare statuta,& consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem,nisi infra duos menses fecerint amoueri, contra statutarios, & scriptores statutorum potestates, consules, & iudicantes secundum formam eorum *c.nouerit 49.de sent.excomm.*

12 Contra vsurpantes regalia,custodiam aduocationis, seu defensionis titulum,vel bona Ecclesiarum, Monasteriorum, Sede uacante, & id fieri procurantes *c.generali 13. de elect.lib.6 Nauar.c.27.nu.122. seq.§.14.Suar.disp.23.sect.4.nu.6.*

13 Contra non expellentes publicos vsurarios, alienigenas de Terris suis infra duos menses, vel non prohibentes eos domos conducere, vel conductas habere,aut alias habitare *c.1.de vsuris lib.6.Nauarr. c.27.n.136.§.13.Caiet.c.52.Sayr.lib.3.c.32.n.12.Suar.disp.22.sect.4. nu.42.Tol.lib.1. c.38.nu.22.*

14 Contra offendentes Cardinales, eos hostiliter insequentes *c.fœlicis 5.de pœnis lib.6.hodie est in Bulla Cœnæ.*

15 Contra eum,qui Christianum per assassinium interfecerit, interfecisse mandauerit,quamuis mors non sequatur, contra receptatores, defensores,consultores eorumdem,&c.*c.1.de homic.lib.6. vbi Archid. Summista vers.Assassinus Suar. disp.23.sess.4.nu.46.*

16 Contra Dominos temporales prohibentes subditis suis ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeãt *c.eos 5.de immun.Eccl.lib.6.in Bulla Cœnæ.Nauar.c.27.n.130.§.23.*

17 Contra compellentes Ecclesiasticas personas ad pedagia, guidagia, &c.siue per se, siue per alium exigentes,&c. *cap.quamquam 4.de cens.lib.6.Suar.disp.23.sect.4.n.21.*

18 Contra impedientes impetrari litteras à sede Apostolica super causis, quæ ad forum Ecclesiasticum de Iure, vel consuetudine pertinent,vel super ipsis coram ordinarijs, vel Delegatis Ecclesiasticis litigari,siue per se, siue per alium,nisi satisfacta parte, & Iudice,cuius iurisdictio fuit impedita *c.quoniam 4.de immunit.Eccles.lib.6.*

19 Contra concedentes represalia, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas,seu beneficia ipsorum,nisi infra mensem reuocauerint

rint *cap.1. de iniur.lib.6. Nauarr.c.27.num.136.§.31.Suar. disp.23. sect.4. nu. 48.*

20 Quoniam mulieres ad iudicium trahi non possunt, sed partis expensis Iudex aliquem mittere, vel ipse ire tenetur, ideo excommunicantur vtentes fraude, vt Iudex ipse accedat ad mulierem pro testimonio, vel contra fingentem se velle examinare mulierem in eius domo *cap. Mulieres 2. de Iud.lib.6. vbi gloss.Suar. disput.23. sect.4. num.13.§. postremo.*

21 Contra eos, qui vocati ad dirigendum Moniales in electionibus faciendis, non abstinēt ab ijs, vnde in ipsis electionibus faciendis discordiæ oriri, nutritiue possint *c. indemnitatibus 43. §. postremo de elect. vers.15. Suar. disp.13.lib.6. Nauarr.cap.27. nu.124.sect. 4. nu. 8.*

22 Contra offendentes, vel vexātes quaslibet personas Ecclesiasticas, ad quas spectat electio, vel eorum consanguineos, eo quod eligere noluerint personam, ad cuius electionem inducebatur, & pro quibus fuerint rogati *cap.sciant cuncti de elect. lib. 6. Nauarr. cap.27. num. 122. §. 13.*

23 Contra compellentes Prælatos, & Ecclesiasticas personas, earum prædia, vel iura laicis subijcere, &c. *cap. hoc consultissimo 2. de rebus Eccles. non alien. lib.6. Nauarr. c.27. num.126.§. 19. Suar.disp.23. sect. 4. num. 16.*

24 Contra partem procurantem, & inducentem conseruatores ad cognoscendum de alijs iniurijs, vel violentijs, quam manifestis *cap. hac constitutione 15.de offic.& potestat.Iud.Deleg. lib.6.*

25 Contra Dominos temporales non parentes Officialibus sancti Officij deficientes in negocio sanctæ Inquisitionis, contra Hæreticos, & dantes auxilium, &c.*cap.vt Inquisitioni de Hæret.lib.6.*& si auxilientur hæreticis est reseruata in Bulla Cœnæ *Nauarr.cap.27.num.135. §.29.Suar.disp.23.sect 4. nu.43.*

26 Contra offendentes immunitatem Ecclesiæ, imponendo gabbellas personis Ecclesiasticis, vsurpantes Iurisdictionem, &c. *cap.non minus cap. aduersus de immunit. Eccles. lib. 6.* hodie est reseruata in Bulla Cœnæ.

27 Contra statuentes contra libertatem Ecclesiæ, &c. *cap. nouerit de sent.excommun.lib.6.* hodie etiam in Bulla Cœnæ.

28 Contra mittentes litteras, aut scripta Cardinalibus in Conclaui existentibus, vel mittentes Nuncium, vt secreto cum eis loquantur. Et contra Dominos temporales non seruantes, quæ statuuntur in *cap. ubi periculum de elect. lib. 6. Pius Quartus in Extrauagan. in eligendis* vbi reseruatur Papæ *Nauarr. cap. 27.num.121.§.15. Suar. disp.23.sect.4.nu.1.*

Con-

29 Contra sumentes habitum, vel nouam Religionem, vel ad professionem admittentes sine licentia Romani Pontificis *c. vnico de relig. dom. lib. 6. Suar. disp. 23. sect. 4. nu. 19.*

Vel contra Mendicantes approbatos post Concilium Lugdunen. qui absque facultate Romani Pontificis recipiunt aliquem ad suum ordinem, vel nouum locum acquirunt, aut acquisitum vendunt: excipiuntur quatuor Ordines Mendicantium, & alij post hos approbati *c. vnico de relig. dom. lib. 6. Nauarr. c. 23. nu. 127. §. 20. Sayr. lib. 3. c. 34. Suar. disp. 23. sect. 4. num. 19. Tol. lib. 1. c. 38. num. 12.* qui dicunt hodie non habere locum.

30 Contra sepelientes Hæreticos in loco sacro *cap. quicumque de hæreticis lib. 6.*

31 Contra extorquentes absolutionem, seu reuocationem excommunicationis, suspensionis, & interdicti *cap. 1. de ijs, quæ vi met. cau. fiunt lib. 6. Suar. disp. 23. sect. 4. nu. 11.*

32 Contra Religiosos professos habitum dimittentes, vel ad quæcumque studia accedentes, nō obtenta licentia Prælati, & Cōuentus.

Et contra Doctores scienter docentes, vel in scholis retinentes ad legem, vel physicā tales Religiosos *c. vt periculosa 2. ne Cler. vel Mon. lib. 6. Nauarr. cap. 27. num. 131. §. 24. Bann. 2. 2. q. 12. ar. 1. vers. restat Suar. disp. 23 sect. 4. num. 26. Caiet. excomm. c. 61.*

33 Contra scienter contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis, vel cum moniali, vel professa, vel in sacris constituto *clem. vnica de consang. & affinit. Suar. disp. 23. sect. 5. num. 11. & 23. Caiet. c. 47. Nauarr. c. 27. nu. 141.*

34 Contra impugnantes tamquam irritas litteras Papæ factas ante suam coronationem *Extrauag. quia nonnulli §. fin. de sent. excomm. Nauarr. cap. 27. num. 146. §. 47.* ratio est, quia Papa cum primum eligitur confirmatur à Deo, & eamdem habet authoritatem, quam habet post coronationem *c. in nomine 23. dist.*

35 Contra Mulieres statum Biguinarum assumentes, & assumptum portantes, & contra Religiosos quoquo modo admittentes, vel auxiliantes *clem. 1. de relig. dom. & inf. nu. 47.*

36 Contra Mendicantes regulares absque licentia sedis Apostolicæ, noua loca recipientes ad habitandum, vel recepta mutantes, vel alienantes ante *Concil. Lugdunen. clem. cupientes de pœnis Sylu. excommunicatio 9. num. 85. casu 44. Caiet. cap. 56. Nauarr. c. 27. nu. 144.* in *Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. de Reg.* conceditur mendicantibus licentia possidendi mobilia, exceptis Capuccinis, & Fratribus minoribus de obseruantia *Nauarr. cap. 27. num. 44. §. 43. Suar. disp. 23. sect. 5. num. 33.*

Quoad erigenda monasteria, & loca Religiosa vide Decretum Gregor.XV. *Cum alias 17. Augusti 1621. & Bullam Sanctiss. D. N. Vrbani Octaui Romanus Pontifex 28. Augusti 1624.* & ante decretum Congregationis Episcoporum 17. Augusti 1621. de mandato eiusdem Greg. XV.

37 Contra Regulares retrahentes à solutione decimarum, vel aliquid dicẽtes vt auertant audientes à solutione decimarum *Clem. cupientes 3. de pœnis Caiet. cap. 75. Sylu. excomm. 9. num. 88. casu 45. Nauar. cap. 27. num. 145.* contra confessores negligentes facere conscientiæ scrupulum circa solutionem decimarum *dicta Clem. cupientes.*

38 Contra Religiosos non seruantes interdictum, aut cessationem à diuinis sedis Apostolicæ, vel Ordinarij loci, quam seruat Ecclesia Cathedralis, vel Matrix Ecclesia, vel Parrochialis Oppidi *Clem. 1. de sent. excommun. Conc. Trid. sess. 25. cap. 12. de Regul. Nauar. c. 27. num. 145. seq. vers. 46. Anton. 3. par. tit. 24. c. 56. Caiet. cap. 67. Sayr. lib. 3. cap. 33. num. 44. Tol. lib. 1. cap. 39. num. 15. Syl. excommunic. 9. num. 9. casu 47.*

39 Contra Inquisitores extorquentes pecuniam ab inquisitis, confiscantes bona Ecclesiæ pro delicto Clerici *Clem. volentes de Haret. Nauarr. cap. 27. nu. 142. §. 41. Sylu. excommunicatio 9. num. 81. c. 42. Caiet. c. 4. Tol. lib. 1. c. 39. nu. 11.*

40 Contra facientes statuta de exigendis, vel non restituendis vsuris *Clem. vnica de vsuris vbi gloss. Suar. disp. 23. sect. 5. nu. 28.*

41 Contra impedientes sequestrationem Beneficij Ecclesiastici factã in terminis *Clem. vni de sequest. poss. Nauarr. cap. 27. nu. 127 §. 33. Suar. disp. 23. sect. 5. nu. 1. Sayr. lib. 3. c. 35. nu. 7. Tol. lib. 1. c. 39. nu. 1.*

42 Contra sepelientes scienter in loco sacro, vel tempore interdicti publicè excommunicatos, interdictos, vsurarios publicos, & similes *Clem. 1. de sepul. Nauarr. c. 27. nu. 137. §. 34.*

43 Contra impedientes visitationem Monialium, nisi moniti resipiscant *Clem. attendentes de stat. Monac.*

44 Contra Fratres Minores non Obseruantes interdicta in eorũ Ecclesijs, & admittentes ad diuina officia in eorum Ecclesijs Fratres tertij ordinis *clem. cum ex eo de sent. excomm. Suar. disput. 23. sect. 1. nu. 7.* quæ videtur reseruata Papæ.

45 Contra Religiosos saltem Monacos, & Canonicos Regulares, qui habentes administrationem se transferunt sine licentia suorum Superiorum animo nocendi superioribus, aut Monasterijs, ad aulas, & Curiam Principum sæcularium *Clem. ne in agro. §. quia de stat. Monac. Nauarr. c. 27. nu. 139. vers. 36. Caiet. c. 62. Sylu. excomm. 9. nu. 73. c. 37. Suar. disp. 23. sect. 5. nu. 4.*

Con-

46 Contra Religiosos Regulares vsurpantes decimas, vel illas fraudātes debitas Ecclesijs, & ad eos non spectantes, si post requisitionem factam ab illis, quorum interest, non destiterint infra mensem, & infra alios duos menses restituerint, quod male acceperunt *clem. 1. de decim. Caiet. excommunicatio c. 48. Syl. excommunicatio 9. nu 32. cas. 36. Nauarr. c. 27. nu. 138. Tol. lib. 1. c. 39. nu. 5.*

47 Contra sectantes statum Beguinarum, & Fraticellorum, auxilium dantes, &c. *Extrauag. ratio §. porrò de relig. dom. Sayr. lib. 3. c. 32. n. 24 Caiet. excommunicatio. c. 5. Tol. lib. 1. c. 38. nu. 12.* & contra ipsos fraticellos, & alios assumentes dictum habitum supra *nu. 35.*

48 Contra impedientes Legatos, & Nuncios Apostolicos, ne recipiantur, neque ea faciant, quorum causa missi sunt *Extrauag. super gentes de consuet.*

49 Contra Prælatos discurrentes habitu transformato, & latenter, & ad curiam venientes, inseque recedentes sine licentia Papæ, & contra ipsos receptantes *Extrauag. vt Prælatorum de maior. & obedien. Extrauag. & si deceat eod. Sayr. lib. 3. c. 32. nu. 23.*

50 Contra Mendicantes, & Rectores Ecclesiarum in Germania violantes pacta, & conditiones initas inter eos *Extrauag. vices illius de treq. & pac.*

51 Contra imprimentes libros, aut alias scripturas imprimiq. facientes, aut procurantes, nisi fuerint approbatę in Vrbe à Vicario, & Magistro Sacri Palatij, & in Diœcesibus ab Episcopis, & Inquisitoribus *Extrauag. 3. Leon. X. in Concil. Lateranen. sess. 10.* quæ Extrauagan. est in Bullario veteri, incipit *Inter sollicitudines 10. Concil. Trident. sess. 4. §. sed & Impressoribus* vide indicē *Clem. VIII. & Vrbani VIII. decretum Pauli V. incipit, vt erroribus 11. Iunij 1620. Suar. disp. 23. sect. 7. num. 1.*

52 Contra impugnantes Montes Pietatis *Conc. Lateran. sub Leone X.*

53 Contra sortilegia, incantationes, & diuinationes per inuocationē Dęmonum exercentes *Concil. Lateran. sub Leone X. nouissime vide Constitutionem Greg. XV. Omnipotentis Dei 20. Martij 1623.* vbi grauissimæ pœnæ imponuntur.

54 Contra Fratres Ordinis Cruciferorum requirentes fauores pro dignitatibus, & officijs obtinendis, & contra vtentes dictis fauoribus, etiam non requisitis, & contra admittentes ad officia, dignitates, &c. etiam per fauores *Clem. VIII. Constitutione quoniam 109.*

Similem excommunicationem contra Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo procurantes fauorem extra Religionem pro impetrandis dignitatibus, vel officijs ipsius ordinis, lege in Constitutione *Clem. VIII. quoniam nemo.*

55 Contra exportātes sal externum in locis sedi Apostolicæ mediate,

vel immediatè ſubiectis mercandi cauſa *Greg.XIII.ex incūbenti.49.*

Hæc excommunicatio legitur reuocata in memoriale Clericorum *c.10.fol.86.*ſed non dicit vbi ſit reuocata.

56 Contra Superiores,& Prælatos ſæculares,& Regulares, quibus cura Monaſteriorum Monialium incumbit dicta Monaſteria ingredientes in caſibus non neceſſarijs, nec comitati à perſonis Religioſis etiam ſi ſint Cardinales *Greg. XIII. dubijs.* 28.

57 Contra docentes,& prædicantes, ac publicè diſputantes,habentes peccatum mortale non debere præmittere confeſſionem ſacramentalem,concurrente contritione ad digne cõmunicandum *Conc. Trid. ſeſſ.13.c.11.de euch.Suar.diſp.66.3.par.ſect.3.& tom.5. diſp.23.ſect. 7. num. 4.*

58 Contra imprimentes,vendentes, & retinentes libros de rebus ſacris tractantes, ſine nomine Authoris, & approbatione, vt ſupra *Conc.Trid.ſeſſ.4.Suar.diſp 23 ſect.7. tom.5.*

59 Contra falſo affirmantes matrimonia filiorumfamilias ſine conſenſu Parentum contracta eſſe irrita,& parentes ea rata, vel irrita facere poſſe *Conc.Trid.ſeſſ.24.c.1.de ref.Mat.*

60 Contra Raptores Mulierum,conſilium,auxilium, & fauorem dãtes *Trid.ſeſſ.24.c.6.de ref. Matr.Suar. diſp.23.ſect.7. num.5. Farinacc. prax.crim.q.145 nu.21.*

61 Contra Dominos tẽporales,Magiſtratus directe, vel indirectè ſubditos ſuos, vel alios cogentes quominus Matrimonia libere contrahant *ſeſſ.24 c.9.de ref.mat.*

An autem procedat contra priuatas perſonas *Suar.lib.5.diſp.23. ſect.7.nu.6.Henr.lib.11.c.6.§.6.littera* G. *Sanc.lib.4. de Matrimon. diſp.22.in fin.*& alijs quos allegat *Barb.p.3.alleg.50. n.174.*

Non tamen extenditur ad impedientes Matrimonia *Henr. lib. 11. c.6.§.5.Bonac.de Matrim.lib.3.nu.34.verſ.2.& q.4. punct.17.nu.2.*

62 Contra dantes,aut recipientes aliquid à nouitijs,dum ſunt in probatione,excepto victu,& veſtitu *ſeſſ.25.c.16.de refor.Matrim.Miranman.Prælat.to.2.q.35.art.18.concl.2.*

63 Contra Magiſtratus ſæculares, qui ab Epiſcopis requiſiti non præbent auxilium bracchij ſæcularis, vt clauſura Monialium conſeruetur, & contra ingredientes Monaſteria Monialium ſine licentia *ſeſſ.25.c.5.de Reg.Suar.ſect.23.ſect.7.nu.7.*

64 Contra quoſcumque cogentes virgines, vel viduas, aut alias Mulieres inuitas ad ingrediendum Monaſterium, vel ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque Religionis, vel ad emittendũ profeſſionem dantes auxilium, & contra eos,qui virginum, & aliarum mulierum voluntatem velum accipiendi,votum emittendi, ſine iuſta cauſa impediunt *ſeſſ.25.c.18.de Reg.Suar.diſp.23.ſeſſ.3.& 7.nu.8.ſeq.Azor.p.p. lib.13.*

lib.13.cap.9.quæst.2.Nauarr.conſ.56.de ſenten.excomm.& conſ.6. de Reg. vide plura apud *Barb.p.3.alleg.50. nu.174.*

65 Contra extrahentes frumentum, & legumina extra Vrbem, & ſtatum Eccleſiaſticum, impedientes afferentes prædicta ad Vrbem, & ementes vltra vſum vnius anni *Greg.XIII.Inter multiplices* 13.vide in reſeruatis Papæ *nu.76.*

66 Contra Camerarium,& Officiales Capituli Baſilicæ S.Petri de Vrbe,& bonorum adminiſtratores, non ponentes in Archiuio poſt reddita computa omnes libros, folia, quietantias, & alias ſcripturas ad baſilicam pertinentes *Sixti V. motu proprio,& Clem. VIII.* vt patet in capitibus conſtitutionum eiuſdem Baſilicæ *ſub tit. de adminiſtratione bonorum nu.26.fol.*31.

67 Contra Archipresbyterum,& Canonicos,Beneficiatos,& Clericos Baſilicæ S.Petri de Vrbe non applicantes integram medietatem omnium fructuum, & diſtributionum quotidianarum primi anni Sacriſtiæ *Six.IV.Clemen.VII. Paul. III. Clem.VIII. Paul.V. in capit. conſtitutionum nu.6.de Sacriſtia fol* 47.

68 Contra non ſoluentes debitam portionem eidem Sacriſtiæ Baſilicę S. Petri, antequã admittantur ad poſſeſſionem beneficij iuxta taxam in *d.cap.conſt.ſub tit.de Sacriſtia nu.5.fol.47.& num.8.fol.*48. quod dicta ſolutio non poſſit remitti, nec concedi dilationis cauſa ſub eadem pœna excommunicationis latæ ſententiæ ex dictis ſummis Pontificibus.

69 Contra alienantes, ſeu vendentes Iocalia, Imagines,annulos, vaſa aurea,veſtes ſacras, & alia bona ad Sacriſtiam, & theſaurum eiuſdem Baſilicæ S. Petri pertinentia *Clem. VII. Sixti IV. Clem. VIII. Paul.V.in d.c.Conſt.de Sacriſtia nu.10.fol.*48.

70 Contra accommodantes prædicta ad quemlibet vſum, & quibuſcunque perſonis, etiam Cardinalibus,niſi ſint de gremio Cleri Baſilicæ S.Petri, vel pro vſu Eccleſiarum Baſilicæ ſubiectarum Capitulo, ibidem *nu.*11.*fol.*49.

71 Contra Fratres minimos Sancti Franciſci de Paula recipientes, vel retinentes Fratres Ordinis de Obſeruantia ſine expreſſa licentia ſummi Pontificis à tranſeuntibus obtenta *Iul.II.per breue particulare.*

72 Contra Fratres Prædicatores, & ſorores eiuſdem Ordinis appellantes, & conuenientes, ſeu conuenire facientes ad Iudicem ſæcularem,vel Eccleſiaſticum etiam Cõſeruatorem ipſorum,niſi prius cauſam,vel quęrelam ſuam verbo,aut ſcripto coram Priorę, aut Prouinciali,aut Magiſtro generali in Capitulo generali propoſuerint, & cõtra Iudices ſe intromittentes *Leo Decimus per Breue*, & extenditur ad alios ordines participantes ipſorum Priuilegijs.

73 Contra Fratres, ac Moniales S. Claræ, ſeu tertiæ regulæ vtentes quomodolibet gratijs, & immunitatibus Bullarum Cruciatæ, vel conſimilium contra obedientiam ordinis, & ſine ſpeciali licentia ſuorum Superiorum *Leo X. per Breue particulare*.

74 Contra Fratres cuiuſcumque ordinis aſſerentes Indulgentias S. Mariæ de Populo de Vrbe extendi ad ſæculares *Leo X. dudum per nos*, & in alia *Nouerint, in comp. priuil. fol. 314.* vbi ſolum mendicantes gaudent.

75 Contra fictè reſignantes, vel permutantes beneficia contra Notarios, & Teſtes ſcientes, &c. *Innoc. VIII. ſicut bonus*.

76 Contra immolantes dæmonibus, aut reſponſa, & auxilia ab eis poſtulantes, ſiue tenentes libros de huiuſmodi erroribus tractantes *Ioannes XXII. ſuper illius*. 13.

77 Contra eos, qui in Romana curia Apoſtolicas commiſsiones, intimationes, publicationes, & affixiones præſentauerint, præter Curſores *Clem. VII. accepimus 24.*

78 Contra prohibentes facere eleemoſynam fratribus S. Auguſtini *Sixti IV. nos attendentes*.

79 Contra Prælatos, & Fratres S. Auguſtini ad inſtantiam quarumcumque perſonarum facientes gratiam, remittentes pœnas, & aſſumentes ad gradus, honores, &c. *Paul. V. admonemur*. 48. aliàs 30.

80 Contra interpretantes Concilium Tridentinum, edentes ſuper eo commentarios, gloſſas, adnotationes, ſcholia, & huiuſmodi pro interpretando Conc. Trid. *Pius IV. Benedictus Deus* 73. *Conc. Lateranen. ſeſſ. vlt. in fine*.

Intellige quando certo affirmatur, ſecus de dicentibus, quod magis eis videtur conforme Conc. Trid. *Suar. diſp. 23. tom. 5. ſect. 3. & 7. nu. 12. Sayr. tom. 1. lib. 3. c. 35. nu. 21. Bart. in l. omnes Populi nu. 65. vbi Cardinalis Albanus nu. 97. ff. de iuſtit. & iur.*

81 Contra officiales, Magiſtratus, & locorum Ordinarios, & alios non parentes præceptis concernentibus inquiſitionem Cardinalium Inquiſitorum ſuper imponendis, & exequendis pœnis *Pius IV. cum ſicut Pius V.*

82 Contra Doctores, Magiſtros, Regentes cuiuſcumque artis, profeſſionis, & ſimiles, qui fidei profeſſionem non fecerunt in manibus Epiſcopi, ſeu Vicarij iuxta formam præſcriptam à *Pio IV. in Conſtitutione ſacroſancta*. 88.

83 Contra Nuncios Apoſtolicos, etiam ſi ſint Epiſcopi, impetrantes ab Imperatore, Regibus, & Principibus, ad quos mittuntur, fauores locales litteras ad dignitates, &c. *Pius IV. & ſi Roman. Pont.* 46.

84 Contra omnes, qui Miniſtros Sancti Officij, vel Epiſcopos hoc munus in ſuis Diœceſibus exercentes, accuſatorem, denunciatorem, aut

teſtem

testem in causa fidei productum quomodocumque molestauerint, occiderint, verberauerint, &c. seu bona ministrorum inuaserint carceres effregerint. *Pius V. de protegendis* 72. hæc videtur reseruata per illa verba in *§. cæterum quorumcumque absolutionem, &c.*

85 Contra impedientes, aut perturbantes Notarios ordinis Prædicatorum, quos creare possunt Magistri generales pro exequutione mandatorum Apostolicorũ ne munera sua exequantur *Pius V. debitũ.* 124

86 Contra offendentes aliquem Romæ, causa vindictæ, & ibi arma, vel armatos ad hoc cõgregauerint *Pius V. Infœlicis 93. Graff. lib. 4. c. 22. nu. 22.* sed ista constitutio videtur loqui contra machinantes contra Cardinales.

87 Cõtra Ministros permittentes deferre pugiones, cultellos, & aliud genus armorum breuioris mensuræ trium palmorum in statu Ecclesiastico, & contra deferentes *Pius V. cum vices.* 145.

88 Contra depingentes, seu miniantes, & venales proponentes Agnus Dei à Romano Pontifice benedictos *Greg. XIII. omni certa* 2. *Sayr. lib. 3. c. 35. nu. 23.*

89 Contra exactores dationum gabellarum, &c. à personis Regularibus ordinis Mendicantium, & perturbantes, aut molestantes *Pius V. dum ad vberes* 11.

90 Contra exigentes aliquid à mendicantibus pro reparatione pontiũ, aut viarũ *Pius V. dũ ad vberes* 11. *& in alia etsi mendicantes.* 41.

91 Contra eos, qui mendicantes quoad omnia eorum bona, & colonos non dimiserint exemptos à gabellis &c. *Pius V. etsi mendicantes* 41. *cum ad vberes.* 11.

92 Contra Principes permittentes agitationes taurorum, aliarumq; ferarum, & clericos spectantes, & exercentes *Pius V. de salute Gregis.* 48.

93 Contra abortum procurantes, & auxilium dantes. *Sixt. V. effrenatam* 87. est moderata per *Greg. XIV. Sedis Apostolica* 8. *qui remisit Ordinarijs Sayr. lib. 3. cap. 35. n.* 24.

94 Contra eos, qui non seruant statuta, & ordinata in clementina *exiui de paradiso de verb. significat.* circa ea, quæ Fratres obseruare tenentur *D. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 69.*

95 Contra Fratres Minores recipientes Fratres Ordinis Prædicatorum *Innoc. IV. meminimus Rod. compend. priuileg. tom. 1. fol. 14.*

96 Contra Fratres Cisterciensis Ordinis peccata sua confitentes alteri non sui Ordinis, aut confessiones audiẽtes sine licentia sui Superioris *Alex. IV. præclara religionis comp. priuil. fol. 34.*

97 Contra retinentes apostatas Fratruum Minorum, auxilium dantes &c. Greg. X. *cum sicut compend. fol. 41.*

98 Contra Fratres Regulares accedentes ad sepulchrum sine licen-

tia

tia Sedis Apostolicæ. *Pius II. admonet in comp. fol. 135. vide in reseruatis num. 43.*

99 Contra Fratres commorantes extra monasteria causa studij *Iul. II. in supremæ comp. fol. 171.*

100 Contra Minores de Obseruantia recipientes Fratres Minimos sine licentia Sedis Apostolicæ. *Iul. II. exponit in comp. fol. 164.*

101 Contra Prælatos molestantes Minores in sepeliendis cadaueribus super eleemosynis, & legatis. *Leo X. exponi in comp. fol. 350.*

102 Contra officiales Pœnitentiariæ, & procuratores litterarum minoris gratiæ non fungentes officio suo. *Pius V. in earum 84. vide in reseruatis n. 55.*

103 Contra officiales Reu. Cam. Apostolicæ quomodolibet in contractibus Cameralibus participantes, & contra omnes existentes in Camera, quando de illis agitur pro eorum attinentibus *Paul. III. Alias 18.*

104 An autem extendatur ad Camerarium. *Iul. III. licet 3.*

Sunt quamplurimæ aliæ excommunicationes in constitutionibus Religiosorum & in alijs Ecclesijs particularibus, quæ cum ad manus meas non peruenerint hic non sunt appositæ.

105 Excommunicationes positæ contra Religiosos comprehendunt etiam Religiosas, quia sub nomine masculino, comprehenditur & fœmininum, quando excommunicatur actio, quæ potest etiam fœminis conuenire *Suar. disp. 22. sect. 4. num. 5.*

SVMMARIVM.

Suspenduntur.

Consecrati à censura aliqua innodati. 1.

Fratres Prædicatores promoti ad Episcopatum consecrati antequam libros resignauerint. 2.

Exercentes pontificalia in aliena diœcesi. 3.

Titulares promouentes etiam in loco exempto sine licentia. 4.

Ordinans non subditum. 5.

Suspensio hæc an habeat locum si ordinatio sit facta sub spe ratihabitionis. 5.

Resignationem admittens contra Bullam Pij V. 6.

Vsurarios tolerantes, & domos eisdem locantes. 7.

Primam tonsuram conferens infanti, vel inliterato. 8.

Confirmationem conferens, ac consecrationem post interpositam appellationem. 9.

Ordines sacros duos eodem die conferens. 10.

Or-

Mis-

SVSPENSIONES IN CORPORE IVRIS. Cap. XXIV.

1 SVSPENDITVR ab ordine Episcopali, seu Pontificalibus Episcopus, etiam ignoranter consecratus ab aliqua censura Irretito non tolerato *cap. 1. & 2. de schism. cap. gratia 1. quæst. 1. Maiol. lib. 4. cap. 22. Suar. sect. 1. num. 65. & disp. 31.* hæc & sequentes sunt Romano Pontifici reseruatæ.

2 Suspenditur à Pontificalibus Frater Ordinis Prædicatorum promotus ad Episcopatum si consecretur antequã resignet ordinis libros, & alia, quæ habet tempore promotionis ad Episcopatum, vel alias prælaturas *Clem. 4. ex D. Ant. 3. par. to. 27 de susp. c. 4. n. 20. Rodr. t. 2. q. 58. ar. 6.* extenditur ad omnes claustrales, licet de hoc dubitet *Sayr. lib. 4. tit. 1. c. 12. n. 9.*

3 Suspenditur à Pontificalibus Episcopus exercens pontificalia in aliena diœcesi sine licentia, vel si cum licentia, sed in alias personas præter ipsi ordinario subiectas *Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & sess. 14. cap. 2. de ref. Tol. lib. 1. c. 48.*

4 Suspenditur à Pontificalibus per annum Episcopus titularis, etiã in loco nullius, vel exempto conferens ordines, vel primam tonsuram non habenti litteras dimissoriales, etiam quod talis Episcopus habeat priuilegium promouendi quoscumque ad se accedentes *Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. de ref.*

5 Suspenditur à collatione ord. Episcopus ordinans in propriam dioe-

diœcesim non subditum, etiam habentem dimissoriam, vel rescriptũ generale, vel particulare, aut priuilegiũ, si careat testimonio sui Ordinarij, quo eius probitas, & mores commendentur *Concil. Trident. seß. 23. cap. 8. de refor. Suar. disp. 31. sect. 5. num. 6. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 13. Tol. lib. 1. cap. 48. num. 4.*

An autem habeat locum si sub spe futuræ ratihabitionis fiat ordinatio *Sayr. lib. 4. cap. 81. cap. 12. num. 13. c. vlt. 9. q. 2. vbi gloss. 1. Turrecrem. num. 2.*

6 Suspenditur Episcopus à collatione, & institutione Beneficiorum admittens resignationem beneficiorum extra casus à iure expressos exercendi actus, à quibus est suspensus propter indebitam admissionem resignationis *Extrauag. Pii V. quanta 58. Suar. disp. 22. sect. 6. num. 21. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 55.*

7 Suspenditur Episcopus ab officio, & beneficio simul permittens vsurarios in suis locis vsuras exercere, vel domos illis locans ad habitandum, *cap. 1. de vsu. lib. 6. Ang. suspensio 1. Syl. qu. 6. nu. 22. Tab. num. 7. cap. 22. Henr. lib. 13. cap. 38. §. 3. cas. 5. Sayr. lib. 4. cap. 12. num 45. Suar. disp. 31. sect. 5. num. 13.*

8 Suspenditur Episcopus per annum à collatione primæ tonsuræ conferens primam tonsuram illiterato, vel infanti, nisi forte Religionem intret, vel coniugato, nisi velit ingredi Religionem matrimonio non consumato, vel ad sacros promoueri *cap. fin. de temp. ord. lib. 6. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 18. Suar. disp. 31. sess. 5. n. 1.*

9 Suspenditur Episcopus per annum à confirmatione, & consecratione Episcoporum conferens electo Episcopo confirmationem, & consecrationem post appellationem interpositam ad Sedem Apostolicam &c. *cap. præiudicia de elect. lib. 6. Suar. disp. 31. sect. 5.*

10 Suspenditur Episcopus à collatione ordinum sacrorum conferens eodem die duos ordines sacros, vel continuatis diebus continuato ieiunio *Conc. Trid. sess. 25. cap. 13.*

11 Suspenditur Episcopus à collatione ordinum per triennium ordinans aliquem cum pacto non molestari ab ordinato quoad alimenta si beneficio, & patrimonio sufficienti careat *cap. penult. de simo. & Sixt. V. sanctum, & salutare* etiam à Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ, nec dicta Bulla Sixt. quæ multa statuit contra ordinantes est reuocata *per Clem. VIII. in const. Romani Pontif. ex Sayr. lib. 4 cap. 12. num. 32.*

12 Suspenditur Episcopus non diligenter examinans quãdo quis electus fuerit ad regimen animarum, & electionis processum, & personam electam *cap. nihil de elect. Ang. suspens. 1. num. 7. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 35.*

13 Suspenditur Episcopus subijciens laicis bona immobilia Ecclesiarum

rum sibi commissarum sine licentia Capituli, & Sedis Apostolicæ, nisi modo, & casibus à iure permissis *cap. hac consultissima de reb. Eccles. non alienan. Suar. disp. 31. sect. 5. num. 9.*

14 Suspenditur Episcopus ab administratione suæ Ecclesiæ in temporalibus, & spiritualibus vsurpans sine titulo bona dignitatum, Ecclesiarum vacantium, & ad ipsarum curam pertinentium *cap. exigit de censur. lib. 6. Suar. disp. 31. sect. 5. num. 11. Sayr. lib. 4. c. 11. num. 37.*

15 Suspenditur Episcopus per annum ab exequutione officij sic, & alij delegati in causa alienationis rerum Ecclesiæ, si per grauem timorem, aut sordes vtatur potestate sibi commissa in detrimentum Ecclesiæ *Paul. II. extrau. 2. de qua Suar. disp. 22. sect. 6. num. 3. & disp. 31. sect. 5. num. 12.*

16 Suspenditur per triennium ab officio Episcopus, qui odio, gratia, vel lucro cōtra iustitiam omittat procedere contra aliquem in causa hæresis, vel iniustè hæresim imposuerit *Clem. 1. §. verum de hæret. Ang. suspect. 15. cas. 35. Tab. 7. vers. 6. cap. 33. Nauarr. cap. 27. num. 100. Suar. disp. 31. sect. 5. nu. 16. Sayr. lib. 4. c. 13. num. 50.*

17 Suspenditur Episcopus, & alij Prælati per triennium à perceptione fructuum procurantes, vt clerici capiantur à Dominis temporalibus, vt beneficia renuncient, vel vt citati ad Sedem Apostolicam ire non possint *Clem. 2. de pœn. vbi gloss. & Suar. sect. 5. n. 17.*

18 Suspenditur Episcopus ab administratione Ecclesiæ, & perceptione fructuum, si confirmatus, sine litteris Ecclesiæ administrationem recipiat *cap. 1, de elect. Extrauag. 1. Suar. disput. 31. sect. 5. num. 23.*

19 Suspenditur Episcopus relaxans incendiariis pœnam contentam in *cap. pessimam 23. q. 8. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 44.*

20 Suspenditur Episcopus ab officio, & beneficio si est cōcubinarius, & à Synodo admonitus non se emendauerit *sess. 24. cap. 14. Auila. p. 3. disp. 2. conc. 2. Suar. disp. 31. sect. 5. n. 24.*

21 Suspenditur Episcopus à pontificalibus non seruans *Extrau. 2. de elect. Io. 22.* quoad perceptionem fructuum primi anni, vel secundi sui Episcopatus *Suar. sect. 5. num. 22.* sed facta integra restitutione cessat *Ant. Syl. Ang & cæteri cit. ab Auila 3. p. disp. 6. dub. 1. conc. 1. Nauarr. cap 27. n. 161. in fine.*

22 Suspenditur Episcopus à collatione ordinum per annum ordinans aliquem sine sufficienti titulo *Pius V. Romanus Pontifex*, excipe ordinantem Iesuitas *Greg. XIII. ex sedis Nauarr. cap. 27. n. 158. Sorb. comp. vers. ordines Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 21.* elapso anno, suspensio hæc cessat.

23 Sus-

23 Suſpenditur Epiſcopus, etiam Cardinalis à perceptione fructuum publicās indulgentias, quibus poſſunt vti certo ſoluto pretio *Pius V. quamplenum 99. Cand. de ſuſp. 128. Sayr. lib.4. cap. 12. n.52.*

24 Suſpenditur Epiſcopus ab adminiſtratione temporali, & ſpirituali, & perceptione fructuum, & interdicitur ab ingreſſu Eccleſiæ non viſitans limina Apoſtolorum ad præſcriptum Bullæ *Sixt. V. Romanus Pontifex, Sayr. lib.4. cap. 12. num. 53.*

25 Suſpenditur & interdicitur per ſex menſes Epiſcopus, & Abbas alienantes res Eccleſiæ contra formam iuris, perſeuerantes in interdicto per ſex menſes *Extrauag. ambitioſe de reb. Eccl. non alienan. Syl. alienatio Nauarr. cap.27. n.149. Sayr. lib. 3. cap. 32. num. 22. Suar. diſp. 23. ſect.6. num.3.*

26 Suſpenditur Epiſcopus ordinans indignum Sacerdotem *cap. ſi qui Epiſcopi 1. q. 1. vbi gloſſ. verſ. illi* videtur ferendæ ſententiæ *Suar. diſp. 40. de cenſ. ſect. 8. num.5.*

27 Suſpenditur ordinans pœnitentem ſolemniter, vel bigamum *cap. nullus diſt. 55.*

28 Suſpenditur Epiſcopus ordinans inuitum præter iuris ordinem, ſecus ſi beneficium requirat ordinem *cap. 1. & 2. 74. diſt. cap. quæris à nobis, vbi gloſſ. & DD. de æta. & qualit. Ang. verſ. ordo 3. n.24.*

29 Suſpenditur ordinans regularem ſine licentia ſui Superioris *cap. fin. 58. diſt.*

30 Suſpenditur conferens beneficium indignis *ſeſſ. 7. cap.3.* vbi renouatur *cap. graue de præben.* Non videtur in vſu.

31 Suſpenditur Epiſcopus cognoſcens carnaliter poſt Epiſcopatum illam, quam ante Epiſcopatum agnouerat: eſt tamen ferendæ ſententiæ *Sayr. lib.4. cap. 12. nu. 43.* ſed poſt admonitionem eſt latæ ſententiæ *ſeſſ. 25. cap. 14. de refor.*

32 Suſpenditur Epiſcopus negligens procedere contra ſimoniacos *cap. quidquid 1. q. 1. vbi gloſſ. verſ. excommunicatis.*

33 Suſpenditur Epiſcopus doctorando, non recepto prius iuramento, licet non procedat in doctoratu vigore regiæ poteſtatis *clem. cum ſit in fin. de Magiſt. Nauarr. cap.27. num.153. verſ. 7. dico.*

34 Suſpenditur Epiſcopus conſecratus ſine concil. & præſentia Metropolitani *cap. Epiſcopus 65. diſt.* ſed non eſt in vſu, prout nec eſt in vſu *cap. Archiepiſcopus 66. diſt.* contra Archiepiſcopum non conſecratum ab omnibus ſuffraganeis, nec pariter *cap. fin. 18. diſt. cap. nullus diſt. 55. cap. fin. diſt. 58. cap Epiſcopus diſt. 73.* quoad ea, quæ ſtatuuntur de conciliorum celebratione, vide *Sayr. lib.4. cap. 12. num.10. Auil. 3. par. diſp. 2. dub. p. concl. 3. cand. aureum de ſuſpenſ.*

35 Suſpenditur capitulum recipiens Superiorem promotum in Curia

ria absque litteris authenticis, & illi obedientes *extrauag. 1. de electione. Sayr. lib.4. cap.12. num. 25. Suar. disput. 31. sect. 5. num.2.* vbi an singulæ personæ suspendantur, vel totum capitulum.

36 Suspenditur capitulum occupans bona Ecclesiæ vacantis ad Prælatum defunctum, vel successorem spectantia *cap. quia sæpe de elect. lib. 6. clem. penult. eod. cap. vlt. de off. deleg. lib.6. Suar. disput. 31. sect.3. num.3. Sayr. lib.4. cap.12. num. 24.*

37 Suspenditur Capitulum, & recipiens directè, vel indirectè prandia, cœnas, vel aliud pro ingressu ad Religionem *clem. sane de simon.*

38 Suspenditur Capitulum habens facultatem admittendi resignationes, si admittat contra formam Bullæ *Pii V. Quanta.*

39 Suspenduntur Iudices ferentes censuras sine scriptis, vel causæ expressione, vel non tradentes infra mensem exemplum sententiæ petitæ, *cap. 1. de sent. excomm. lib.6. Palud. in 4. dist. 17. quæst. 7. art.3. concl.10. Suar. disp.31. seu 37. sect. 1. num. 2. Anton. 3. par. tit. 28. cap.4. de suspens. Sayr. lib.4. cap.13. n.2.*

40 Suspenduntur Iudices ab officio, & ordine per annum aggrauantes partes contra iustitiam, & conscientiam *cap. 1. de sent. & re iudic. lib.6. Suar. disp. 31. sect.3. n. 16.*

41 Suspenduntur Conseruatores per annum ab officio ordinis, & iurisdictionis, si se intromittunt in notorijs *c. vlt. de off. delegat. lib. 6. Suar. disp. 31. sect.3. num. 17.*

42 Suspenduntur eligentes indignum ad episcopatum, vel curam animarum *c. cum in cunctis §. clerici de elect. Sayr. lib.4. cap.15. nu.12.*

43 Suspenduntur per triennium ab omnibus beneficijs eligentes Episcopum si infra octo dies electionem non præsentauerint electo: extenditur ad omnes alias electiones *c. cupientes §. cæterum de elect. lib. 6. Suar. disp.31. sect. 3. num. 5.*

44 Suspenduntur per triennium à beneficio compromissarii eligentes indignum *c. si compromissarii de elect. lib. 6.*

45 Suspenduntur per triennium opponentes contra electum si in probatione defecerint *cap. 1. §. adiicientes de elect. lib. 6. Palud. in 4. dist. 18. quæst.7. art.2. Ang. susp. cap. 24. Syl. quæst. 6. vers. 14. Sayr. lib.4. cap.15. n.13. Suar. disp.31. sect.3. n. 12.*

46 Suspenduntur per triennium à beneficio eligentes per abusum sæcularis potestatis *c. quisquis de elect. Suar. ibid. nu. 12. Sayr. lib. 4. cap. 13. num. 16.*

47 Suspenduntur visitatores recipientes pecuniam, vel munera *cap. Romana de censib. lib.6. cap. exigit eod. Trid. sess. 24. cap. 3. de reformat. Palud. in 4. dist. 18. quæst.7. art.2. cap. 5.* saluis tamen rationabilibus, & approbatis consuetudinibus Regularium.

48 Suspenduntur visitatores accipientes procurationem à locis non

visitatis *cap. exigit de censib. lib. 6.*

49 Suspenduntur conferentes beneficia accedentium ad Vrbem pro suis negocijs, & eadem beneficia recipientes *Extrauag. 4. de priuil.*

50 Suspenduntur recipientes ordines sacros ab Episcopo, qui renunciauit episcopatui *cap. 1. de ordinan. ab Episc. qui re. Anton. 3. par. tit. 27. de susp. cap. 4. susp. 5. Palud. in 4. dist. 25. quaest. 1. art. 30. Viuald. de susp. num. 127. Suar. disp. 31. sect. 1. num. 7.*

51 Suspenditur qui recipit ordines ab hæretico, vel aliqua censura irretito à schismatico &c. *Tab. irregularitas 4. nu. 6. Armilla. n. 78. Auil. 3. par. disp. 5. dub. 8.*

52 Suspenditur recipiens ordinem sacrum ante ætatem *Extrauag. cum ex sacrorum Pii II. Auil. ibid. dub. 7. Quarant. ordo Suar. disp. 31. sect. 1. n. 13. Sayr. lib. 4. c. 23 num. 15.*

53 Ætatem requisitam in sacris ordinibus, habes in *Triden. sess. 23. cap. 12. de reform.* vbi de sacris ordinibus, quo vero ad minores non est de iure præscriptum *Sayr. lib. 4. cap. 14. num. 12.*

Hæc suspensio non habet locum cum ordinatis in minoribus, nec in alijs casibus, de quibus *Nauarr. cap. 27. n. 155.*

54 Suspenditur ordinatus extra tempora *d. Extrauag. cum ex sacrorum, cap. de eo de temp. ord.*

55 Suspenduntur ordinati duobus sacris ordinibus eodem die, vel duobus diebus immediatis, puta Sabbatho, Quattuor Temporum, & Dominica sequenti *cap. litteras de temp. ord. Nauarr. cap. 27. nu. 71. Suar. disp. 31. q. 1. num. 4. Sayr. lib. 4. cap. 14. n. 23.*

Quid de ordinato ordine episcopali, & sacerdotali eodem die *Suar. ibid. num. 40.*

56 Suspenduntur ordinati sine titulo, vel cum ficto titulo *Triden. sess. 21. cap. 2. de refor. Pius V. Romanus Pontifex.*

Excipe Iesuitas *ex Greg. XIII. ex Sedis Apostolicæ, Tol. lib. 1. cap. 48. num. 16. Sayr. lib. 4. cap. 14. num. 16. Nauarr. lib. 1. cons. lib. 1. num. 16. de const. & cons. 46. de temp. ord. Quarant. ordo Maiol. lib. 4. cap. 15.*

57 Suspenduntur ordinati per saltum, idest recepto superiore ordine non recepto inferiore, suspenditur enim ab illo ordine superiore donec recipiatur ordo prætermissus *cap. vnico de cler. prom. per sal. Trident. sess. 23. cap. 14. Suar. disp. 31. sect. 1. num. 44. & 53.* vbi alia dubia.

58 Suspenduntur ordinati in sacris post matrimonium ratum cõtractum licet non consumatum *Extrauag. Io. 22. Antiqua de voto Anton. 3. par. tit. 27. cap. 4. de susp. Sot. dist. 25. quaest. 1. art. 3. Sylu. ordo 5. num. 7. Sayr. cap. 14. lib. 4. n. 28. Suar. disp. 31. de cens. 54.*

59 Suspenduntur ordinati simoniace *cap. penult. cap. per tuas de simonia,*

nia, Extrauag. Pii 2. eod. Syl. & cæteri summistæ verb. simonia.

60 Suspenduntur ordinati irretiti aliqua censura *cap. cum illorum de sent. excomm. Suar. disp. 31. sect. 1. num. 59. Couarr. cap. alma p. p. §. 6. num. 6.*

61 Suspenduntur recipientes oblationem ab vsurarijs manifestis, seu denuntiatis *c. quia in omnibus de vsuris, Suar. disp. 31. sect. 2. nu.* 10.

62 Suspenditur tradens vsurarium manifestum ecclesiasticæ sepulturæ *loc. citat.*

63 Suspenduntur iurantes detenendo schismate, *cap. 1. de schismaticis.*

64 Suspenditur in dignitate constitutus si vt itur veste partita, vel virgata, idest diuersi coloris *clem. 2. de vit. & honest. cleric. Tol. lib. 1. cap. 48. num 15. Sayr. lib. 4. cap. 15. num. 28.*

65 Suspenduntur personæ ecclesiasticę portantes vestes non decentes suo ordini, vide Cardinalem *in d. clem. 2.*

66 Suspenduntur grauantes Ecclesiam, quam gubernant diuersis debitis *cap. 2. de solui. Ang. suspens. 1. num. 10.*

67 Suspenduntur concubinarij publici, & notorij, seu fornicarii celebrantes post ecclesiasticam monitionem *iux. sess. 15. cap. 14. c. quæsitum de cohabit. cleric. & mulier, cap. præter distin. 32. cap. si qui sunt dist. 81. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 3. Syl. concubinarius Trid. sess. 25. cap. 14. de refor.* comprehenduntur etiam clerici.

68 Suspenduntur celebrantes matrimonium sine licentia parochi *sess. 24. cap. 1. de refor. mat.* quæ suspensio est ab officio, & beneficio, donec aliud declaretur, & comprehenduntur etiam Religiosi.

69 Suspenduntur Religiosi recipientes ordinem sacrum in apostasia *cap. vlt. de apostatis Ant. 3. par. tit. 27. cap. 4. Panor. cap. vlt. de apost. Suar. disp. 31. sect. 6. num. 2.*

70 Suspenduntur mendicantes admittentes ad professionem nouitios ante annum probationis completum *cap. non solum cap. constitutionem de Reg. lib. 6. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 4. Nauarr. cap. 27. num. 13. gloss. in d. cap. non solum.*

71 Suspenditur Religiosus concedens ad vitam, vel ad tempus iura religionis, non seruatis seruandis *clem. 1. de reb. Eccles. non alienan. Nauarr. cap. 27. num. 157. Suar. disp. 31. sect. 6. Sayr. lib. 4. cap. 13. num. 11.*

72 Suspenduntur ab administratione officij, & beneficij Religiosi vsurpantes decimas si infra duos menses requisiti non satisfecerint *clem. 1. de decimis.*

73 Suspenduntur per annum Monachi nigri non vtentes debito habitu *clem. 1. §. si quis de stat. monach.*

74 Suspenduntur Monachi, & Religiosi venantes *d. clem. 1.*

75 Suspenduntur Prælati ab officio non satisfacientes damno dato excessibus quibusdam suorum *clem. Religiosi §. quibus de priuileg. Sayr. lib.4. c.13.n.10. Nauar.c.26. n.26. Suar. disp.21.sect.6.n.11.*

76 Suspenduntur confessarij non facientes conscientiam de soluendis decimis *clem. cupientes de pœnis*.

77 Suspenduntur Abbates dantes dimissorias aliis quam suis subditis Regularibus seu conferentes primam tonsuram, & ordines minores *sess. 23. cap.10. Tol.lib.1. cap.49. nu.5. sasp. lib.4. cap. 13. n.50.*

78 Suspenduntur Fratres Prædicatores perturbantes minores inquisitores, vel è contra *clem.4. D. Anto.3. par. tit.27. cap.4.*

79 Suspenduntur introducentes mulieres intra monasteria *Pius V. Regularium, candelab. de suspens. num. 131. Sayr. lib. 4. cap.13. n. 20. Nauarr. cap. statuimus 19. q. 3. num.132.*

80 Suspenduntur ordinati in sacris ab Episcopo alieno sine litteris dimissoriis proprii Episcopi *Pius V. cum ex sacrorum Nauarr. cap. 27. num. 155. §. 3. & 241.*

Nisi fuerit familiaris, & ordinetur in propria diœcesi *sess.23.c. 9. de ref* quod non habet locum in Episcopo titulari *sess.14.c.2. de ref.*

An hæc suspensio procedat in ordinato minori *Nauarr. cap. 25. num.70.* vbi partem affirmatiuam amplectitur, ponderandum tamen est *Conc. Trid. sess. 14. cap.3. de reform.*

81 Suspenditur ordinatus in sacris infra annum sede vacante cum licentia Capituli non arctatus beneficia ad ecclesiastica *sess. 7. c.10.* secus dicendum de ordinato in minoribus.

82 Suspenditur ordinatus eodem die minoribus, & subdiaconatu *cap. 2. de eo qui furti. ord. recep. Sayr.lib.4. cap.14. n.25.*

83 Suspenditur ordinatus omisso aliquo substantiali *gloss. in cap. 1. vers. promitti de sacram. non iter. Sayr.cit. num.29.*

84 Suspenditur clericus celebrans in loco interdicto *cap. Episcoporum de priuil. lib. 6.*

Idem de faciente celebrare, vel celebrante cum excommunicato, interdicto &c. *Suar. disp. 21. sect.2.*

85 Suspēditur sacerdos qui sine graui causa infirmitatis omittit missam in cōpletā *c. nullus Episcopus de cōsecr. dist.1. Suar.3.p.disp.85.*

86 Suspenditur celebrans non se communicans *cap. relatum de consecrat. dist. 2. D.Thom.3. par. q. 82. art.4.*

87 Suspenditur benedicens secundas nuptias *cap. 1. de secund. nup. Couarr. in epit.p.2.c.8.§.9.n.1. Sanc.lil.7. disp.82. num.16. seq.*

88 Suspenditur parochus interessens matrimonio clandestino *Couar. cit. cap.6. num.13. Dec. in cap. de causis num. 86. de off. deleg.* vbi plura dub. circa hoc.

89 Suspenduntur vsurpantes bona Ecclesiæ, vel vsurpationi consen-

tien-

tientes *Trid. sess. 22 cap. 11. in fin.*

90 Suspenduntur clerici inuoluentes mortuos laicos vestibus sacris, *cap. nemo per ignorantiam, vbi gloss. vers. mortuum, & vers. anathemate de consecrat. dist.* 1.

91 Suspenditur Refellens alteram partem contradictionis circa conceptionem B. Virg. *sect. 5. de pecc. orig.*

92 Suspenditur clericus acceptans duellũ, *Clem. VIII. illius vice.* 11. Plures sunt suspensiones in constitutionibus particularibus clericorum, & Religiosorum, de quibus nihil ad nos.

93 Quid autem intelligatur per suspensionem à pontificalibus *Sayr. lib. 4. tit. 1. cap. 16. num. 24. seq. & cap. 4. num. 11. Innoc. Franc. Gemin. Ancaran. & alij in cap. cum medicinabilis de sent. excomm. lib. 6. gloss. & DD. in cap. transmissam de elect. Couarr. in clem. 1. §. 6. num. 2. de priuil.*

94 Episcopus non incurrit suspensionem, nisi de eo fiat expressa mentio *cap. quia periculosum de sent. excomm. lib. 6. vbi gloss. & DD.* extendunt ad sententiam iuris, & hominis, & ad Cardinales non Episcopos, secus excommunicationem *Nauarr. in coment. de dat. & promiss. not. 6. Sayr. lib. 1. c. 8. n. 23. 24. Vgul. Tab. 1. c. 17. n. 10. 11.*

95 Nec incurrunt Religiosi, si de is non fit mentio, nec clerici sæculares *gloss. clem. 1. vers. Religiosi de priuil. Say. lib. 4. cap. 13. n. 23.*

96 Suspenduntur solicitantes in confessione ad præscriptum Bullæ Greg. XV. supra relatæ *cap. 21. num. 130.*

S V M M A R I V M.
Interdicuntur.

Domini temporales impedientes Legatos, & Nuntios Apostolicos, ne suum officium exequantur.

Principes, & Magistratus sæculares non obseruantes, quæ statuta sunt circa electionem Rom. Pont. in cap. vbi periculum, §. ciuitas de elect. lib. 6. 2.

Domini temporales inferentes iniuriam Episcopo. 3.

Perseuerantes per mensẽ in censura, eo quod vsurarij nõ expellãtur. 4.

Gabellas exigentes ciues à personis ecclesiasticis. 5.

Ciues male tractantes Episcopum. 6.

Sepulturam eligere fraudolenter inducentes, vel electã nõ mutare. 7.

Sepelientes hæreticos in ecclesiastica sepultura. 8.

Vniuersitas si delinquat. 9.

Represalias concedentes contra personas ecclesiasticas. 10.

Appellantes vniuersitates ad futurũ conc. à sententia Rom. Põtif. 11.

Capitulum dans litteras remissoriales infra annum sede vacante. 12.

Capitulum aliquid recipiens spectans ad sedem vacantem. 13.

Censuras ferentes non seruatis seruandis. 14.
Dignitates recipientes de manu laici. 15.
Episcopi vsurpantes bona Ecclesiarum vacantium. 16.
Alienantes bona Ecclesiæ persona Ecclesiastica. 17.
Metropolitanus non denuntians absentiam alterius Metropolitani, vel suffraganei. 18.
Procurationem iniustè recipientes Visitatores. 19.
Interdicta non obseruantes. 20.

DE INTERDICTIS IN IVRE LATIS. Cap. XXV.

1 INTERDICTA quę in iure lata reperiuntur multa sunt, nempe propter impedimentũ datum Legatis, & Nũcijs Apostolicis per Dominos temporales, ne suum officium exequãtur *Extra. super gentes de consuet.*

2 Propter inobseruantiam per Principes sæculares eorum, quæ statuta sunt circa electionem Romani Pontificis, *cap. vbi periculum vers. ciuitas de elect. lib. 6.*

3 Propter iniuriam illatam in Episcopum culpa eorumdem Dominorum temporalium *clem. 1. §. terra de pœnis.*

4 Propter perseuerantiam per mensem in excommunicatione, vel suspensione, eo quod manifestus vsurarius non expellatur *cap. 1. de vsuris lib. 6.*

5 Ob exactionem Gabellarum per ciues locorum à personis ecclesiasticis, *cap. quamquam de censib. lib. 6. cap. clerici, §. vniuersit. de imm. Eccl.*

6 Si ciues male tractent proprium Episcopum *clem. 1. §. ciuitas de pœnis.*

7 Si fraudulenter clerici inducunt ad eligẽdam sepulturam, vel electam non mutare, si infra decennium non sit facta restitutio, *cap. animarum de sepulturis lib. 6. Suar. disp. 37. sect. 1. num. 15.*

8 Si hæretici tradantur ecclesiasticę sepulturæ scienter *c. quicumque de hæreticis lib. 6.*

9 Propter delictum vniuersitatis, *cap. si sententia de sent. excomm. lib. 6. vbi gloss. vers. Domini.*

10 Propter concessionem, vel extensionem represaliarum contra personas ecclesiasticas, & eorum bona, nisi infra mensem reuocauerint *cap.*

cap. vnico de iniurijs lib. 6.

11 Propter appellationem interpositam ab vniuersitatibus à sententia Romani Pontificis ad futurum concilium, vt in Bulla Cœnæ.

12 Si Capitulum sede vacante infra annum non arctato concedat litteras dimissoriales ad ordines *Trid. sess. 7. cap. 10. de ref.*

13 Si Capitulum aliquid recipit spectans ad sedem vacantem *extrau. vnica §. si autem ne sede vacante.*

14 Si feratur censura sine causa, scriptura, & monitione *cap. 1. §. si quis autem de sent. excomm. lib. 6. Suar. disp. 37. sect. 1. Sayr. lib. 5. cap. 12. num. 17.*

15 Si recipiatur dignitas ecclesiastica de manu laici, *cap. si quis deinceps 16. quæst. 3.*

16 Si vsurpentur ab Episcopis bona Ecclesiarum vacantium *cap. præsenti de officio ordinarij lib. 6.*

17 Propter alienationem bonorum Ecclesiæ à personis ecclesiasticis inconsulto R.P. *Extrauag. vnic. de reb. Eccl. non alien.*

18 Si Metropolitanus, vel antiquior suffraganeus infra tres menses non denuntiet Rom. Pontifici absentiam Metropolitani, vel suffraganei *Trid. sess. 6. cap. 1. de reform.*

19 Si Visitatores iniustè recipiant procurationem à visitatis *cap. exigit de censib. lib. 6. sess. 24. cap. 3. de reform.*

20 Propter inobseruãtiam interdicti à personis ecclesiasticis, vel admissionem excommunicatorum ad diuina *c. Episcoporum de priuil. lib. 6. Suar. disp. 37. sect. 1. num. 5.*

SVMMARIVM.

Casus alij reseruati Papæ in Bulla Cœnæ, alij in corpore iuris. 1.
Casus alij reseruati Episcopis, & inferioribus Prælatis. 2.
Casus reseruati Episcopis alij cum excommunicatione alij sine, alij de iure, alij de consuetudine vniuersali, alij de consuetudine particulari. 3.
Casus reseruati Episcopo de iure communi qui. 4.
Casus reseruati Episcopo de consuetudine generali qui. 5.
Casus reseruati Episcopo de consuetudine particulari qui. 6.
Casus qui reseruantur à regularibus Religiosis qui. 7.
Decretum Clem. VIII. pro reseruatione casuum Prælatorum regularium. 8.
Super casibus Regularium Prælatorum, qui nuper scripserit. 9.
Casus non posse Episcopos reseruare negans excommunicatur. 10.
De casibus reseruatis qui scripserint. 11.

DE CASIBVS RESERVATIS. Cap. XXVI.



1 ASVS reſeruati ſunt in duplici differentia: alij ſunt reſeruati Papæ, vt ſunt aliquæ excommunicationes in corpore iuris: alii de iure particulari, qui continentur in Bulla Cœnæ, de quibus dictum eſt ſupra *Anton.* tamen 3. *par. tit.* 17. *cap.* 11. tenet *PP.* non reſeruare ſibi caſum, ſed peccata, quæ habent annexas cenſuras.

2 Alij ſunt reſeruati Epiſcopis, & Prælatis inferioribus ordinum Religioſorum.

3 Caſus reſeruati Epiſcopis, alij ſunt cum excommunicatione, alij ſine, alij ſunt de iure: alij de conſuetudine generali, alij de conſuetudine particulari cuiuſcumque diœceſis.

4 De iure communi ſunt abſolutio à cenſuris non reſeruatis Summo Pontifici, diſpenſatio votorum, iuramentorum, & irregularitatum occultarum, incendium ex propoſito ante denunciationem, & omne peccatum, pro quo antiquitus ſolebat imponi publica pœnitentia *Nauarr. cap.* 27. *num.* 256. *gloſſ. in cap.* 2. *de pœnit. & remiſſ. lib.* 6. *verſ. reſeruantes*, qualia ſunt blaſphemiæ, concubinatus publici, vſuræ publicæ &c.

5 De conſuetudine generali ſunt ſtuprum, inceſtus, peccatum contra naturam, homicidium voluntarium, mutilatio membri, abortus, verberatio parentum, ſacrilegium, ſortilegium, crimen falſi, expoſitio infantium locis pijs, ſtriges, & hæreticos non denunciantes, reſtitutio bonorum vltra certam ſummam, ſolicitantes ad turpia filias ſpirituales, falſum in iudicio deponentes.

6 De conſuetudine particulari ſunt matrimonium clandeſtinum, non ſoluentes decimas, &c.

7 Caſus qui reſeruantur regularibus continentur in *decreto clem.* 8. *edito* 26. *Maij.* 1593. *Tenoris infraſcripti videlicet.*

DECRETVM S. D. N. CLEMEN. PAPAE VIII.

Super Casuum reseruatione, ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.

§. 1 Sanctissimus Dominus noster, qui iampridem accuratè perpendit, & re ipsa comperit, quòd reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem.

§. 2. Quocirca, vt huic malo Sanctitas sua opportunè prouideret, decreuit vt nemo ex Regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot prout subditorum vtilitati expedire, prudenter in Domino iudicauerint.

I. Veneficia, incantationes, sortilegia.

II. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentu fiat egressio.

III. Nocturna, & furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

IV. Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatũ mortale.

V. Iuramentum falsum factum in iudicio Regulari, seu legitimo.

VI. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto.

VII. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus.

VIII. Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

IX. Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.

X. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscũque personæ.

XI. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum à superioribus ab inferiores; & ab inferioribus ad superiores.

Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.

§. 3. Non liceat superioribus Regularium confessiones subditorum audire: nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet

simet ab ijs sponte, aut proprio motu id subditi petierint.

§.4. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessario pro subditorum numero maiori, vel minori: ijque sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à nõ reseruatis eos absoluat; & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis Cofessarius iudicauerit.

§.5. Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

§.6. Licebit tamen superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint. Atque ita per quoscumque Regularium superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam Generalis Decretis: necnon consuetudinibus ab immemorabili etiam tempore obseruatis: aut regulis in Generalibus, seu Prouincialibus Capitulis editis, statutis, & constitutionibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis: priuilegijs, indultis, & concessionibus quibuscumque: quorum tenores hic pro expressis haberi voluit: cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, die 26. Maij 1593.

Andreas Sorbolongus Secretarius Visitationum.

9 Super quibus casibus nouissimè Frater Frãciscus Coriolanus Cappucinus *tract. de casibus reseruatis*.

10 Qui dixerit Episcopum non habere ius reseruandi sibi casus, pœnã excommunicationis incurrit *sess. 14. de cas. reser. c. 7.* licite enim possunt sibi reseruare casus in foro etiam interiori.

11 Plura de casibus reseruatis *gloss. in c. 2. de pœniten. & remiss. lib. 6. vers. reseruantur gloss. in Extrauag. comm. super cathedram vers. à iure de sepult. Nau. c. 27. nu. 260. Vgol. de off. Episc. c. 35. ad 40. inclusiuè Lactan. Finellius. Gambarupt. & quæ in meo Alphabetico vers. casus reseruatus,* vbi plura ad materiam *Lel. Zec. de cas. Episc. reseru. Suar. disp. 29. 30. 31. to. 4. Graff. Capiuil. pallest.*

SVM-

SVMMARIVM.

Vouens

Reli-

Dispen-

Con-

DE VOTO AC EIVS COMMVTAtione, dispensatione, absolutione, irritatione, &c.

Cap. XXVII.

1 VT facilius Confessor tempore Iubilei possit se regulari circa commutationem, & dispensationem votorum, aliqua sunt aduertenda, de quibus sparsim ex infra dicendis cognitio haberi poterit.

2 In primis, quod ex facultate, quæ sibi tribuitur virtute Iubilei commutandi vota, non potest, nisi de vna in aliam materiam æqualem vel maioris boni commutare *Caiet. in D. Tho. 2.2. q. 88. art. 12. Nauarr. consf. 12. de voto* & licet aliqui velint, quod possit haberi mitior ratio; non tamen ista Regula est abutenda; nam si quis habet votum perpetuum non ludendi, non videtur commutandum in solutione quinque Iuliorum; sed media via est tenenda vide *gloss. in Extrauag. Antiquorum vers. confitebuntur §. si Papa de pœniten. & remiss.* An autem quis possit absolui ab obligatione voti non ludendi vide *infra de absolut. voti.*

3 Item facultas commutandi vota per Iubileum non extenditur ad commutandam pœnitentiam iniunctam à Confessario; quia à diuersis non fit illatio *l. papinianus ff. de minoribus Nauarr. cons. de voto.*

4 Item Commissa facultate dispensandi non intelligitur, & commutandi; nec è contra *Nauarr.cap.12.num.79 contra Sot.* qui putat sub potestate dispensandi, comprehendi & commutandi *lib.7. quæst.4. art.3.* quod valet in habentibus Iurisdictionem ordinariam.

5 Facultas quæ datur à Papa in Iubileis dispensandi, & commutandi vota semper intelligitur exceptis votis perpetuæ continentiæ, Religionis, & Peregrinationis Hierusalem, Romam, & S. Iacobum in Compostellam, de quibus in *Extrauag. Sixti Quarti, & si Domini de pœnit.& remiss. Nauarr. cap. 12. num. 75. & conf. 18. de voto num. 1.* ergo tantum absolutè perpetua, non autem pœnalia intelliguntur reseruata, ista enim vltima ab Episcopis,& Confessoribus virtute Iubilei possunt dispensari, & commutari,nec etiam vota castitatis, & Religionis temporalia sunt reseruata, quia etiam possunt dispensari ab Episcopo,& Confessore virtute Iubilei.

6 Vota Castitatis, & Religionis intelliguntur,siue de solemnibus, siue de simplicibus *cap.vnico de voto lib.6.* & ita ista duo semper intelliguntur reseruata,& quamuis in aliquibus bullis Archiconfraternitatum, & Confraternitatum, & alijs Priuilegijs non exprimantur, nisi votum Peregrinationis, adhuc nihilominus ista duo intelliguntur reseruata *Couarr.in cap.quamuis de pactis in 6.p.p.§.3* nec obstat dicere, quod exceptio firmat Regulam in contrarium, quia procedit quando sumus in causis minoribus *Couarr.lib.2.variarum cap.5.n.7. Sot.lib.7. q.4. art. vlt.* Hinc anno 1606. 21. Iunij fuit dubitatum in Iubileo Pauli Quinti, an possit absolui votum Sancti Iacobi Compostellani,dum esset reseruatum votum Castitatis & Religionis tantum.

7 Ratio cur reseruentur est, quia non datur materia æquiualens.

8 In dispensatione istorum tria requiruntur, nempe causa, quæ potest esse ratione materiæ, personæ, & maioris boni.

9 Votum castitatis fit quadrupliciter, perpetuum, temporale, conditionale, & pœnale, differunt inter se; nam quando Papa reseruat votum castitatis, intelligit de perpetua, nam temporalis dispensatur ab Episcopo.

10 Votum castitatis intelligitur de omni specie luxuriæ ex *Sot. lib. 7. quæst.4. art.1. & quæst.2. art.1.& in quarto dist.37.q.2. art.1.*

11 Votum non nubendi secundum Caiet. dicitur votum castitatis,sed alij Doctores illum non sequuntur, quia votum nō ducendi Vxorem, Clericandi,suscipiendi habitū tertij ordinis S.Francisci, & similia nō dicuntur castitatis, neque Religionis,ideo possunt commutari à Cōfessario tempore Iubilei, secus quando voueret perpetuam castitatē, vel toto tempore vitæ suæ, vel non cognoscere carnaliter contra votum castitatis.

12 Votum est promissio Deo facta de meliori bono proposito volūtatis

tis,& deliberatione: est actus latriæ,& Religionis tamquam Dei cultus,quia per illud magis Deo homo se subijcit ex *D. Tho. q.88. art.6.*
13 Aliud est simplex, quod consistit in promissione alicuius rei Deo gratæ.
14 Aliud est solemne *c.vlt.de voto lib.6.*quod consistit in acceptatione ex parte Dei per prælatũ,& est duplex,castitatis perpetuæ,& fit in susceptione ordinis sacri implicitè & tacitè, alterũ quod fit in Religione approbata emittendo tria illa vota,castitatis,paupertatis,& obedientiæ,& si obedientiã tantũ promitteret secundũ Regulã,quam profitetur,reliqua includerentur *Abb.in c.consuluit de regularibus,& in c.insinuante qui Cler. vel vouen.Nauar.in c.non dicatis 11.q.1. nu.4.*
15 Simplex potest esse conditionale,pœnale & purum,item personale, reale,& mixtum *Syl.votum 1.§.5.Nauarr.c.12.nu.32.*
16 Conditionale quando quis vouit sub conditione,qua existente votum tenet,ea cessante non obligat.*Abb.c.scriptura de voto nu.5.Nau. c.12.nu.52.& 54.*v.g.voueo ieiunare tali die si filius meus sanitatem recuperabit,dixi quod non obligat,nisi impleta conditione, quod intellige,nisi sua culpa fiat,vt non adimpleatur *Nauar.c.12. nu.42.*
17 Hinc *idem Nauarr. cons.29.* ponit casum, quod si quis vouit infra triennium ingredi Religionem,si interim fiat grammaticus sufficiens ad suscipiendos ordines,si eam non didicerit in dicto termino non tenetur lapso triennio ingredi,non obstante *l.Iure ff.de cond.& demon.* si per eum non stetit,quo minus conditio adimpleatur.
18 Pœnale quando votum adiungit pœnam,puta voueo non ludere, & ludendo dare centum tali Ecclesiæ,si fiat contra votũ, teneor ad pœnam præfixam: vel quis vouit monachari si ludat, vel seruare castitatem si incurrat tale peccatum carnis *Sot.lib.7.de iust.art. 3. Gouarr. in cap. quamuis. de pact.lib.6.p.1.§.3.num.13.*
19 Purum quando quis vouet ingredi Religionem, & non apponitur tempus, neque pœna, tunc quamprimum potest, moraliter tenetur adimplere iuxta *tex.in l.promissor.§.1.de const.pecun.*
20 Simplex personale respicit personam vouentis, vt si quis vouit ieiunare, peregrinari,& similia.
21 Simplex reale spectat ad bona temporalia, vt vouere eleemosynam, ædificare, & similia.
22 Simplex mixtum, idest partim personale,& partim reale, vt si quis vouit peregrinari ad templum B. Mariæ de Laureto, & ibi offerre calicem aureum tot aureorum, vel ædificare Monasterium S.Francisci, & illud ingredi *cap.scriptura.de voto,& C.de sacros.eccles.*
23 Differt simplex & solemne in multis. Primo simplex continet generalem materiam,solemne verò determinatam. Secundo transgressor simplicis peccat mortaliter,transgressor verò solemnis vltra pec-

catum est apostata *Abb.in cap.rursus qui cler.vel vouen.DD. in cap. vnico de voto lib.6.cap.2.ne cler.vel vouen.*

24 Simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, solemne verò impedit contrahendum, & dirimit contractum, sunt & aliæ differentiæ, quæ breuitatis causa omittuntur.

25 Ad hoc vt votum sit obligatorium tria debent concurrere, deliberatio scilicet, propositum, & promissio *cap.litterarum de voto, c.quia bonæ* 17.*q.1.* Deliberatio non requiritur plena, idest vt considerentur plenè omnia, quæ poterunt accidere, & animum auertere à voto, sed sufficit ea, quę facit actum humanum liberum & spontaneum, hoc est, qua homo operatur aduertens quid faciat, & scienter, & sufficit, vt sciantur substantialia actus, ex quo falsum apparet illud. *Ang. verbo votum* 1.*§.6.* quod si statim transacto periculo voti pœniteat, non ligaret, vel si cogitasset non vouisset.

26 Votum metu factum, tunc valet, quando metus est ab intrinseco, idest à Deo incussus per aduersitates, quia Deus iustè infert, sed si ab extrinseco cadens in constantem virum, dummodo fiat per actum spontaneum etiam obligat: Voluntas enim non potest cogi, & talis actus sufficit ad merendum, peccandum, lucrandum valide, ad vouendum *Syl.metus* 58.*Palud.dist.38.q.1.concl.2.Panor.cap.cum locum de spons.c.sicut de reg.* oppositum tenet *Sot.de iust.q.2.art.1.lib.7. Nauar.cap.12.num.62.Tab.votum 1.§.1.*

27 Sed quando metus est ab extrinseco cadens in constantem virum per actum non spontaneum, non obligat, secus si metus, vel vis esset accidentalis, vel casualis, puta vouere; vt euadat periculum naufragij, exulũ, & huiusmodi *Abb.in c.sicut de regul.vid.Sot.cit.ar.3.Nau.*

28 *conf.1.de voto lib.3.* vbi vota cum animi perturbatione ob instantis mortis periculum, vel iram præcedentem commissa obligant, dummodo perturbatio non abstulerit iudicium penitus, nec induxerit insaniam per ibi allegata, vide etiam *conf.2. eodem.* præbet tamen hæc perturbatio, sicut & modica de liberatio, & pueritia causam facilius commutandi & dispensandi, nam votum factum ex deliberatione cum consensu difficilius dispensatur, quàm factum ex timore, & imbecillitate animi *Caiet.votum 3.cap.3.& in D.Thom.2.2.q.81. Nauar.cap.12.num.24.*

29 Qui haberet intentionẽ promittendi, & non adimplendi, peccaret, & valeret votum, etiam si intendat vouere, & non se obligare, quia est naturalis effectus promissionis, sicut ad summersionem naturaliter sequitur madefactio *Sot.lib.7.q.1.art.2.Nauar.* tamen *c.23.& Caiet.* aliter loquuntur.

30 Qui vouit, & pœnitet, peccat mortaliter quando non habet animum adimplendi *cap.vouentibus 17.q.1.Syl.vot.2.nu.20.*

Cele-

Celeris deliberatio non excusat à voto, calor vero iracundiæ si tantus sit, vt sit alienatus mente, excusaret, alias non vide *Ang. votum Ias. in l. si filium nu.4. C. de inst. test. gloss. dudum de conuer. Coniug. vers. calore*, quando ignoratur an vacellauerit, necne pro deliberatione iudicand. *l. Arianus ff. de oblig. & act. Sot. lib. 7. q. 7. art.* 2. Intellige quando vouens est dubius, ita vt ad nullam partem inclinet, secus si ad partem affirmatiuã, & ita possunt cõciliari opiniones cõtrariæ.

31 Item notandum, quod vt votum sit validum debet continere materiam possibilem, vtilem, honestam, & non contrariam meliori bono, & res, quæ possunt voueri, possunt esse vel bonæ, vel malæ, vel indifferentes, vel possibiles, vel impossibiles, vel necessariæ simpliciter, vel contingentes, vel sub præcepto, quæ dicuntur necessariæ ad salutem, vel sub consilio *Caiet. q. 88. art. 2.*

32 Nulla res illicita cadit sub voto, siue sit mortale, siue veniale *D. Thom. q. 88. art. 2.*

33 De re indifferenti necessaria, seu impossibili, nec potest fieri votum.

34 Opera præceptorum non quatenus sunt necessaria, sed quatenus pendent ex nostra voluntate sunt Materia voti *D. Thom. 2. 2. Syl. votum 1. §. 4.*

35 Opera consilij sunt propriè materia voti.

Vouere actionem, quæ est peccatum veniale, ex genere suo est veniale *Nauarr. c. 12. nu. 29. vers. 8.* & contrafacere bonum est: ratione tamen contemptus, vel conscientiæ erroneæ potest esse mortale *Sot. lib. 7. de Iust. quæst. 1. art. 3. Caiet. q. 88. ar. 2. Nauarr. c. 12. nu. 54.*

36 Vouere actum, quod est peccatum mortale, est etiam mortale.

37 De re indifferenti non fit votum, nisi ex circumstantia fiat actus virtutis, vt vouere non transire per viam, in qua solebat peccare, sublata occasione aufertur votum absque alia dispensatione *Bonauent. dist. 38. q. 2. Sot. lib. 7. q. 1. art. 3. Caiet. q. 88. ar. 2. & in summ. verb. votum Nauarr. c. 12. n. 36.*

38 Votum de euitando aliquod peccatum in specie est laudabile.

39 De euitando omni peccato non est malum, sed gratia Dei est possibile, licet periculosum.

40 De euitando peccato veniali in specie potest esse laudabile.

41 De euitando omni peccato veniali, vel de numquam peccando, est stultum *Sot. lib. 7. q. 1. art. 3.*

42 Votum factum de operibus Consilij propter malum finem, si finis sit malus ipsius voti, vel obiectum voti, est nullum votum, & est peccatum, si malus finis est Vouentis, & non Voti, vt vouere Religionem, vt sit Superior obligat, si sit finis malus, vt vouere peregrinationem occidendi causa inimicum non valet.

43 Differt tamen vouere propter malũ finem, vel vouere propter ali-

quod bonum, quod est annexum malo fini; vt de fornicatione, & de filio ab ea suscepto, de bello iniusto, & de vita ibi non ammissa, primũ est nullum, duo vltima valida; omnia iudicantur ex forma verborum, & secundum sensum contentum, vel intensionem *Caiet. q. 88. art. 2. Sot. lib 7. q 7. art. 3. de Iustit. Nauar. nu. 30. & 43.*

44 Votum contra Dei consilia, puta non intrandi Religionem nullum est *Sot. & Caiet. cit. Riccar. dist. 38. q. 2.* est peccatum de genere suo, potest esse veniale ex ignorantia, vel inaduertentia, mortale vero ratione peruersæ intentionis ipsius vouentis *Caiet. verb. votum §. primo & verb. periurium c. 2. D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. Nauarr. c. 12. nu. 35. & 25 alleg. tex. in c. vlt. §. fin. 22. q. vlt.*

45 Votum de Matrimonio contrahendo ex bono fine, & alijs circumstantijs potest esse validum *Caiet. q. 88. art. 2. Nauarr. c. 12. nu. 43.*

46 Votum quod fit in baptismo non dicitur vere votum, sed largo modo, licet aliqui contra sentiant, inter quos *Magister in 4. dist. 38. Syl. votum 1. §. 4. Conc.* autem *Trid. sess. 7. Can. 9. & 14.* vocat promissionẽ.

47 Votum factum ad obtinendum aliquod bonum temporale validum est *Caiet. art. 2. Sot. art. 3.*

48 Vouens in genere ingredi Religionem, si receptus sit in vna, à qua sua sponte egrediatur, vel eijciatur post habitum susceptum, nõ tenetur aliam ingredi *Nauar. cons. 21. de voto* per ibi allegata, sed si vouit profiteri in genere, non satisfacit ingrediendo vnam Religionẽ, si professionem non emittat ibidem, & istud votum iudicatur tamquam de eo, qui vouit ingressum tãtum, paria enim sunt vouere ingressum Religionis, & quod fiat Religiosus *Caiet. 2. 2. q. 189. art. 4.*

49 Qui vouit Religionem determinatam tenetur illam ingredi, & si non acceptatur in vna, non tenetur adire aliam, sed *Nauarr. cons. 28.* secus tenet, etiam si sit licentiatus à Generali, vel à Conuentu asserens teneri quærere alias Religiones, vel Monasteria eiusdẽ Religionis, licet ab aliqua, vel ab aliquibus repudietur ex *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 3. colum. 3. vers. ex eadem responsione* non enim votum est de certo Monasterio, sed in genere, vel in specie de Religione.

50 Si vouit determinatum Conuentum, & ab eo refutatur, neque tenetur alium perquirere.

51 Qui vouit animo vagandi omnia loca tenetur iuxta intentionem *D. Thom. q. 88. art. 3. Nauar. c. 12. nu. 26.*

52 Qui vouit absolutè, non determinatè, tenetur intra Prouinciam adire quatuor, vel quinque Conuentus, & si refutatur, non tenetur ad aliud, idem si adierit Prouincialem, vel Priorem, ad quos spectat *Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. Caiet.* tamen contra sentit *art. 3.*

53 Qui post votum Religionis in genere, vnam ingreditur, si expellatur ab ea, tenetur alias perquirere.

Non

54 Non tamen tenetur ingredi, si in illa Religione non seruantur substantialia Religionis, quando vouit in genere, & non reperit in principio aliam, in qua non seruentur dicta substantialia.

55 Secus si solum deesset obseruantia disciplinæ pro actu accidentali.

56 Hinc si post votum Religionis interuenit aliquod impedimentum perpetuum, liberatur à voto *Sot.lib.7.q.2.art.1.*

57 Qui vouit certam Religionem S. Francisci, ingrediens aliam, non satisfacit voto, nisi detur paritas, vel artioritas, sed si artiorem voueat, & in laxiorem ingrediatur, & ibi profiteatur, peccat, & non tenetur ad votum, quia maius, quod est professio, tollit minus vinculum, quod est votum simplex, & sic potest in ea, in qua professus est licitè permanere, pro voto tamen non completo erit eidem pœnitentia imponenda ita *Bonif.VIII. in cap.qui post votum de Regul.& trans. ad relig.lib.6.*

58 Habens votum solemne si egreditur, vel dimittatur à Religione, an teneatur seruare votum *Nauarr. in cap. non dicatis num.67. 12. quæst. 1.*

59 Si quis votum emittat Religionis in vna trium Religionum, puta Sancti Dominici, S. Augustini, aut S. Francisci perseuerare, & mori in Religione, si vnam ingreditur animo satisfaciendi voto, si post aliquot menses aliqua iusta causa egrediatur satisfecit voto, quoad ingressum, sed non quoad professionem, ideo indiget dispensatione, exponendo infirmitatem, vel quod sit grandis natu, vel quod probauit Religionem, & illius ratio non placet, vel quod habet parentes, &c. *Nauarr.cons.22.de voto idem inf.nu.101.* Qui vero simpliciter vouit Religionem sine expressione manendi in ea perpetuo, nec exeundi, satisfacit ingrediendo vnam, licet superueniente infirmitate postea egrediatur, nec ea cessante tenetur postea redire *Nauar. cons.24. de voto*, imo si votum fuerit fieri frater certi Monasterii, si ingressus fuerit, & ante finem nouitiatus egrediatur non emissa professione, eo quia modus viuendi non placet, licite potest contrahere matrimoniũ *Nauarr.cons.25. de voto.*

60 Qui post votum Religionis in genere adhibita diligentia non recipitur, & absolute repellitur, sine spe ingressus est liber, & non tenetur expectare, si non se obligauit ad aliam, si repellitur ad tempus causa probationis, vel alia iusta causa tenetur expectare *Caiet.quæst.88. art.3.*

61 An qui refutatur, quia ignorat aliquam scientiam, vel artem, teneatur addiscere? Respondeo, tenetur si sciebat id requiri, secus si ignorauit: si nihil de hoc cogitauit, dum vouit, tenetur, si potest commode discere, aliàs non, vel fiat conuersus, si sit talis conditionis, vt eius statui conueniat.

62 Quid si in Religionem, quam nouit, non potest admitti, nisi in laicum, , vel Conuersum? Respondetur, si dum vouit intendit fieri Sacerdos, non tenetur ingredi, si nil cogitauit, & sit eius conditionis, dic vt supra, aliàs non.

63 An semel expulsus, si postea inuitetur, teneatur ingredi, Respondetur si ob legitima impedimenta fuit exclusus, ijs cessantibus, tenetur, secus si fuit absolutè exclusus.

64 An exclusus à Religione, quam vouit, ante professionem teneatur obseruare Regulam, vel castitatẽ, ℞ si non intendit expresse obseruationem Regulæ, & continentiam, non tenetur, neque obstat *c. quidam & c. placet de conuers. Coniug.* quia expresse ille vouerat Castitatem *Caiet. quæst. 88. art. 3. Sot. lib. 1. de Iust. quæst. 2. art. 1. Nauarr. cap. 12. num. 47.*

63 Hinc qui vouit Presbyteratum nõ intelligitur vouisse castitatem, ideo potest commutari ab Episcopo, & à Confessore vigore Iubilei, vel alijs ex priuilegio *Nauar. cons. 32. de voto, & in Manuali c. 12. n. 47. Sot. lib. 7. quæst. 5. art 3. ad 2.* Sacerdos qui in articulo mortis in præsentia cuiusdam Prioris certi Conuentus, & Confessarij sui animo participãdi suffragia ordinis prædictorum vouit castitatem, paupertatem, & obedientiam, non dicitur vere Religiosus, quia non vouit intrare, sed bene tenetur seruare dicta, tamquam simplicia vota, retinendo beneficium si quod habet, sed potest dispensari ab Episcopo, vt licite possit quærere per contractus, quæ poterat ante votum *Nauar. Cons. 9. de voto.*

66 An quis post votum Religionis possit petere debitum? Respondetur peccauit, & ante consumationem tenetur ingredi, si consumauit, potest petere, & reddere, nisi vouissent simul castitatem expresse *Caiet. art. 3. Sot. quæst. 2. art. 11. Nauarr. cap. 12. num. 47.* contra *Syl. votum 2. §. 1. Tab. matrimonium 1. §. 3.* nisi hi intelligant de eo, qui expresse vouit castitatem.

67 Aduertendum, non esse idem votum de non contrahendo, & votum castitatis, quia illud potest dispensari ab Episcopo, & Priuilegiatis, secus votum castitatis, quidquid dicat *Caiet. Quolib. 8. ar. 1. & 2. 2. q. 8. art. 3.*

68 Nec esse idem votum castitatis, & Religionis: nam vouens castitatem si nubat, tenetur reddere, sed non petere debitum, Religionis vero post consumationem potest petere, & reddere.

69 Qui in infirmitate diceret, seu disponeret ingredi Religionem, Deo sibi sanitatem concedente, non dicitur obligatus ad Religionem, quia votum non inducitur per solum propositum, & denunciationem, sed requiritur promissio, & animus se obligandi *Nauarr. cons. 4. 5. & 6. de voto.*

Idem

70 Idem de voto non tangendi mulierem libidinose non est votum castitatis *Nauarr. conf. 22. de voto,* quare in Iubileis quando datur ampla potestas, potest commutari *Sylu. verb. votum 4. §. 4. Ang. eod. §. 9. Nauarr. cap. 12. num. 76. Sot. lib. 7. quæst. 2. artic. 1. & quæst. 4. art. 2.*

71 An qui post votum castitatis contraxit matrimonium possit petere debitum? Respond. post contractum potest reddere, & non petere, & ad petendum potest Episcopus dispensare *Nauarr. cap. 12. num. 26. 13. & 30. Ang. impedimentum 5. & matrimonium 3. §. 3. Syl. dispensatio quæst. 9. & votum 4. quæst. 4. §. 4. Tab. matrimonium 1. quæst. 3. & dispensatio quæst. 9. Armill. debitum §. 13. nu. 23. Nauarr. loc. cit. nu. 51.* ante consummationem tenetur ingredi religionem, & profiteri *Riccard. dist. 38.* prout ad idem tenetur qui post matrimonium ratum ordines sacros suscepit, vel cognouit consanguineam vxoris suæ intra quartum gradum, nisi dispensetur cum eo *Ant. 3. par. tit. 1. cap. 10. initio* quidquid dicat *Sot. dist. 38. artic. 1.* & mortua vxore denuo contrahere non potest, sed tenetur seruare castitatem *D. Thom. in 4. dist. 38.*

72 Nota tamen post *Conc. Triden.* impedimentum affinitatis ex coitu illicito non contrahi vltra secundum gradum.

73 Qui vouit Religionem an teneatur ad perseuerantiam? Respond. si expresse vouit perseuerantiam tenetur, qui animo experiendi, vel nihil cogitando de perseuerantia vouit, tenetur ingredi secundum formam iuris communis probando per annum, nec tenetur perseuerare *D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 4 ibid. Caiet. opusc. 17. respon. art. 5. & respon. 7. Nauarr. num. 47. Syl. Religio 2. §. 19.*

74 Hinc qui vouit perseuerantiam non potest exire post probationem sine rationabili causa, vel dispensatione *Nauarr. & Caiet. loc. cit.* oppositum *Sot lib. 7. q. 2. art. 1.*

75 An qui vouit Religionem, & non admittitur, vel ab ea repellitur sua culpa sit tutus in conscientia? Respond. si ante professionem dimittitur, si non vouit perseuerantiam, non peccat, si ante ingressum sua culpa non acceptatur, præbens occasionem formaliter ad hunc finem, non est tutus, secus si materialiter ex fragilitate *D. Thom. quæst. 88. art. 3. ad 2.*

76 Idem dicas de eo, qui vouit perseuerantiam, & sua culpa expellitur.

77 Si expellitur post professionem culpa sua tenetur tollere omne impedimentum *Sot. lib. 7. quæst. 2. art. 1.* & his sublatis tenetur se præsentare Superiori, à quo si repellatur est tutus; tenetur tamen redire quoties vocatus fuerit *cap. fin. de Regul. Syl. religio. 6. §. 12. & verb. apostes. §. 5. & 6.*

78 Eic-

78 Eiectus ab vna Religione professus, erit tutior si aliam ingrediatur, si vouit Religionem in genere; si vouit in specie esset tutius *Sot. loc. citat.*

79 Eiectus post professionem tenetur seruare essentialia suæ Religionis, eo modo, quo potest, scilicet tria vota *D. Thom. q. 18. artic. 8.*

80 Item tenetur modo possibili seruare annexa suæ Religioni, & gestare habitum, nisi eo spoliatus dimittatur *Syl. Religio 6. §. 12.* qui melius loquitur, quàm *Sot. lib. 7. quæst 2 art. 1.* hic enim non obligat, nisi ad castitatem *D. Thom. cit. art. 8. vid. Nauarr. in cap. non dicatis num. 67. 12. 9. q. 1.*

81 An sub voto virginitatis contineatur & castitatis, ita vt qui illam vouit, teneatur seruare castitatem, illa violata? Respond. si nonexpressit primum lapsum tenetur seruare castitatem *Caiet. quæst. 88. Sot. lib. 7. quæst. 2. art. 1. Nauarr. num. 43.*

82 An qui vouit Religionem possit licitè propter debita pecuniarum ab ingressu retardari? Resp. si haberet vnde satisfacere statim, vel breui, sine periculo, tenetur satisfacere, antequam ingrediatur, aliàs secus, sed potest Religionem ingredi, quia est quædam cessio bonorũ.

83 Adde quod potest sic dissolui matrimonium ratum, & iuramentum *D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 6. ad 3. Paul. in 4. dist. 38. quæst. 3. art. 2. & alij communiter* licet *Med. de restit. cap. 8.* putet teneri expectare, vt soluat.

84 Sed post constitutionem *Sixt. V. quæ incipit Cum de omnibus 71. sub dat. Romæ 26. Nouembris* 1587. huiusmodi ære alieno astricti non possunt ingredi Religionem, nisi satisfacto debito.

85 Non autem iste talis post ingressum tenetur laborare, vt soluat, nisi ratione scandali, vel de bonis, quæ habebat satisfacere.

86 Nec Religio tenetur, nisi de bonis, causa ipsius requisitis *Syl. religio 2. §. 4.*

87 An propter obsequium parentum debeat quis retrahi à Religione? Respond. ante ingressum si sunt in magna necessitate, & ipse potest in sæculo permanere sine peccato, non debet intrare.

88 Post professionem non tenetur exire, quia mortuus mundo *D. Tho. quolib. 3. art. 16. & 2. 2. quæst. 101. artic. 4. ad quartum Syl. Religio 2. §. 7.*

89 Et debet curare, vt per se, vel alium subueniatur quantum potest, salua obedientia Religionis.

90 Qui emisit votum simplex Religionis, non potest assumi ad Episcopatum, & si assumatur, tenetur renunciare *cap. per tuas de voto.*

91 Votum factum tenetur quis quamprimum adimplere, vel adiecto tempore, si tempus est adiectum *Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 12.*

92 Si tempus non est adiectum, sed accidens, eo elapso tenetur, vt si

93 quis

93 quis voueret religionem intra annum.

94 Si est conditionale tenetur adimplere adueniente conditione, & completa conditione cum primum commode potest.

95 Si tempus adiectum est transactum, non tenetur, vt dare eleemosynam in festo talis Sancti, sed peccauit non adimplendo, sic vouens ieiunare die certo, eo transacto, non tenetur amplius *Caiet. in D. Thom. 2.2. quæst. 88. artic. vlt. cont. Nauarr. cap. 12. num. 54.* vbi qui vouit aliquid facere certo tempore peccat mortaliter non faciendo, etiam transacto tempore, & quanto citius commodè poterit, quoniam qui tenetur debitũ soluere &c. *l. Celsus ff. de recep. arbit.*

96 Limitatur quando qui vouit non respexit aliter diem vel tempus, quo promisit implere votum, quia non ieiunãs illo die tenetur alio, secus quando principaliter respexit tempus, præsertim in ieiunio, ergo quando principaliter est habita ratio ad tempus, non tenetur die sequenti, aliàs secus, & ita forsan loquitur *Nauarr.*

97 Vouens recitare coronam quotidie, quibuscumque diebus omittit peccat mortaliter, nec potest satisfacere die sequenti.

98 Vouens dare singulis diebus iulium vnum, omittens in vno die, potest die sequenti secundum *Sot. lib. 7. quæst. 2. art.* 1.

99 Ratio diuersitatis, quia regula est, quod in obligationibus dãdis tenetur quis præcise dare, sed in obligationibus ad interesse obligatus, id præstando, liberatur.

100 Vouens ieiunare tali die certa, si omittat, non tenetur die sequenti.

101 Vouens ieiunare in festo alicuius Sancti, non tenetur si incidat in Dominica, sed tenetur die sabbathi, nisi expresse solum intendisset votum exultationis *Syl. votum 2. §.16. & verb. ieiunium quæst.10. Gab. in 4. dist. 38. quæst. 1. art.1.*

102 Alij sic distingunt, aut est votum de ieiunio afflictionis, idest ad satisfaciendum pro peccatis, ad subiugandum corpus & cæt. aut est votum exultationis, vt esset ad gaudium dispositior, & ad contemplationem diuinorum: aut tertio de neutro cogitauit: aut quarto de

103 vtroque cogitauit; primo casu tenetur in præcedenti die; secundo casu in die Dominico; tertio etiam in die Dominico, qui præsumitur exultationis; quarto in sabbatho, alij tenent in eodem die *arg. cap. fin. de obseruat. ieiun.* in comedendo carnes in Die Natiuitatis Domini Nostri IESV CHRISTI, si venerit feria sexta, exceptis Religiosis obseruantiæ, & habentibus ex voto.

104 Qui vouit ieiunare feria sexta non potest vesci carnibus, si incidat in Natali Domini *d. cap. fin.*

105 Qui vouit in Vigilia ieiunare sine pane, deinde vouit ieiunare die sabbathi in pane, & aqua, si vigilia incidat in sabbatho, an teneatur

ad

ad vtrumque? Respon. si non cogitauit de primo, tenetur de primo, secus si cogitauit, & potest vtrumque; si non potest, tenetur ad primum *Tab. ieiunium 23. Syl. votum 2. quæst. 17.*

106 Idem dicas de alijs votis impossibilibus, quando non potest vtrũque satisfieri, seruandum est maius *Ang. votum 3. quæst. 24. D. Thom. in 4. dist. 38.*

107 An qui vouit Religionem, vel sacerdotium sit tutus in conscientia, si eligat sacerdotium, & postea facta huius commutatione ab habente potestatem impleat solum id, in quod commutatum est sacerdotium? Respond. quod sic: Quia facta electione, determinatum est votum ad eam partem electam, ita vt penitus extincta sit obligatio circa reliquam, ergo si eligat sacerdotium, & postea facta huius commutatione ab habente potestatem, impleat solum id, in quod commutatum est sacerdotium erit tutus in conscientia, videatur *Sanchez. lib. 4. oper. moral. cap. 13. num. 28. & lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 4.*

108 Qui vouit numquam amplius tangere mulierem non est votum castitatis, quia debet intelligi fornicarie, esset autem castitatis si esset perpetuum *Nauarr. cons. 22. de voto.*

109 Qui vouit vitam heremiticam, non dicitur religionis, quia non degunt sub regula, neque habent caput.

110 Qui vouit intrare certam Religionem, puta Capuccinorum, vel alterius, potest commutari à Confessario in æqualem, vel laxiorem, aliud enim est dispensare, ne teneatur ad intrandum, quod reseruatur Papæ, aliud de intrando aliam, quod nullibi reperitur reseruatum *Nauarr. cons. 41. de voto Syl. votum 4. §. 3. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. Nauarr. in comment. 4. de regularib. cap. statuimus 19. quæst. 3. num. 10.*

111 Votum in genere emissum monacandi dicitur Religionis, si intrauit Religionem aliquam particularem, puta Augustinianam, & ante annum probationis licentiatur, vel ipse exit iusta causa, puta, quia non potest seruare regulam, non debet commutari in aliam Religionem, quoniam bona fide probauit religionem, & bona fide egressus est *Nauarr. cons. 23. num. 4. de voto.*

112 Qui vouit in specie Religionem, si ingreditur, vel bona fide sine culpa sua est dimissus, non tenetur amplius voto *D. Thom. 2. 2. qu. vlt. art. 4. Sot. lib. 7. quæst. 2. art. 1. & quæst. 1. art. 3.* secus si in genere vouit, quia exclusus ab vna, tenetur perquirere aliam.

113 Qui vouit Castitatem, & Religionem simul, an non admissus ad Religionem teneatur ad Castitatem? Respond. si principaliter voluit vouere castitatem, & accessoriè religionem tenetur, etiam si excusatur ad intrandam Religionem, secus si principaliter voluit

vo-

vouere religionem, & accessorie castitatem, quia liberatus à religione liberatur etiam à voto castitatis *Nauarr. 13. de voto.*

114 Quid si de tali intentione non constat, sed dubitatur? Respon-tenetur in dubio eligere tutiorem partem *cap. iuuenis de sponsal. cap. ad audientiam de homicid.* & sic se reputare obligatum ad seruandam castitatem *Nauarr. loc. cit.*

115 Qui emisit duo vota alternatiua, puta monacandi, & clericandi, electio est debitoris, & consequenter potest dispensari ab Episcopo, si vnum ex duobus non reseruatis elegerit, puta si elegit votum clericandi, & postea pœniteat, potest ab Episcopo, vel Confessario cōmutari, quia non est Religionis.

116 Vouens mori in Religione duplex est votum, nempe Religionis, & perseuerandi in ea, in hoc solus Papa dispensat *Nauarr. cons. 7. de voto,* vbi addit posse ingredi Religionem, quam voluerit, & sine causa, vel dispensatione non potest egredi.

117 Qui vouit non ludere, & ludendo soluere decem tali hospitali, donec non incurrit pœnam est dispensabile per Episcopum, si incurrit pœnam potest absolui à Confessario soluta pœna *Nauarr. cons. 31. de voto.*

118 Vouere possunt omnes, qui habent vsum liberi arbitrij, & non sunt subditi, qui si voueant sine licentia superioris in illis, in quibus sunt subditi, intelligitur sub conditione si superiori placuerit.

119 Episcopi non possunt vouere in ijs, quæ dissoluunt vnionem, quam habent cum propria Ecclesia, seu cedunt in graue dandum ipsius, secus in alijs.

120 Vnde non possent facere votū lōginquæ peregrinationis, & similia

121 Illa tamen tenentur seruare quantum possunt sine præiudicio Ecclesiæ, petendo licentiam, vel dispensationem *Syl. votum 3. §. 2. Tab. eod. 5. §. 4. D. Thom. art. 8. cap. licet de regu. cap. nisi de renun.*

122 Religiosi possunt facere tria vota post professionem, quæ superior non potest irritare.

123 Prout nec irritare votum transeundi ad arctiorem.

124 Vota facta de operibus, ad quæ tenentur de præcepto, nec possunt irritare.

125 Vota facta circa regulas, seu annexa votis essentialibus, potest superior irritare, quando fiunt de illis, quæ possunt ab eo dispensari *Caiet. art. 8. Sot. lib. 7. quæst. 3.*

126 Reliqua vota subditorum possunt à superiotibus irritari, si sunt facta de rebus, in quibus sunt subditi *D. Thom. quæst. 88. art. 4.*

127 Possunt Religiosi facere votum de operibus, ad quæ alias non tenentur seruare, sed possunt irritari à superiore, quia includitur conditio, si placuerit.

D. Ber-

128 *D. Bernard. in expositione Regulæ B. Francisci in 4. notabili per cap. Monachorum 20. quæst. 4.* vult, Religiosum, neque posse orare in Religione S. Francisci, nec adscribi facere in aliqua Confraternitate, vel gestare habitum B. Virginis de Carmelo, absque licentia Generalis, vide *Bullam Leonis X. de qua compend. priuileg.*

129 Subditus vouens per materiam non prohibitam, puta ieiunium, si prohibetur à superiore, non tenetur dicere se vouisse, non tamen propterea est irritum votum, quia si conceditur, tenetur seruare, irritatio enim requirit notitiam *Caiet. art. 8. quæst. 2.*

130 Votum rite factum cum consensu superioris potest ab eodem irritari *cap. voluit cap. nec illud cap. manifestum 33. quæst. 5. Caiet. quæst. 88. art. 12. Nauarr. cap. 12. n. 68.*

131 Peccant tamen superiores faciendo sine causa *Tab. votum 5. q. 4.*

132 Potest tamen dispensari si sit Prælatus, vel distinctus superior *d. cap. voluit.*

133 Si postquam irritari consentit, tenetur subditus implere, nisi ad tempus, & non absolute irritauerit *Syl. votum 4. quæst. 2. §. 3. Tab. votum 5. §. 4. Sot. lib. 7. quæst. 3. art. 1.*

134 Votum semel à superiore irritatum, seu sublatum, subiectione non reuiuiscit *Ang. votum 2. §. 13. Asten. p. p. lib. 1. tit. 2. art. 6. q. 1.*

135 An votum à subdito factum, sublata tamen subiectione, implendum, irritari possit à superiore, vt filius mortuo patre, vxor mortuo viro? Respond. sunt opiniones dicentium de votis impuberum, respectu parentum, vera est opinio affirmantium de alijs subditis, & filiis adultis, vera est opinio negantium *Syl. votum 5. quæst. 5.*

136 Vxor non potest vouere sine consensu viri, nec è contra in iis, quę sunt præiudicium alterius.

137 Si vnus consentiente altero facit votum castitatis, non potest alter irritare.

138 In iis quæ spectant ad gubernium familiæ, plura potest vouere viri quam vxor *Nauarr. cap. 12. num. 66.*

139 An pater possit irritare votum filii factum sub eius potestate postquam filius factus est pubes, vel emancipatus? Respond. *Sot. negat art. 2. Caiet. vero quæst. 189. art. 5. Nauarr. cap. 12. nu. 71.* affirmāt.

140 Dicendum quod de puero vouente ante pubertatem vera est sententia *Caiet.* nisi confirmasset pubes de aliis vera est sententia *Sot.* etiam de votis realibus, Idem dicendum de votis seruorum, si habuerint intentionem exequendi post libertatem *Tab. votum. 5. §. 5.*

141 Pater potest irritare vota filii personalia ante pubertatem facta, & etiam post, si non confirmauit in pubertate.

142 Realia vero semper potest, dum est in sua potestate.

143 Pater in infirmitate filii, an posit vouere illum facere Religiosum?

ſum? Reſp. non, quia vouens non poteſt obligare aliam perſonam, quia actio voluntaria *Abb. in cap. olim nu.4. de reſtit. ſpol. Sot. lib.7. de iuſt. quaſt.2. art.2.*

144 Faciens votum perſonale, ſi non poteſt adimplere, per alium non tenetur adimplere, quia ordinatur ad mortificationem propriæ perſonæ.

145 Dicitur puer perueniſſe ad annum pubertatis, quando poteſt contrahere matrimonium *Nauarr. cap.12. num. 75.*

146 Parentes poſſunt irritare votum Religionis factum à filiis ante pubertatem, etſi dubitatur an habuiſſent legitimam ætatem, præſumitur in fauorem vouentis *Sot. de iuſt. lib.7. quæſt.3. art.2.*

147 Profeſsio facta ante 16. annum completum, & ante annum probationis eſt nulla *Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. de Regularib.*

148 Serui non poſſunt vouere in iis, quæ ſunt præiudicium Domini *Syl. vot.3. quæſt.7. D. Thom.2.2. quæſt.88. art.8.*

149 Vota facta ante ſubiectionem poſſunt irritari, ſi ſint talia, quæ ſine licentia ſuperiorum non poſſent fieri *Syl. votum 4. quæſt.2. cap. noluit 33. quæſt. 5.*

150 Votum factum à Syndico ieiunandi tali die nomine communitatis an valeat, & liget ſucceſſores? Reſpon. ſic *Nauarr. c.12. n.79. l. proponebatur C. de iudic. gloſſ. cap. denique 7. q. 1.*

151 Ad vota defuncti realia tenentur hæredes, ſecus ad perſonalia, fallit tamen in vniuerſitate, ſi votum eſt reale, & perſonale tenetur ſeruare, quatenus eſt reale, ſi principaliter eſt perſonale, ſed acceſſorie reale, vt votum eundi Romam: nam non tenetur ad expenſas, quas facturus fuiſſet *Palud. quæſt. 3. art.3. Nauarr. cap. 12. num. 36. 56. & conſ. 36. 56. de voto.*

152 Tranſgreſſio voti eſt mortale, & ſi eius materia eſt alias de præcepto eſt duplex peccatum, & per accidens poteſt eſſe multiplex *Caiet. quæſt. 88. art.5. vid. D. Thom.22. q.88. art. 1. Nauarr. cap.12. num. 54.*

153 Non adimplens particulam voti in parua quantitate peccat venialiter, puta ſi in voto dicendi Roſarium omittat aliquam partem paruam.

154 Secus ſi parua pars totum continet, quia eam relinquendo, peccat mortaliter, ſecundum aliquos, puta ſi votum ſit dicendi Aue Maria, alii ſecus ſentiunt, ſecluſo contemptu *Caiet. quæſt.89. art.7.* vult, quod ſi ſit tota materia voti ante factum, ſit mortale, poſt factum veniale *Sot. lib.7. quæſt.2. art.5. Nauarr. cap.12. num.40.*

155 Ceſſante cauſa finali, ceſſat votum, ſecus ſi cauſa eſt impulſiua, etiam ſi erant duæ impulſiuæ, & vna tantum ceſſauit *Panorm. in cap. magna de voto.*

De

De commutatione, dispensatione, & irritatione votorum.

156 Est de fide quod in Ecclesia sit potestas dispensandi, & commutandi vota *D. Thom. 2.2. quæst. 88. art. 10.*

157 Differt dispensare, irritare, commutare, redimere, interpretari, & absoluere in materia voti *vt Sylu. votum 4. quæst. 1. Sot. lib. 7. quæst. 4. art. 1.*

158 Dispensare votum est illud relaxare ab habente potestatem, concurrente causa *cap. magnæ de voto.*

159 Omnia vota regulariter possunt dispensari, & commutari ab Episcopis, exceptis tamen reseruatis Papæ *cap. cum ex multa de voto.*

160 Legitima causa dispensandi potest esse quando votum est malum, inutile, impedimentum maioris boni, impotentia, leuitas, & facilitas vouentis *D. Thom. art. 12. Sot. quæst. 4. art. 2. Nauarr. cap. 12. num. 77. Syl. votum 4. quæst. 6. & dispensatio quæst. 3. Palud. distin. 38. quæst. 4. Caiet. art. 12. opusc. de voto.*

161 Dispensatus sine causa non est tutus in conscientia, quia de iure diuino *Syl. dispensatio q. 3. Gab. dist. 38. quæst. 1. art. 1.*

162 An in voto solemni, hoc est solemnizato per ordinem sacrum, & professionem, de quo in *cap. vnico de voto lib. 6.* possit fieri dispensatio? Resp. sunt tres opiniones, prima quod Papa possit in vtroque *Durand. q. 2. Riccard. art. 9. Palud. q. 4. concl. 11. Gab. q. 1. artic. 6. Caiet. q. 88. art. 11. Anton. p. 2, tit. 11. cap. 2. §. 9. Ang. votum 4. §. 9. Enr. de cal. Quolib. 9. q. 25. & 26. Inn. Pancr. in cap. cum ad monasterium de stat. monac. Host. in cap. 1. de voto.*

163 Secunda quod in neutro *Albert. dist. 38. art. 7. Aldis. lib. 3. tract. 22. gloss. in d. cap. cum ad monasterium, & c. 1. de voto.*

164 Tertia quod potest in voto continentiæ solemnizato per ordinem, non autem per professionem *D. Thom. 2.2. q. 88. art. 11. Bonauent. in 4 dist. 38. quæst. 3. art. 2. Syl. votum 4. §. 5. Tab. disp. §. 7. Sot. lib. 7. de iust. quæst. 4. art. 2.*

165 Sit conclusio, quod Papa potest ex grauissima causa in voto solemni dispensare, quia hæc solemnitas est de iure humano *c. vnico de voto lib. 6.* & Cœlest. III. legitur dispensasse, vt Constantia filia Rogerij Regis sanctimonialis professa contraheret cum Henrico VI.

166 Item cum Rege Aragonio Monaco perpetuo, vt contraheret, & cætera *Palud. & Caiet. citati*, & nostris temporibus Clemens VIII. dispensauit cum N. Capuccino professo Germano Cardinalis Gioiosę, qui post creatam sobolem, mortua vxore, redijt ad Religionem.

167 Item dispensat in voto paupertatis, & obedientiæ, ergo & castitatis.

tis. Non obstat quod est de iure diuino, & quod res est Deo dicata; quia cessat obligatio per dispensationem, & soluitur monachatus, fit enim vt non sequatur solemnitas illa, quæ erat de iure humano, & Papa nomine Ecclesiæ renunciat iuri suo *Couarr. par. 2. cap. 6. §. 9. num. 4. Med. C. de confess. quæst. 52. D. Thom. art. 4. Sot. quæst. 4. art. 1. in fin. Caiet. & cæteri.*

168 In voto enim considerantur duo actus, nempe vouendi, & ratio obligationis, quæ est lex diuina iubens reddi votum; & actus humanus, idest vouere est fundamentum obligationis, sed ratio cur votum obligat est lex diuina: Papa autem habet potestatem super actus humanos, tum ad declarandam obligationem, tum ad irritandum, & sic sublata materia, & fundamento obligationis, aufertur consequenter obligatio inde orta, ex quo patet, quod dispensatio cadit super obligationem ortam ex lege diuina, saltem indirectè, quidquid dicat *Sot. lib. 2. & 7. de iust. quæst. 4. art. 1. & in 4. dist. 18. quæst. 1. artic. 1. vide D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 10.*

169 An omnes Prælati habeant potestatem dispensandi, & commutandi? Resp. solum Prælati ecclesiastici *D. Thom. quæst. 88. art. 12.*

170 Solus Papa in voto totius Ecclesiæ.

171 Inferiores Episcopo Prælati habentes iurisdictionem Episcopalem possunt vota subditorum, exceptis reseruatis Papę *in extrau. etsi Dominici de pœnit. & remiss.* licet non omnia habeantur expressa in iure *Syl. votum 4. q. 3. §. 4.*

172 Prælati Regulares etiam possunt omnia suorũ subditorum, si sunt exempti, quia earum iurisdictio quasi Episcopalis habetur *clem. 1. de reb. Eccles. alien. vel non.*

173 Non tamen sæcularium, qui sunt illis subditi, nisi ex priuilegio, vel consuetudine.

174 Si vota præcesserunt professionem, in eam commutare dicuntur, non dispensare *ex cap. scripturæ de voto* si sequantur eam, non sunt firma, nisi consentiat Prælatus, ideo potest euitare.

175 Si Prælatus dedit facultatem vouendi, potest dispensare *Syl. q. 7. §. 9. Ang. voto 4.*

176 Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nil tale possunt *Innoc. cap. 1. de voto Nauar. c. 12. n. 75.* nisi ex speciali priuilegio.

177 Episcopus an possit dispensare super voto pœnali castitatis, vel in alio ex quinq; reseruatis, si fuerit pœnale? Resp. sunt opiniones, tamē potest etiam post actum, in quem incurrit pœna, quidquid dicat *Sot. q. 2. art. 1 & q. 4. art. 5.* quia directè; nec promittitur, nec intenditur Religio, seu aliud ex illis, sed cautio mali *Nauar. c. 12. n. 43. Angl. de voto art. 8. disp. 10. Bart. Med. tract. de conf. lib. 3. cap. 14. §. 6. Lop. p. p. c. 44. Cand. de voto n. 43.* Quare nō solũ poterit dispensare in obiecto

voti principali, sed etiā in pęnā ipsā *Cou.c.quāuis p.p.§.3.de pac.lib.6.*
178 Si tamen directè voueret Religionem, seu aliud ex dictis, & pœnam non posse dispensare, & tunc essent duo vota *Nauarr. cit.*
179 Vota conditionalia castitatis, & Religionis, durante conditione possunt commutari ab Episcopo secundum aliquos contra Petrum de Aragona, & Valentiam *in D.Thom.q. 88. art.12.* qui volunt semper esse reseruata Papæ.

Votum castitatis perpetuæ tantum est reseruatum Papæ, non autem temporale, vt aliàs dictum est.

In voto simplici perpetuæ continentiæ Episcopus non potest dispensare, nisi magno concurrente periculo, secus in voto continentiæ non perpetuo *Nauarr.cap.12. num.76.*
180 In votō Religionis an posſit aliquando Episcopus dispensare? Resp. potest cum suis subditis in voto strictioris Religionis, vt scilicet possint ingredi arctiorem, vel in ea maneant, in qua vouerunt strictiorem *Palud.dist.38. q.4. art.4. Syl. votum 4. q.3. §.6.*
181 Non autem in voto temporali, quo quis tenetur ingredi, & non remanere, quia scilicet vouit Religionem, & non perseuerantiam.
184 Qui habet votum pœnale soluendi, videlicet toties quoties habuerit rem cum tali muliere, & pluries atq; pluries sit facta transgresſio, si virtute Iubilei commutetur v.g. in dotatione alicuius puellæ, nulla facta mentione de firmitate voti, quoad futura, neque de cōdonatione pœnarum incursarum, non censentur condonatæ pœnæ prædictæ, aliud enim est obligatio soluendi pœnā incursam ratione violati voti, & aliud facultas commutandi votū, non facta mentione de condonatione obligationis ad soluēdas pęnas incursas *Nau.cōs.32.de voto.*
185 Quid in voto castitatis? Resp. in aliquo casu potest Episcopus dispensare, puta si sit temporale, idest ad annum. In perpetuo si sit periculum incontinentiæ, & non posſit adire Papam *Nauarr. cap. 12. num.76. Syl. votum 4. q. 4. Ang.eod. §.9.*
186 Eadem ratione potest dispensare ad petendum debitum cum illis, qui post votum castitatis matrimonium contraxerunt *Syl.q. 4. Nauar.c.12.n.26.& c.16.n.50.Ang.matrimonium 3.imped. 3. §.3. Tab. matrimon.r. q.3.& dispensat.q.9. Armill.verb. debitum §. 13.*
187 Et à fortiori in voto non nubendi *Nauar.c.12.n.76.* non autem in voto meticuloso castitatis, hoc est metu seuitiæ facto *Syl.votū 4.q.4.*
188 An posſit Episcopus dispēsare in voto suscipiendi sacros ordines? Resp. potest ex *Nauarr.cons.32.de voto Caiet.1.2.nu. 47.* & differt à voto castitatis, & religionis *Sot.lib.6. q.5. art.3.*
189 An Episcopus posſit dispensare secum in votis à se factis, vt potest cum alijs? Resp. non *arg.c.magna de voto, vbi gloss.& Panorm. Ang. votū 4, §.7. Syl.votū 4.q.3.in fin.Palud.dist.38.q.4.Gabr.q.7. art.4.*

Ad-

190 Addunt tamen posse dare potestatem suo Confessario, vt cum ipso dispenset, vt Papa *Palud. & Gab. cit.*

191 Votum de non petendo dispensationem, an obliget? Resp. vniuersaliter non valet, quia potest esse nociuum animæ, sed in aliquo casu si esset vtile animæ, ligaret *Riccard. dist. 38. art. 4. q. 3. Gab. q. 1. in fin. Asten. p. p. lib. 1. tit. 20. art. 12.*

192 Irritare est annullare obligationem voti, non requirit causam, sed tantũ voluntatẽ superioris *Nau. c. 12. nu. 73. Palud. dist. 38. quæst. 4.*

193 Commutare est de vna materia in aliam meliorem, vel æque bonã non requirit causam, si in melius cõmutatur, secus si in æquale. Hinc votũ presbyterij si cõmutetur, vt quolibet mẽse vitæ vouẽtis frequẽtetur cõfessio, & cõmunio, nõ dicitur in melius *Nau. cõs. 19. de voto.*

194 Causa potest esse difficultas implendi, vtilitas, maius bonum.

195 Non licet commutare in minus bonum, quia contra iustitiam *Caiet. quæst. 88. art. 12. Sot. 4. art. 3.* intellige ex vi commutationis, si enim simul dispensaretur, liceret.

196 Ad commutandum votum in maius bonum in voto Religionis non requiritur authoritas Prælati *cap. scripturæ de voto*, nec si materia est manifeste melior *arg. cap. peruenit 2. de iur. iuran. Sot. q. 4. art. 3. Ang. votum* 4. §. 2. contra *Riccard. art. 8. q. 1. Syl. votum 4. §. 2.*

197 Si sit dubium an materia sit melior, requiritur authoritas.

198 Votum factum in vtilitatem tertiæ personæ, vel loci, potest commutari à Prælatis, nisi homini sit facta promissio *D. Thom. in 4. dist. 34. q. 1. Caiet. opusc. de voto q. 3.* contra *Anton. p. 2. tit. 11. c. 1. §. vlt.* & alij, quos refert *Syl. vide Sot. lib. 8. quæst. 1. art. 9. ad 2.*

199 Vota in præiudicium tertij non possunt commutari, nisi de ipsius voluntate, vt votum de maritandis puellis *Sot. cit. & l. illud C. de sacros. Eccl. Caiet. opusc. t. 1. trac. 11. q. 3. Nau. apolog. de redditib. q. 1. n. 71.*

120 Quod procedit etiam in voto iuramento firmato.

201 Commntare vota multis in foro conscientiæ permissum est, præsertim Religiosis, & id possunt ex causa, iuxta priuilegij tenorem.

202 Si Papa commutat votum castitatis in aliam materiam dispensabilem ab alijs, an post illam commutationem, ille qui habet potestatem dispensandi in ea materia, possit dispensare, vel commutare in aliam? Resp. potest de rigore, sed tutius est consulere Papam.

203 Confessarij non possunt extra Iubileum, etiam in articulo mortis commutare vota, seu dispensare *Nauarr. cap. 12. num. 79.* sed bene absoluere à transgressione votorum, & ab alijs censuris, differt enim absolutio à censuris, & commutatio votorum.

204 Volunt aliqui, quod Confessarius possit commutare, non autem dispensare *vt Abb. c. ex parte il secondo de conuer. coniug.* & contrariã opinionẽ volunt intelligi de votis reseruatis, secus de non reser-

uatis, sed *Nauarr. loc. citat.* clare videtur loqui, quod non possit dispensare, nisi sit priuilegiatus, vt Fratres ex Ordine Minorum ex priuilegio Innoc. III. concess. Dominicanis, & alijs, de quibus *Nauarr. d. num. 79.*

205 Nam commutatio, & dispensatio votorum spectat ad Episcopum.

206 Transacto tempore indulgentiæ, seu Iubilei, Confessarius qui audiuit pœnitentem, non potest commutare vota, si pœnitens oblitus fuit petere commutationem ipsorum, quia absolutio habita non cadit super commutationē votorum oblitorum, sed solum super peccata, & censuras, ideo de his potest postea absolui pœnitens si fuerit oblitus *Rod. in sum. c.184. n.18. Graff. lib.4. dec. c.15. n.3. in fin.*

207 Facultas data in Iubileo, seu indulgentia commutandi vota, de quibus intelligitur, de factis ante, vel post Iubileum, seu indulgentiam? Respon. *Azo. lib. 11. cap. 18.* duas affert opiniones, prima est *Sot. de iustit. lib.7. quæst. 4. & 5. art. 3. conc. 4.* asserentis de votis antea factis, altera *Nauarr. cap.12. num. 80.* qui intelligit de omnibus *Cord. q. 37. prop. 2.* per rationes, ibi allatas cum *Soto* concordat *Graff. lib.4. decis. cap.15. num. 28.*

208 Quo vero ad peccata bene extenditur ad peccata commissa post Bullam *cap. cum haberet de eo qui dux. in mat.*

209 Per Iubileum, vel alia priuilegia concedentia commutationem votorum possunt commutari vota, quæ alias fuerunt per habentem potestatem commutata, quia cui conceditur plus, conceditur & minus *Cord. q. 150. lib. 5.*

210 Facultas commutandi vota non extenditur ad pœnitentiā iniunctā, & acceptatam, vt absque causa commutari possit, quia aliud est pœnitentia à voto, & à diuersis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minor. Nau. cons. 6. de voto Graff. p.p. decis. lib.4. cap.15. num. 46.*

211 Si Confessor electus virtute Iubilei, seu indulgentiæ esset multum occupatus, posset alteri remittere commutationem votorum, idest vt pœnitens consulat virum peritum, & eius consilium exequatur, vt in simili tenet de pœnit. *Nau. c.26. n.13. Graff. lib.4. cap. 15. num. 47.*

212 Redimere votum est pecunia soluere.

213 Interpretari est an sit validum necne.

214 Absoluere est à transgressione voti, remanente vinculo.

215 An quis possit absolui ab obligatione voti non ludendi? Respond. si votum includit primam speciem ludi, puta virtuosi, seu honesti nō obligat; si secundam speciem, quatenus est malus, venialiter tantum, potest relaxari ob aliquam causam iustam; si tertiam speciem, quatenus peccatum mortale contineat ludus, potest etiam, dummodo in melius commutetur *Nauarr. cons. 36. & 8.*

217 Si quis virtute Iubilei feria secunda fuerit absolutus à votis

vel

vel de illis facta fuerit commutatio, & sic cœpto opere, si postea pœniteat, & non prosequatur cætera opera, vel ob impotentiam, vel ob negligentiam, cessante fraude, valet absolutio, seu commutatio *Enriq. lib. 7. cap. 1. num. 4. & cap. 9. littera A. Nauarr. de orat. Miscel. 59. 93. Rod. in summ. cap. 184. num. 15. Cord. quæst. 21. Sorb. de indul. fol. 325.* vt etiam dictum est de absolutione habita de reseruatis *ex D. Thom. in 4. dist. 17. Nauarr. Miscell. 19. de orat.* plura dixi *p. p. cap. 21. num. 63.*

SVMMARIVM.

Cà-

DE ELIGENDO CONFESSORE virtute Iubilei, absolutione à censuris, & Casibus reseruatis.

Cap. XXVIII.



1 CONFESSOR eligendus virtute Iubilei, seù Indulgentiarum, sufficit, quod sit approbatus ab ordinario iux. *Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de reform.* & qui ab eo authoritatem non habet, audire confessiones non potest dicto tempore.

2 Nomine ordinarij sunt intelligēdi alij Prælati, etiam Inferiores Episcopo, licet Diœcesani tantum dicantur Episcopi *gloss. in c. ordinarij de offic. ord. lib. 6. c. cum Ecclesiarum eod. Nau. cons. 5. de Sponsal. lib. 5. & cons. 3. de fil. Presbyter. vol. 1. Graff. decis. par. p. lib. 3. c. 15. nu. 10.*

3 Ante Conc. Trid. quicumque Sacerdos, etiam non approbatus sufficiebat *Sot. dist. 18. q. 4. art. 3. vers. postremum Syl. Confessor 14. Graff. loco citato.*

4 Iste Confessor nisi sit electus à pœnitente, non potest se ingerere tāquam Curatus in exequutione Iubilei, propter verba Bullæ, quæ volunt, vt eligatur *Nauarr. not. 32. nu. 26.*

5 Facultas eligendi Cōfessarium an finiatur per vnum actum, hoc est per

per electionem vnius Confessarij vna vice, secundum *Coriol. de cas. reser. p. p. sect. 2. art. 7.* finit si detur determinare, secus indefinite, & sine limitatione ex *Nauar. cons. p. nu. 2. de Priuil. vide Palud. in 4. dist. 17. q. 3. Syl. Confessor 1. q. 7. Nauarr. c. placuit nu. 167.* & quæ supra dicta sunt *p. p. de Iubileo*.

6 Confessor electus non ita potest minuere pœnitentiam restitutoriam, sicut potest satisfactoriam *Nauarr. not. 32. nu. 26.*

7 Vicarius Foraneus tempore Iubilei potest sine aliquo peccato, & censura prohibere, ne aliquis etiam approbatus ad audiendas confessiones, illas audiat, attenta eius manifesta ignorantia *Nauar. cons. 29. de sent. excomm. lib 5. Graff. p. p, lib. 4. c. 15. nu. 8.*

8 Potestas eligendi Confessarium approbatum ab ordinario extenditur etiam quoad Religiosos, quotiescunque Religiosus pœnitens vult confiteri extra suum ordinem, quia si intra ordinem suum velit confiteri, poterit cuicumque approbato à Prælato Religionis.

9 Quicumque Confessor, tam tempore Iubilei, quam extra illud, diligenter inspicere debet facultates sibi traditas, ne fines illarum respectu loci, temporis, & personarum excedat.

10 Item vitare studeat auaritiam, curiositatem, leuitatem, humanos respectus, & similia.

11 Pœnitentias abstineant iniūgere pecuniarias ijs, qui manibus proprijs victum sibi quærunt, & si quando id viderit expedire, aut alijs non egentibus imponit, sibi ipsis non applicet, nec aliquod muneris in actu confessionis à pœnitentibus petat, aut exigat intuitu eleemosynæ, vel pro missis celebrandis.

12 Si pœnitentes aliàs ad restitutionem faciendam coacti à Confessarijs, illam non fecerint, causa cessante, laudarem non esse absoluendos, nisi prius ea facta.

13 Restitutionem faciendam per alienas manus, potius quam per ipsiusmet Confessarij fieri laudarem pro omni suspicione tollenda.

14 Mulierum confessiones extra confessionalia in Ecclesijs audire cauere debet.

15 Meminerint cōfessores seruare Decretum Clem. VIII. æditum 26. Nouemb. 1602. in quo aliqui casus leguntur reseruati Sedi Apostolicæ, quod Decretum est tenoris sequentis videlicet.

DE-

DECRETA ET DECLARATIO
Super absolutione à censuris, seu à casibus reseruatis.

16 *EDitum fuit aliàs à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum super absolutione à casibus reseruatis, eius qui sequitur tenoris.*

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, iustis & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D.N. Clementis Papæ VIII. speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam secularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, Societatis IESV, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit: ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu aliàs quomodocunque sub quibusuis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicui cuiusuis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vllo ex Casibus clarè vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem Suam, eiusvè Successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à Casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi mortis articulo, seu cum noua, & speciali Sanctitatis Suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad Casus ab ipsis tantum reseruatos, respectiuè, impetrata in scriptis licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat; sed cum opus fuerit pœnitentes ad Superiores, legitimosq. Iudices suos accedere consulant; sub pœna contrafacientibus tàm Regularibus, quàm secularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabi-

inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto, absque vlla alia declaratione incurrenda: Super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio vè, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri: Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque.

Præterea nouerint pœnitentes, absolutionem, si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionẽ, esse nullam, nulliusq. roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus in hoc reseruandorum Casuum cõpetit, plurium, quàm opus sit, reseruatione, subditis, aut Confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monẽtur omnes, vt paucos, eosq. tantum quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumq. sibi creditarum salutem, pro cuiusuis Diœcesis statu, & qualitate necessariò reseruandos esse iudicauerint reseruent. In quorum fidem &c. Datum Romæ die nona Mensis Ianuarij Anni. 1601.

Cum autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem atque obseruationem emersissent eadem Congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitati vè locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem Decreti reseruatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdẽ S.D.N. Clementis Papæ VIII. similiter viuæ vocis oraculo super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet Sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea: Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis fel. rec. Greg. XIV. quæ incipit: Cùm aliàs nonnulli, Violationis clausuræ Monialium ad malum finem. Prouocantium & pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem fel. rec. Gregorij Papæ XIII. incipiententem: Ad tollendum. Inijcientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem: Si quis suadente, & c. 17. q. 4. ac iuris dispositionem. Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones eadem Sacra Congregatio vult & mandat, dictum Decretum in sua firmitate & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam seculares, quàm Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vsu ante idem Decretum, receptas, & quæ sub alijs reuocationibus

nibus

nibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absoluere a casibus in præsenti declaratione non comprehensis, alijs verò Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi. Sed ne locorũ Ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant; eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, attrociorũ tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Probibet etiam, ne sibi superfluè reseruent casus in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reseruatos, Facultatem verò & licentiam absoluendi à casibus reseruatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum sæcularium, aut Regularium, sub prætextu, quòd per primo dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus priuilegijs derogatum, eidem Decreto, sic vt præfertur declaratio, contrauenire audeat, Sanctitas Sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus, in fauorem quorumcumque Ordinum, seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam sæcularium, quàm Regularium editis, necnon eorundem Ordinum, seu institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum sæcularium, seu Regularium locorum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eisdem Ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasterijs, & sæcularibus, seu Regularibus locis, aut personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam Motuproprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore per-

permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, contrarijs quibuscumque non obstantibus. Romæ die 26. Nouembr. 1602.
Alex. Card. Floren. Episc. Prænestin.

Hier. Agucchius Secret.

Aliud Decretum eiusdem Sacræ Congregationis de S.D.N. PAVLI Papa V. mandato æditum.

QVoniam sacra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporũ, ac Regularium præpositorum, nuper accepit, quamplures Regulares tãtum facultatis, seu priuilegij ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, vt etiam à casibus locorum Ordinarijs in eorum Diœcesibus reseruatis, absque alia ipsorum Ordinariorum licentia, pœnitẽtes absoluere minimè dubitent, nonnullosq. alios in decreto prohibitionis obsolutionis à casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinarijs reseruatis die 9. Ianuarij 1601. fel. rec. Clementis Papæ VIII. iussu edito, necnon in declaratione illius eodem Clemente Pontifice iubente die 26. Nouembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinarijs prædictis reseruatas, minimè comprehensas asserere; vnde fit, vt metus, quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. Ideò sacra eadem Congregatio de S. D. N. Pauli Quinti, speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, decretum huiusmodi, illiusq. declarationem, necnon censuras, & pœnas in eisq. contẽta omnia, confirmanda, atque innouanda operæpretium duxit, prout per præsentes confirmat, atque innouat, ab omnibusq. sacerdotibus tam sæcularibus, quàm Regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicãtium, Militiarum, Congregationum, aut cuiusuis alterius instituti, etiam necessariò exprimendi, quouis nomine nuncupetur, inuiolabiliter obseruari, ac insuper vt nulli ex sacerdotibus prædictis, quibuscunque priuilegijs, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel à casibus eisdem Ordinarijs, vel Sedi Apostolicæ reseruatis. tam ad forum contentiosum eorumdem Ordinariorum deductis, quàm non deductis, præterquam in mortis articulo, absoluere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis, mandat, ac præcepit. Non obstantibus omnibus, quæ idem Clemens VIII. in decreto, & declaratione huiusmodi voluit non obstare. Datum Romæ 7. Ianuarij Anno 1617.

Antonius Card. Saulius.

V. Theatinus Secretarius.

Aduer-

17 Aduertatur, quod ex generali facultate data mininiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, nō intelligitur poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis, & cenſuris, niſi ſpecialis mentio fiat.

18 Conceſſa licentia abſoluendi ab aliquo ex reſeruatis, non intelligitur ab alijs, & conceſſa abſoluendi ab omnibus caſibus, non intelligitur à cenſuris reſeruatis.

19 Prout conceſſa facultate abſoluendi à caſibus, & cenſuris, non intelligitur ab irregularitate, nec à votis, tam quoad abſolutionem, quam quoad diſpenſationem, & ſuſpenſionem.

20 Item conceſſa facultate abſoluendi à caſibus, & cenſuris, non intelligitur Bullæ Cœnæ.

21 Facultas, quæ datur etiam pœnitentiario abſoluendi à caſibus, & cenſuris, exequi debet in foro pœnitentiali, audita ſacramentali confeſſione.

22 Cum autem conceditur, vt in foro conſcientiæ abſoluat ab aliqua cenſura, licet ſecundum aliquos poſſit abſolutio impertiri, non audita peccatorum confeſſione, numquam tamen licebit de abſolutione data, atteſtationem facere, & ſi ſuffragetur abſolutio in foro conſcientiæ tantum, niſi ſit data abſoluendi in vtroque foro.

23 Per conceſſionem caſuum, & cenſurarum, non intelligitur abortus fœtus animati, niſi ſpecificetur ex *Bulla Greg. XIV. Sedis Apoſtolicæ.*

24 In Indulgentijs plenarijs non intelligitur facultas abſoluendi à cẽſuris, & reſeruatis, niſi ſpecificetur. Et ſi daretur facultas abſoluendi à quibuſuis peccatis, & exceſsibus, quorum abſolutio Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, vel à caſibus reſeruatis non intelligũtur caſus in Bulla Cœnæ, niſi ſpecialis mentio fiat *Ricc. in prax. reſol. 383. Vgol. de cenſ. tab. 1. c. 10. §. 4. nu. 8. Suar. diſp. 21. ſect 3. num. 3. & diſp. 7. ſect. 3. nu. 15.* & ſi de eis etiam mentio fiat, non intelligitur à cenſuris propter hæreſim incurſis, niſi ſpecialiter dicatur *Henr. lib 8. cap. 16. §. 3. Auil. de cenſur. p. 2. c. 2. diſp. 1. dub. 7. concl. 12. Vaſq. de excom. dub. 19. n. 5. Azo p. p. lib. 8 c. 10. q. 12. Graff. lib. 4. c. 15. n. 25. Mar. Alt. de cenſu. tab. 1. lib. 4. diſp. 4. c. 2. verſ. & ſimiliter* intellige de Hæretico publico, de occulto autem quid ſentiendum ſit *Graff. lib. 4. c. 15. n. 25. & lib. 1. cap. 13. nu. 23.* At obtenta facultate abſoluendi à caſibus ſummo Pont. reſeruatis, poteſt abſolui à cenſuris illi reſeruatis *Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 3. punct. 1. in fin.* & obtenta facultate abſoluendi à cenſuris intelligitur & à reſeruatis *Azo. d. q. 12.* plura *Barb. p. 3. alleg. 50. nu. 180.*

25 Nec pariter ſub generali facultate conceſſa à Sede Apoſtolica abſoluendi à caſibus, & cenſuris continetur authoritas abſoluendi à cenſuris. & caſibus Ordinario reſeruatis, quia ſpecialis de ijs conceſſio requiritur *Io. Baptiſta Ant. in Catec. Neap. poſt lib. 6. de præpar. pro examine fol. 49.* quod aliquibus non placet, ideo ſummus Pontifex ſolet

let exprimere, vt fecit Sanctissimus D.N. in Iubileo concesso 1605. vide *Nauarr.c.27.254.*

26 Absolutio casuum in Bulla Cœnæ soli Papæ reseruatur, & alij absoluere præsumentes excommunicationem ipso iure incurrunt.

27 An autem ista excommunicatio sit etiam reseruata Romano Pontifici, pendet ex verbis ipsius Bullæ, aliqui enim Romani Pontifices sibi reseruarunt, vt in *Extrauag. & si Dominici de pœniten. & remiss.* quod hodie non fit, vide *Nauarr.c.27.nu.73. Caiet.excommunicatio. 77. Suar.disp.21.sect.3.nu.6. Coriol.fol.979.de absol.à casib. Memoriale Cleric.fol.29. & 50.* vbi dicit standum decreto Clemen. VIII. cuius meminimus supra.

De differentia inter excommunicationem Bullæ Cœnæ, & alias Papæ reseruatas *Sayr.lib.3.nu.2.*

28 Parrochi, licet de iure possint absoluere ab excommunicatione maiori à iure non reseruata *c. Alma Mater p.p. §.11. nu.5.* Idem de alijs Confessoribus, si ita sit consuetudo in Episcopatu *Nauar.c.27. num.39 Suar.disp.23.sect.3.num.23. per regulam in c. nuper §. quia tamen de sent.excomm. Suar.de censur.disp.7.sect.3. & 4.nu.9. Altier. de censur.tit.p.lib.4.disp.3.c.1. & 2. Sayr.lib.5.c.15.nu. 21. Auil.p.2. c.5.disp.1.dub.4. Bonac.punct.1.nu.9.de censur.* nihilominus secus in praxi obseruatur, cum non absoluat nisi Episcopus, & habens iurisdictionem, nec etiam Religiosi possunt regulariter à prædictis absoluere *c.nuper de sent.excomm.* nisi habeant priuilegium à Sede Apostolica, & sic ex delegatione.

29 Quando excommunicatio est ab homine non potest absolui, nisi ab eo, cui est reseruata. Si non est reseruata, sed est specialis, seu nominatim lata, etiam debet absolui ab eo, qui eam tulit, vel à successore, vel à Superiore, si fuerit appellatum, vel à Romano Pontifice, qui est supremus Superior *c.per tuas c.sacro de sent.excom. c. venerabilis eod.* Si est generalis, puta quia excommunicantur omnes concubinarij, potest absolui à quolibet Ordinario loci *Sot.in 4.dist.22. q.2. art.3. Syl.absolutio 1. Abbas c.grauis in fin.de preb. Fel. c.pastoralis §.præterea de offic.ordin. Nauarr.c.27.nu.44.*

30 Et absolui quis potest ab Episcopo loci, vbi moratur à sententia iuris, quam incurrit in aliena diœcesi, siue sit Ius sinodale, siue commune, secus à sententia hominis *Lel.Zec.de casib.reser.cas.p.vers. absolui pag.38. Mar.Alt.d.c.1.vers. absolui,* & resoluit sufficere habitationem in loco, vt Episcopus loci possit valide absoluere ab excommunicatione iuris, etiam si maneat ad tempus animo redeundi ad suũ domicilium, dummodo habitatio nõ sit ad modicum tempus, sed moraliter sit diuturna, vt saltem excedat maiorem partem anni.

31 Quibuscumque Confessoribus sæcularibus, & regularibus prohi-

betur, ne vigore priuilegij absoluant à casibus Episcopo reseruatis, & in Bulla cœnæ clare, vel dubiè, prout in dicto decreto Clem. VIII. & Pauli V. de quo *sup. nu. 16.*

32 In articulo mortis quilibet Sacerdos potest absoluere ab omnibus censuris, & casibus reseruatis, etiam Romano Pontifici *ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de casuum reseruat. §. verumtamen*; etiam quod Sacerdos sit aliquo impedimento, vel censura innodatus; etiam quod sit Hæreticus *Victor. de sacram. Confess. nu. 152. & de clauib. Eccles. Nauar. c. 26. n. 26. & c. 27. n. 272. Syl. Confessor p. §. 16. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 4.* nam *in Conc. Trid. loc. ci.* dicitur (omnes sacerdotes) & sic nemo excluditur, ordine tamē semper seruato, vt dignior præferatur. De hæretico tamen aliter sentit *D. Thom. in 4. dist. 18.*

33 Et secundum aliquos etiam Diaconus, & Subdiaconus, ac Clericus primæ tonsuræ in dicto articulo mortis potest absoluere à censuris, non autem à peccatis.

34 Pro articulo mortis intelligitur non solum infirmitas, verum etiā omne periculum, vt est difficilis partus, imminens prælium, periculosa nauigatio, hostium periculum, & omne aliud mortis naturalis, vel violantę periculum *Abb. in cap. pastoralis §. præterea num. 5. De offic. Iud. ord. Nauarr. c. 27. nu. 272. & c. 26. nu. 26. DD. in cap. eos de sent. excomm. lib. 6. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. & alibi supra.*

35 Quando datur talis absolutio in articulo mortis infrascripta seruentur.

36 Primo, vt periculum sit euidens, & præsentaneum, nec de facili possit adiri superior, à quo fuisset absoluendus.

37 Secundo, & pœnitens se obliget amplius similia non committere.

38 Tertio, vt cum primum commodè poterit se præsentet superiori, cui excommunicatio erat reseruata, non quidem vt iterum absoluatur, sed vt pareat mandatis Ecclesiæ, aliàs reincidit in eamdem *c. eos de sent. excomm. lib. 6. Caiet. excomm. cap. 69. cap. de cætero de sentent. excomm.* intellige de censuris, non autem de casibus reseruatis, à quibus absolutus non tenetur se præsentare, dummodo non fuerit casus Sedi Apostolicæ reseruatus, qui sunt cum excommunicatione, sic etiā si fuerit Episcopalis cum excommunicatione, ratione cuius teneretur se præsentare *Nauarr. c. 26. nu. 26.*

39 Sed an necesse sit, vt confessarius disertis verbis explicet pœnitenti onus de se repræsentando *Coriol. de casib. reser. p. p. sect. 2. art. 12.* & an absolutio data cum tali onere de se repræsentando censeatur data cum conditione *idem art. 13.* Hoc tamen præceptum de præsentando non est faciendū illis, qui gaudent priuilegio non comparendi, sed possunt ab Episcopo absolui, vt sunt clerici collegialiter uiuentes & simi-

les vel ob aliud impedimentum essent, excusat *Bonac. de censu. q. 4. punt. 5. nu. 3. vers. aduerten. 2.*

40 Quarto, vt satisfaciat parti læsæ, si quid debet satisfare, & si non potest præstet cautionem pignoratitiam, vel fideiussionem de satisfaciendo, cum primum potuerit, quod si neque præstare potuerit, det iuratoriam: ad impossibile enim nemo tenetur *l. impossibilium de reg. iur. Nauarr. cap. 27. nu. 48. & c. 26. nu. 7. Suar. dist. 19. in fin. Auil. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 5. cap. ex tenore cap. ea noscitur de sent. excomm. c. ex parte il p. de verb. signif.*

41 Quinto, si in tali articulo mortis non potest haberi sacerdos, vt absoluat, si constat de signis contritionis datis, potest post mortem declarari absolutus *cap. à nobis il 2. de sent. excomm. Nau. c. 26. n. 32.*

42 Sexto, si pœnitens est publicus, & nominatim excommunicatus, absoluatur cum reincidentia, hoc est, quod si non satisfacit parti læsæ, vel mandato absoluentis, reincidat in eamdem, ac si non esset absolutus *DD. in c. ebs lib. 6.* Toletus tamen *lib. 1. c. 14. n. 4.* vult, quod si pars offensa est manifestè, non detur absolutio sine satisfactione, etiam cum cautione *c. ex parte 1. de verb. signif.*

43 Tempore autem Iubilei an prædicti sint absoluẽdi, pendet ex tenore illius, nam si datur facultas absoluendi ab omni censura à iure vel ab homine, satisfacta parte, tunc ante quam absoluatur debet præcedere partis satisfactio, aliàs retardanda exequutio, quia potestas non est amplior, quam verba sonant, nec intrat arbitrium, vt intrat cum Iudicibus, nec in tali casu sufficit dare cautionem, cum non simus in articulo, vel periculo mortis.

An autem sit danda absolutio stante impotentia ad effectum dumtaxat consequendi Iubileum in foro interiori *Rod. in summ. c. 184. num. 11.* affirmat *Graff. vero lib. 4. cap. 15. num. 4.* licet secus sentiendũ esse affirmet, & censeatur absolutus quoad Deũ, & reincidat quando est soluendo, quod si virtute Iubilei absolueretur, non reincideret sine noua sententia ex *Sot. dist. 22. q. 2. art. 3.* nihilominus concludit contrarium, cum Pontifex intelligat velle eam tantum satisfactionẽ, quam excommunicatus præstare potest circa cautionem *Nauarr. c. 26. nu. 27. & c. 27. nu. 77.*

44 Imò in foro Dei propter impotentiam censeretur absolutus, etiam non data absolutione, concurrente proposito satisfaciendi, & dummodo adueniente potentia satisfaciat, aliàs etiam quoad forum Dei reincideret, nec valet dicere quod beneficia Principis sunt largissimè interpretanda *l. vlt. ff. de const. Princip.* sed Iubileum est beneficiũ ergo, quia in hoc casu aliter sentiunt legislatores, & solent Romani Pontifices exprimere, quod absoluti per Iubileum intelligantur tantum quoad forum interius, posset tamen practicari cum absolutis in

foro conſcientiæ, ceſſante ſcandalo *Nauarr. cap. 27. nu. 227. ſeq.*

45 Et ſi abſolueretur à Sacerdote cum promiſſione de ſatisfaciendo vtique remanet abſolutus, ſi id in Iubileo, ſeu priuilegio concedatur, ſed ſi poſtea cum poteſt non adimplet, reincidit *Rip. in cap. 1. de Iud. nu. 25.* vbi loquitur iudicialiter *Fel. c. ad reprimendam de offic. ordin. Abb. cap. cum deſideres, & cap. cum de cætero de ſent. excomm.*

46 Sub nomine partis nõ intelligitur Epiſcopus, qui aliquem excommunicauit, eo quia ad proceſſionem v. g. nõ iuit, quia tunc inconſulto Epiſcopo poteſt abſolui, ſecus ſi perſeuerat in peccato, ob quod fuit excommunicatus, nec quando tractatur de reſtituendo, vel ſatisfaciendo alicui; tunc enim non abſoluitur inconſulto Epiſcopo *Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3.*

47 Nec pariter abſolui poteſt nominatus, & declaratus excõmunicatus in foro exteriori, in quo debet ſatisfieri publica vindicta, ſed bene in foro interiori *Couarr. in c. alma §. 11. nu. 16. gloſſ. in c. de his de accuſat. Gomeſ. reg. Cancell. de non iudicat. ſoluen. iuxta form. ſupplicationis q. 14. nu. 3.* & de abſolutione, quæ dari poteſt quando agitur de intereſſe Fiſci dictum eſt ſupra.

48 Septimo, Confeſſor non ſolum de prædictis omnibus debet monere pœnitentem, verum etiam quod abſolutio illi data in foro interiori nihil prodeſt in foro exteriori.

Eadem ſeruanda ſunt quando quis abſoluitur ob aliquod impedimentum, propter quod impeditur adire ſuperiorem *gloſſ. in cap. Religioſo verſ. eo caſu de ſent. excomm. lib. 6.*

Octauo, vt abſoluatur coram teſtibus ſi excommunicatio eſt publica, pronunciato Pſalmo *Miſerere*, percutiendo humeros virgula in ſingulis verſibus dicti Pſalmi *gloſſ. cap. cum deſideres de ſent. excom. Nauarr. c. 26. nu. 8.*

49 Cõpoſiti ſuper incertis, & furto, ſi ſunt obnoxij reſtitutioni, & ignorentur Domini an ſint tuti in conſcientia, ſi non reſtituãt *Cord. q. 44.*

50 Nouitius abſolutus vigore priuilegij ab aliquibus ecceſſibus, pro quibus debebat adire Sedem Apoſtolicã, ſi poſtea nõ emiſit profeſsionem, & exiuit à Religione tenetur ſe præſentare ei, cui aliàs de iure tenebatur, non vt abſoluatur, cum iam ſit abſolutus, ſed ne reincidat in excommunicationem *c. eos de ſent. excom. lib. 6.* vbi DD. *Sorb. verſ. nouitius §. deinde aduertendum.*

51 Ad quid autem teneatur Confeſſarius, & quid facere debeat ſi aduertat nulliter abſoluiſſe. *Coriol. de caſ. reſer. ſect. 2. art. 19.*

52 Abſolutio ab excommunicatione poteſt dari abſenti, ignoranti, inuito, per procuratorem, & per litteras, licet in vſu iam ſit committere talem abſolutionem alicui ſacerdoti *Riccard. in 4. diſtinct. 18. art. 10. quæſt. 2. Sayr. lib. 4. tit. 21. num. 12. Nauarr. cap. 26. num. 14.*

Abb.

Abb.c.cum desideres de sent.excomm.in c.Apostolicæ de Cleric. excom. ministr. num.7. Sot.in 4. dist.22. q.5.art.vlt.D.Thom.in add.3. par. q.24.art.2 & in 4. dist.18. quæst 2. art.vlt.Abb. in c. ab excommunicato Sayr.lib.2.c.7.n.12.gloss.in c.de manifest.vers.iudicaui 2. q. 1. c. damnationis sententiam 24.q.2.Sayr.c.21.num.7. Coriol. de absolut. à cas.nu.5.cum reliquis ibi citatis & ibidem etiam habetur, quando talis absens censeatur absolutus. Ratio cur absolutio detur inuito est, quia est pœna non culpa,& Regula,quæ dicit,quod inuito non confertur beneficium, non procedit in foro animæ, quia malum pœnæ plerumque est extra nos, & sicut qui potest inuitus excommunicari, sic potest absolui *Abb. D.Thom.& Sayr. loc.cit.* Quando quis perseuerat in peccato,absolutio non potest dari inuito *d.c.damnationis 24. q. 2. Sayr.lib.2.c.21. nu.7.* quibus autem casibus dari possit *nu. 9.*

53 A peccatis nullo modo absolutio dari potest absenti per litteras, neque per internuncium, vt patet ex decreto Clem. VIII. tenoris infrascripti videlicet.

Decretum de absolutione non danda per litteras.

54 *DIe vigesima mensis Iunij, anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi 1602. in generali congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis,habita in Palatio Apostolico, in monte Quirinali coram sanctissimo D.N. D. Clemente, diuina prouidentia Papa Octauo,proposita quæstione,Vtrum liceat, per litteras,seu internunciũ confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodẽ absente absolutionem obtinere S.D.N.auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissimis,& Reuerendissimis DD.Cardinalibus,contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, maturè, ac diligenter considerata,hanc propositionem: scilicet, licere per litteras, seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absenti, absolutionem obtinere ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitq. ne deinceps ista propositio, publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur: nève vnquam, tanquam aliquo casu probabili defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut etiam de ea disputatiuè tractauerit, nisi forsan impugnando, vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit præterquam in articulo mortis ab alio, quæcumque etiam dignitate fulgente,etiã S.R.E. maiori Pœnitentiario; nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolui: alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat.*

55 Ab inuito absolutio extorqueri non potest, aliàs extorquens nouam incurrit excommunicationem *cap. vnico de is quæ vi met. cau. lib. 6.*

56 Absolutio ex falsa causa impetrata est nulla *Nauarr. cap. 27. nu. 42. gloss. in cap. officij, & cap. cum pro de senten. excomm. Couarr. c. alma §. 11. nu. 14. p. par.*

57 Dicenti se absolutum non creditur, nisi ostendat litteras absolutionis, vel sit homo timoratæ conscientiæ.

58 De absolutione data à reseruatis, vel alijs censuris à Sacerdote putatiuo, an sit valida, vel iteranda, lege quæ supra *cap. 12. num. 11.* de requisitis in concedente indulgentias.

59 Regulares audientes confessiones in ea diœcesi, in qua sunt approbati cum facultate etiam reseruatorum, absoluere possunt aduenientes ex alia à casibus reseruatis in Diœcesi pœnitentium, non autem in illa, vbi regulares confessiones audiunt, dummodo non malitiosè huiusmodi pœnitentes talem absolutionem quærant ex declaratione *Conc. Trid. 9. Nouemb. 1616.*

60 A suspensione, nullus etiam quod sit Curatus, potest absoluere, nisi concedatur à Papa, vel ab Episcopo.

61 Semel absolutus à reseruatis à Superiore potest si iterum confiteatur, iterum absolui ab inferiore, & qui legitimè confessus est cum Superiore, & oblitus est alicuius peccati reseruati, potest absolui postea à quocumque confessario, qui potest absoluere à peccatis *Nauarr. cap. 26. num. 17. & in cap. consideret §. cautus num. 30. de pœnit. dist. 5. Syl. Confessor 1. q. 19. in fin.*

62 Sed si confessio fuit inualida, an desinat esse reseruatus casus etiam oblitus *Nauarr. c. 27. nu. 261.*

63 An possit Confessor aliqua causa intra tempus Iubilei absoluere à reseruatis, & differre absolutionem aliorum in alium diem, Respondetur, potest, & est vnus ex casibus, in quo iurisdictio semel incepta exequi non expirat, quousque causa finiatur *Enr. lib. 7. de Indulgen. cap. 15. num. 5. cum ibi cit. Rodr. in summ. cap. 184. num. 12.*

64 Tempore Iubilei potest pœnitens absolui, etiam quod non adimpleuerit pœnitentiam aliàs sibi iniunctam *Tol. lib. 6. cap. 23. in fin.* tutius tamen faceret si adimpleret.

65 Qui confitetur habenti potestatem absoluendi à reseruatis, & absoluatur, si aliquod peccatum reseruatum ex obliuione inculpabili omiserit confiteri (secundum communem) subditus liber manet à reseruatione, ita vt illud confiteri possit cuicumque simplici Confessori, habenti communem Iurisdictionem *Gabr. in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 3. dubb. 2. Nauarr. in cap. consideret §. cautus num. 32. de pœnit. dist. 5. & in Summ. cap. 26. num. 13. & alij relati ab Azor.*

tom. 4.

*tom.4.disp.31.sect.3. num.*12. licet *nu.*14. pro resolutione huius dicti duplici distinctione vtatur, de qua vide ibi.

66 Idem dicendum est de eo, qui tempore Iubilei est absolutus à reseruatis, si postea recordatur alicuius peccati, etiam reseruati, licet sit transactum tempus Iubilei, potest à quocumque absolui: remanet enim casus non reseruatus, etiam quod pœnitens propria culpa sua Iubileum consequi noluerit, dummodo à principio habuerit animum illud lucrandi *Adrian. quaest.4. de confessione Couarr.cap.alma p. p. §. 11.nu.12. Can.p.5.Ledes.2. par.4. quaest.8. art. 2. dub.8. & alij supra citati per Suar. Tolet. lib. 6. cap. 27. Rod. in summ. cap. 184. num. 15.*

67 Quod procedit etiam si casus sit cum excommunicatione, & etiam si alius sacerdos, cui confitetur, non habeat potestatem absoluendi à prædictis *Syl. confessio 1.num.19. quaest.4. Nauarr.cap.25.nu.12. Graff.decis.p. p.lib.4.cap.15.num. 3.* qui etiam putat, quod si pœnitens post absolutionem habitam virtute Iubilei incidat in aliquod peccatum reseruatum, potest transacto Iubileo etiam alteri electo confiteri, si non potest adire eum, quem primo elegit, cum possit alium eligere, durante tamen Iubilei tempore.

68 Sed si casus relinquatur ob verecundiam, non remanet ablata reseruatio, quia absolutio fuit nulla, vt *Rod. in summ. cap. 184. num. 13.*

69 Absoluendi facultas à censuris, & reseruatis an intelligatur de præteritis, vel de futuris *Cord.lib.5.q.37.*

70 Facultas data in Iubileo absoluendi ab horis malè recitatis, intelligitur quoad peccatum mortale, non autem quoad restitutionem fructuum, vnde beneficiatus, qui reliquit recitare horas Canonicas, licet tempore Iubilei absoluatur amplissimè, non tamen liberatur à restitutione fructuum horarum omissarum *Nauarr. cap. 21. num. 6. vers.45. Graff.p.p.lib.4.cap.15.num.*43. vide quæ *Cord. quaest.43.*

71 Quando Papa dat facultatem absoluendi, nulla facta mentione satisfaciendi, si datur absolutio absque eo, quod fiat satisfactio, quoad rem, vel pignora, absolutio esset irrita, quia intelligitur data potestas secundum formam iuris *Nauarr. cons. 11. de senten. excomm.lib.5.* Intellige quando satisfactio manifestè fieri deberet, secus si esset dubia, tunc enim absolutio valet, etiam non præstita satisfactione *cap. venerabilibus §. porrò de senten. excomm. lib. 6. Nauarr. cons.7. num.7. de sent. excomm. Graff p.p. lib.4.cap.15.num.6.*

72 Potestas absoluendi à casibus præterquam ab homicidio voluntario, quomodo intelligatur *Cord. quaest 43.vers.dub.3.& vers. quintum dub.* habetur quomodo intelligatur potestas data sepeliendi cum pompa tempore interdicti, *& vers. dub. 6.* quomodo sint faciendæ

y 4 dispen-

dispensationes super matrimonijs in foro conscientiæ tantum.
73 Tempore Iubilei Confessores non possunt dispensare super irregularitate, nisi facta speciali mentione de ea, nec in foro conscientiæ. Talis namque facultas non concernit forum exterius, sed tantum ea, quæ ad pœnitentiæ forum, & conscientiæ purgationes spectant *Nauarr. cap. 27. num. 194. & 250. & 254. Graff. lib. 4. cap. 15. nu. 27. Nauarr. cons. 3. de ætat. & qualit. num. 3. & cons. 2. de fil. Presb. Zerol. verb. absolutio §. ad secundum Paris. cons. 67. num. 20. lib. 4. Couarr. cap. alma p p. relect. §. 11. vers. 5. Tol. lib. 1. c. 14. nu. 9.*
74 Quomodo autem intelligatur absolui ab irregularitate mentali *Cord. q. 43. vers. dub. secundum, & vers. quartum,* quomodo intelligatur potestas absoluendi à censuris.
75 Habens potestatem absoluendi à reseruatis Episcopo suo an possit absoluere alienigenam habentem casus reseruatos Episcopo suo Respondetur licet *Sotus in quarto dist. 18. quæst. 2. & 4. art. 2. & 4. & Nauarr. in cap. placuit de pœnit. dist. 6. num. 63.* partem affirmatiuam amplectantur, contrarium tamen tenet *Caiet. absolutio 2. Palud. dist. 17. quæst. 3. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 4. Vgol. de offic. Episc. par. 2. cap. 39. §. 4. Suar. disp. 30. sect. 1. nu. 4. & idem Nauarr. in cap. 27. nu. 161. Barbos. p. 3. alleg. 51. num. 15.*
76 De Confessoribus autem non habentibus facultatem de reseruatis distingue cum *Suar. loc. cit. nu. 6.*
77 Casus reseruati an expirent per mortem Episcopi? Respondetur affirmatiuè, quia cum sint lati ab homine, ipso sublato, ipsi etiam extinguuntur, secus dicendum de casibus à Iure Episcopo reseruatis *Quarant. casus reseru. in fine.*
78 De ministro quoad absolutionem casuum reseruatorum plura vide apud *Suar. disp. 29. & 30.*
79 Absolutio ad cautelam dicitur cum quis absoluit ratione alicuius actus, vel ad certum tempus, vel ratione dubij iuris, vel facti, puta quia dubitatur de validitate, vel inualiditate excommunicationis *cap. solet de senten. excomm. lib. 6. vbi Philipp. Franc. Couarr. cap. Alma §. 12. Fel. cap. Apostolicæ de exceptionibus, & in cap. pastoralis num. 13. de offic. ord.* De absolutione ad cautelam vide quæ nota *Tol. lib. 1. cap. 14. à num. 6. seq.*
80 Episcopus licet non possit exercere iurisdictionẽ extra diœcesim *cap. nouit de offic. Iud. Deleg. Abb. cap. graue num. 14. de præbend.* nihilominus absoluere potest à censuris, quia iurisdictio voluntaria, non contentiosa *Tol. lib. 1. cap. 16. cap. 2. de offic leg. cap. super specula ne Cler. vers. Monac. Sotus in dist. 22. quæst. 1. art. vlt. circa finem Abbas cap. de cætero de sent. excomm. Ledesm. 24. quæst. 26. ar. 2. Sayr. lib. 2. c. 28. de censur.*

Ex-

81 Excommunicatus pluribus excommunicationibus, pluribus indiget absolutionibus *Fel. cap. super his de fid. instrum. num. 13. cap. cum pro causa de sent. excomm. Couarr. cap. alma §. 17.* vel vnica potest absolui, exprimendo causam cuiuslibet excommunicationis, vide *Sayr. lib. 2. cap. 7. num 16. de cens. & num. 17. cum seq.*

82 Absolutio ab excommunicatione potest dari à non sacerdote in foro tamen exteriori, non autem in foro conscientiæ, quæ fit vna cum absolutione à peccatis *Ang. absolutio 2. §. 1. Syl. ibid. §. 3. Nauarr. cons. 1. de sent. excomm. Coriol. de casib. reseruatis p. p. sect. 1. art. 6. num. 10.*

83 Circa absolutionem dandam extra Sacramentum, & sic in foro exteriori, nulla est præscripta forma, quæcumque enim verba sufficiunt, dummodo significent absolutionem, puta absoluo te, restituo te, benedico te, libero te &c. ratio est, quia est iurisdictionalis absolutio, non autem sacramentalis *cap. a nobis il secondo de sent. excomm.* & licet aliqui aliter sentiant per *d. cap. a nobis* ille textus loquitur de mortuo, cui fuit data absolutio in foro interiori, & præcesserunt signa contritionis *Alphons. de castr. lib. 2. de iust. haretic. punit. cap. 19. & 20.* & quando datur postquam absoluendus iurauerit de parendo mandatis Ecclesiæ, & satisfecerit parti lesæ; Vtetur absoluens infrascripta forma videlicet

84 Absoluẽdus exutus camisia ante fores genuflexus, detecto capite, ante Episcopum, super faldistorium sedentem, ante principalem portam paratam absolutionem petit. Põtifex ab eo accipit primo iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ deinde accepta dextera manu virgula, dicuntur psal. *Miserere mei Deus cum Gloria, et Deus misereatur nostri*, in quolibet versu cum virga leuiter verberat in scatulis absoluendum, finitis psalmis, deposita mitra, surgit, & dicit.

Kyrie eleyson, ℟. *Christe eleyson, Kyrie eleyson.*
℣. *Pater noster.*
℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Saluum fac seruum tuum.*
℟. *Deus meus sperantem in te.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Esto ei Domine turris fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per.

Oremus.

PRæsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructuum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, a cuius integritate deuiauerat peccando, amissorum veniam consequendo reddat innoxium. Per Christum Dominum nostrum ℟. *Amen.*

Authoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, atque Ecclesiæ suæ sanctæ, ea, qua fungor, absoluo te à vinculo talis excommunicationis, qua ex tali causa ligatus eras. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Deinde surgit cum Mitra, & apprehendens absolutum per dexteram manum introducit eum in Ecclesiam dicens; *Reduco te in gremium S. Matris Ecclesiæ, & ad consortium, & ad communionem totius Christianitatis, à quibus fueras per excommunicationis sententiam eliminatus, & restituo participationi Ecclesiasticorum Sacramentorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*

85 Si excommunicatio est ab homine, & offensa manifesta, non absoluatur, nisi prius satisfaciat; si est dubia, & post absolutionem apparuerit iniustè fuisse ligatum, nihil est præcipiendum, si apparuerit iustè fuisse ligatum iniungitur, vt satisfaciat.

86 Si est anathema, idest solemnis excommunicatio aliter excommunicatur, & absoluitur, in excommunicãdo enim dicitur, *quia N. diabolo suadente &c. in pontificali fol. 459.*

In absoluendo vltra prædicta adduntur sequentes orationes.

Oremus.

MAiestatem tuam quæsumus Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed pœnitentiam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, eiusq. plantum in gaudium tua miseratione conuerte, scinde delictorum saccum, & indue cum lætitia salutari, vt post longam peregrinationem famem de sanctis altaribus satietur, ingressusq. cubiculum Regis in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper. Per Christũ.

Ore-

Oremus.

D*Eus misericos, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia tuæ miserationis euacuas, respice propitius super hunc famulum tuum, & remissionem sibi omnium peccatorum suorum tota cordis deuotione poscentem deprecatus exaudi; Renoua in eo pijssime Pater quidquid terrena fragilitate corruptum est, diabolica fraude violatum est, & vnitati corporis Ecclesiæ membrorum redemptionis annecte: miserere Domine gemituum: misere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua ad tuorum Sacramentorum reconciliationem. Per Christum &c.*

Demum iniugat præceptum ne vnquam faciat contra canonem illum, contra quem faciens incurrit excommunicationem.

Forma absolutionis Sacramentalis.

87 Quando datur absolutio Sacramentalis tempore Iubilei dicatur. *Parcat tibi Deus: Misereatur tui &c. Indulgentiam &c.*

Dominus Noster Iesus Christus te absoluat, & ego autboritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ex potestate virtute Iubilei mihi commissa, absoluo te ab excommunicatione, quam incurristi (ob talem causam) postea ad cautelam dicat generaliter, *& si teneris aliquo alio vinculo excommunicationis, cuius memoriam non habes, & à quo possum te absoluere, ego te absoluo autboritate Iubilei, mihi commissi, vel priuilegij potestate, vt tibi concessa in hac parte, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & vnitati fidelium In nomine Patris &c.*

Quando enim quis absoluitur virtute Iubilei ab excommunicationibus, procurare absolui debet ab omnibus, etiã oblitis, & tunc si postea alicuius recordatur, nõ tenetur, vt alias dixi, impetrare iterũ absolutionem, sed tantum confiteri peccatum, ob quod fuit excommunicatus *Nauarr. cap. 26. num. 12. in cap. consideret §. cautus nu. 3. de pœnit dist. 5. Couarr. cap. alma p.p §. 16. de sent. excomm. lib. 6. Io. Baptista, Anton. in catech. Neap. lib. 5. cap. 3. Sayr. lib. 2. cap. 7. num. 25.*

88 Si talis absolutio generaliter non sit facta, & postea pœnitens recordetur alicuius excõmunicationis, debet denuo confiteri, quia absolutio à peccatis effectum non habuit *Syl. confessor 3. §. octauo quæritur n. 12. & absolutio 6. Sot. dist. 22. q. 1. art. 1.*

89 Si absolutio sit danda pœnitenti, habenti casus reseruatos, absque excommunicatione, quoniam vt dictum est, potest Confessor absoluere à reliquis peccatis, & transmittere pœnitentem ad superiorem pro casu reseruato, dum ipse non habet potestatem absoluendi à dictis casibus reseruatis, tunc præmissis *Misereatur, Indulgentiam, Dominus noster &c.*

90 Deinde *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, mihi confessis, exceptis, tali, & tali reseruatis. In nomine Patris &c. Nauarr. cons. 26. num. 6.*

91 Superior tamen, cui est reseruatus casus, non potest absoluere ab illo, antequam ipsi, aut alteri omnia fuerint confessa *Nauarr. c. 26. num. 6. in fine*.

Forma absolutionis à suspensione.

92 Si absolutio sit danda à suspensione, forma talis erit.

Authoritate mihi ab Episcopo, vel ab alio, *tradita, Ego absoluo te à vinculo suspensionis, quam propter talem causam incurristi, seu incurrisse declaratus es In nomine Patris &c.*

Forma dispensandi super irregularitate.

93 Si habet facultatem dispensandi ab irregularitate dicat *authoritate mihi à* tali *commissa, dispenso tecum super irregularitate, quam ob talem causam contraxisti.*

94 Non omittam quod aduertit *Ant. Nald. quæst. pract. vers. Moniales num. 15.* quod licet quis cum licentia, & causa possit ingredi septa monialium, vt supradictũ est, nihilominus si talis ingrediens notabiliter commoratur ob vana colloquia, seu aliàs illicita peragenda censuras non euadet.

S V M M A R I V M.

Purgatorium est quartum remedium pro tollenda pœna temporali. 1.

Animæ morientes in fide Christi detinentur in Purgatorio donec integre satisfaciant, pro ijs, quæ hic non satisfecerunt. 1.

Limbus Sanctorum Patrum est expoliatus, & clausus post mortem Christi. 2.

In Limbi Sanctorum Patrum locum cælum est suffectum. 2.

Receptacula animarum ab hac vita exeuntium sunt Paradisus, Infernus, Limbus puerorum, & Purgatorium; Bellarm. vero quintum, hoc est mitissimum carcerem addit. 3.

Do-

Com-

DE PVRGATORIO VLTIMO remedio pro tollenda pæna temporali, ac reliquïs Animarum receptaculis, nempè Paradiso, Inferno, Limbo & mitissimo carcecere, & de nonnullis curiosis dubijs circa ea occurrentibus. Cap. XXIX.

1 QVARTVM, & vltimum remedium pro tollenda pęna temporali est Purgatorium, in quo animæ baptizatæ in Christi fide morientes detinentur, donec pœnas debitas, pro quibus in hac vita non satisfecerunt integrè, & perfectè luant: namq; post mortem Christi, per quam sinus Abrahae, hoc est Limbus Sanctorum Pa-
2 truum fuit expoliatus, & clausus, & in eius locum coelum suffectum, quatuor assignantur loca, in quibus animae à corpore separatae receptantur, nempe Pa-
3 radisus, Infernus, Limbus puerorum, & Purgatorium, vt Theologi communiter exponunt *Bellarm.* tamen *tom.2. de purg. lib.2. cap.7.* quintum addit receptaculum, quod mitissimum carcerem appellat, de quo nouissimè *Admod. R. D. Laurentius de Thoma in Deal. D. Greg. lib.4. cap.36. & 42.* plura scripsit, cuius opus sub praelo vidi, & legi potest *Durant. in reuel. S. Brigittæ lib.4. c.7. not.7. & c.127. not. 1.*

4 De Paradiso lege *Greg. de valent. tom. 2. commun. Theol. disput. 1. quæst.4. punc.2. Bellar. lib.1. de Sanctor. Beatit. à cap.1 ad 7. Luc.23.*

5 De reliquis receptaculis *Dionys. cap. 7. Eccles. Hierar. Ignat. in epist. quā scripsit ad Rom. Ireneu. lib. 2. c. 62. & 63. Ambros. lib.7. epist.59. & lib. 10. epist. vlt.* D. *August. in Enchy. cap. 108. 109. & lib.13. de Ciuit. Dei* D. *Greg. lib.4. Dial. cap.35. Doct. in 4 dist.44. Enr. lib. vlt. de fin. bom. cap.25.*

6 Quae receptacula semper durabunt, etiam post fines mundi, praeter quam purgatorium, quod vsque ad diem iudicij nō euacuabitur.

7 Differunt ista receptacula inter se *ex Benz. lib. 2. cap 45.* in hoc, quod infernus, purgatorium, & limbus corporalia loca sunt, & subterranea in visceribus terrae posita; Paradisus vero in coelo empireo.

Animae in purgatorio suffragiorum sunt capaces, secus caeterae.

Ex omnibus receptaculis, animae permittuntur exire ad tempus, excepto ex limbo puerorum.

8 Item animae in inferno, & limbo existentes non prosunt viuentibus, secus existentes in Paradiso, & purgatorio *Gab. in can. miß. lect. 56. Med. Camp. in 4. tract. de orat. q. 5. Bellarm. de purgat. lib. 2. c. 15. num* 20. licet aliter sentire videatur D. *Thom. 2. 2. q. 83. art. 11. vbi Caiet. Nauarr. de orat. cap. 20. num. 11.*

9 De ordinatione receptaculorum *D. Greg. lib. 4.* Dialog. *cap. 42.* super quo D. *Laurentius de Thoma in notis ibid.*

10 Ratio huius locorum quaternitatis ea assignari solet, quia anima quatuor modis decedit è corpore. Primo sine omni culpa, vt sunt pueri baptizati, Martyres, & viri perfecti, qui aedificauerunt aurum, & lapides pretiosos, idest Dei dilectionem, Christi amorem, & bonã operationem, & locus talium est paradisus, in quo recipiuntur animę omnino perfectè purgatae omnibus peccatis, culpis, pœnis, maculis, & reliquijs peccatorum, *quod enim coinquinatum est non intrat in eo Apoc. 21. cap. penult.*

11 Secundo decedit anima cum actuali, & mortali culpa, & tunc eius receptaculum est infernus.

Tertio cum culpa, & pœnitentia sufficienti, & tunc eius receptaculum est purgatorium.

Quarto cum culpa originali, & receptaculum est limbus, ad quem eunt omnes infantes sine vsu rationis, siue sint filij fidelium, siue infidelium, decedentes sine baptismo, cum peccato originali, vide D. *Thom. in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. & dist. 31. & 45. & in addit. q. 67.*

12 De Paradiso multa scribit *Benz. lib. 2. cap. 43.* dicitur paradisus, quasi paratis dans visum, ibi namq; à facie ad faciẽ Deus videbitur, ibi animae beatificantur, nam *vt Bed. serm. 18. de Sanctis ait* ibi sũt influentiae omnis boni, inclita faelicitas, ibi non est paupertatis metus, non aegritudinis imbecillitas, non senectutis miseria, nemo ibi leditur, nemo irascitur, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum ibi desiderium, nulla honoris, aut potestatis pulsat ambitio, nullus diabolicus metus, insidiae daemonum nullae, terror gehẽnae procul, mors ibi neque corporis, neque animae erit, sed immortalitatis, munere, vitae, iucunda, nulla ibi sunt mala, nullae discordiae, sed cuncta consona, cuncta conuenientia, omnium Sanctorum vna concordia, pax cuncta, & laetitia, tranquilla sunt omnia, & quieta iugis splendor luminis, sole non indiget, quia Dominus omnipotens illuminat, & luce vna eius est agnus, vbi sancti fulgent, sicut stellae in perpetuae aeternitatis, nõ tenebrae, nõ nubium concussus, nec frigoris ardor, vel asperitas vlla reperitur, sed talis, ac tanta est temperies,

ries,quam nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, nisi illorum, qui ea perfrui digni inueniuntur, inter quos Deus faxit, & nos digni simus.

Notãdum quod tempore Ioannis XXII. orta fuit quaestio an animae iustorum in gratia decedentium,in quibus nihil erat purgabile, viderent diuinã essentiam, & fruerentur visione diuina faciali, & intuitiua ante corporum resurrectionem. Et generale Iudiciũ, pro qua decidenda,idem Ioãnes,Cardinalibus,Praelatis, & Theologis in publico Consistorio iniunxit, vt desuper quid sentirent, quando ab eo requirerentur deliberate deciderent, sed morte praeuentus id perficere nequiuit,hanc postmodum quaestionem dilucidè determinauit Benedictus XII. in eius constit. quae incipit *Benedictus Deus Auinion. 29. Ianuarii 1336. in Bull. tom. 1. fol.* 178. vbi determinat quod huiusmodi animae Dei visione intuitiua, & faciali statim fruũtur, vsque in diem Iudicij, & ex tunc, vsque in sempiternum. Super quo vide,quæ recenset *Pegn. in direct. Inquis. p. 2. comm. 21. Ciacon. in vita Ioannis XXII. & Benedict. XII. & Petr. Matth. in suis notis ad praedictã Bullam Benedict. XII.* & idem firmatum legimus in Cõc. *Florent.* inter Latinos,& Græcos *sess. vlt. circa finem*, & ex ista Bulla Benedicti XII. decem hæreses damnantur, de quibus *Eymeric. in direct. inquis. p. 2. quast. 8.*

13 Hæc intellige de paradiso cælesti, non de terrestri, de quo vide quæ scribit *Barthol. Sibilla in suo spec. peregr. quast. q. 7. 3. cap. 1. Deca. q. 1. cum pluribus sequentib.*

Illud addas, quod aliqui volunt sex esse paradisos terrestres, quos enumerat *Philipp. Berg. lib. 1. suppl. cron.* Excellentior tamen est ille, qui est in oriẽte versus Zephirũ *de quo Gen. 2.* secundus est in Aequinoctiali, inter Eurũ, & Charinatum. Tertius inter Cãchri Tropicũ, & circulum Antarticum. Quartus ad Orientem versus Eurum vltra
14 Aequinoctialẽ,in quo sunt calores solis. Quintus in Polo Antartico, de quo scribit Solonus, Sextus in Occidente dictus voluptatis, & deliciarum,de quo *in 2. sent. dist. 19. Gell. lib. antiq. lib. 7. cap.* 21. qui habet omnia genera lignorum, & pomiferarum arborum, lignum vitæ cum perpetua aeris temperie, in cuius medio fons prorũpens totum nemus irrigat,diuiditurq. in quatuor nascentia flumina,scilicet Physon,Gyon,Tygrim,& Eufratem,quorũ primus hodie Nilus; secũdus vero Ganges appellatur, In hunc locũ translatũ esse Adamũ prothoparentem nostrum, Enoch,& Eliam sacræ testantur litteræ,& exponit idem *Barthol. Sibill. q. 3. quast. 7. 3. c.* vbi etiam ponit, quare primus homo fuerit formatus extra paradisum: Euam vero in paradiso,nempe propter dignitatem principij, ex quo corpus eius forma-

16 batur, & qualiter Adam, & Eua ipso die creationis suæ, idest feria sexta, & sexta die mundi, circa meridiem preuaricati sunt, & paulo post circa horam nonam, secundum *Hebræos* decimam, eiecti sunt, vnde, & nouus homo Christus post multorum annorum curricula, feria eadem, & eadem hora sexta crucifixus, eiusdem peccati debitum soluit, & circa horam nonam expirans latroni aditum paradisi reserauit.

17 Sunt translati Enoch, & Elias in dictum locum, & ibi adhuc conseruati, vt in die Iudicij, inde exeant, & contra Antichristum praedicent.

18 Istius loci aditus post peccatum primi parentis interclusus legitur & vndique cinctus igneo muro, ita vt cum vertice eius coelum pœnè tangatur incendium, de quo *Ptol. de trib. orb. part. cap. 2. Cassan. catal. glo. mund. par. 12. considerat. 4.* & si curiose magis, quam vtiliter quaeras, quantus sit huius loci ambitus, dico quod nemo scit, nisi is, cui voluerit Deus reuelare, cum post peccatum primi parentis sit factus inaccessibilis, & Deus ante ipsum ad custodiendum viam ligni vitae Cherubim, idest angelicam custodiam, & flammeum gladium, atque versatilem, idest zonam torridam, quae dicitur versatilis, (quia sol, per quem causatur, ibi caliditas impertrãsibilis appropinquat ad nos in aestate, & in hyeme elongatur) collocauit *Gen. 3.* & licet aliqui ambitum hunc esse aequalem circulis trium insularum magnarum, scilicet Angliae, Siciliae, & Sardiniae, quarum ambitus est octingentorum duorum millium milliarium, nam Anglia cingitur mille septingentis, Sicilia septingentis, Sardinia vero trecentis milliaribus, nihilominus cum locus iste sit nobis occultus, & ignotus certa veritas determinari non potest, vide *D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 3. & p. p. quaest. 102. art. 2. Bonauent. lib. 2. dist. 17. in dub. litteral. Carthusian. in 2. dist. 17. quaest. 5. Gab. Biel. lib. 2. distin. 17. q. 2. Sot. lib. 2. dist. 17. Valent. in esposit. psalm. 71. Spec. pereg. quaest. q. 2. 3. cap. 7. q. fol. 271. seq.*

19 Infernus est aliud receptaculum animarum decedentium in peccato mortali, vt pœnis crucietur æternis, & in die Iudicij omnes ante tribunal Dei comparebunt reddituri de factis proprijs rationem, & secus asserentes tamquam hæreticos puniendos definit *Benedict. XII. in constit. Benedictus Deus, 4. Auinione 29. Ianuarij 1336. in Bull. to. 1. fol. 178.* infernus iste varijs nominibus in sacra Scriptura nominatur, nempe carcer deterrimus, & perpetuus, gehenna, barathrum, seu profundum, fouea, tartarus, obscurum, abyssus, stagnũ, ignis, lacus, perditio, puteus, lutum, cœni seu fæcis, sepulchrum, tenebræ, vmbra mortis, silentium, porta inferni, & alijs nominibus, de

de quibus in Scriptura sacra, & *Benz. lib.2. cap.44.*

20 Et per dicta nomina variæ mansiones intelliguntur in eo, ac damnatorum pœnæ designantur, in puteo enim blasphemi puniuntur, incorruptione superbi, in silentio, qui famam aliorum læserunt. In luco crudeles, & inhumani. In sepulcro hæretici. In vmbra mortis adulteri. Et in inferioribus Terræ idolatræ.

21 In inferno est carentia gratiæ, pœna damni, & pœna sensus æternaliter *Caiet. tom.1. tract. 3. quæst.4. de contrit.* nam in culpa mortali reperitur auuersio ab immortali bono, & huic respondet pœna damni. Item conuersio inordinata ad creaturas, & huic respondet pœna sensus, & inimicitiæ Dei, & huic respondet æternitas vtriusque pœnæ.

22 Dices an Papa possit precipere, quod homo teneatur potius eligere infernum, quam peccare mortaliter? Resp. de hac quæstione *D. Thom. Quodlib.1. q.5. art.9. Triumph.q.34. art.1.* vbi homo ex charitate plus Deum, quam se ipsum tenetur diligere, & pati magis quamcumque pœnam, quam peccare mortaliter. Id enim est de necessitate salutis, & cadit sub præcepto.

23 An Papa possit facere, quod damnati non gaudeant de pœnis inimicorum suorum? Resp. idem *D. Thom. in q. ad 3. p. q. 98. art. 4. Sot. lib.4. sent. dist. 50. q. vnica art.5. & Triumph. loc. cit. art. 2.* tractant quæstionem, & Triumphus resoluit, quod gaudium damnatorum, in quibus dolor est essentialis, accidentale potest esse ex damnatione aliquorum viatorum, quod per indulgentiam à Papa impediri potest, Hi enim, qui poterant damnari, per indulgentiam datam à Papa, saluari possunt, quod damnatis non placet. Quod quidem gaudium in illis non intelligas, quod sit veluti tristitiæ remissio eo modo, quo solatium est malorum in hac vita socios habere pęnarum, immo augetur tristitia sicut in Angelis gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente, sed dicitur solatium, quia sic explent sua mala desideria, quibus in nos sunt affecti *Sot. in 4. dist. 50. q. vnic. art.5. §. hoc tamen.*

24 Infernum infimum, & profundissimum totius mũdi in centro terræ situm esse docent *Chrisost. cap. 4. ad Ephes. & hom. de diuite Hieron. in epist. ad Ephes. 4. Isai. 74. Ion.2. Iob. 32. specul. pereg. quæst. q. 2. 3. cap. Greg. lib.4. Dialog. cap.42. August. lib. retract. cap. 29. & alij citat. à Benz. lib. 2. cap. 44.*

25 An alibi, quam in centro Terræ reperiantur loca, in quibus animæ damnatorum pœnam luant? Resp. ad correctionem viuentium, & vt mentes fidelium, quæ tormenta inferni non credunt, tormentorum loca videãt, quæ audita credere recusant: in quibusdam partibus alia esse loca legimus, inter quæ est Insula Lipparis Siciliæ, in

qua anima Theodorici Regis in ollam Vulcani, ibidem ebullientem proiecta per Ioannem Papam, & Symmachum patritium, quos ille Rex antea occiderat, visa fuit à quodam heremita, de quo etiam meminit *D. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 30.*

26 Per ollam autem Vulcani intelliguntur quidam putei flamminum, vel quædam cauernæ terræ flammam spirantes sulphuream, sed quare ollæ illæ Vulcano tribuantur *Isid. lib. 22. Ethic. & lib. 15.* vbi de octo insulis Vulcanijs circa Siciliam, & Montem Etna discurrit *Specul. pereg. quaest. q. 3. cap. 3. fol. 118.*

27 De extensione, & amplitudine inferni, vide *Riber. in Apocalips. cap. 14 in fin.*

28 Quantum distet à Limbo, cum sit res occulta, certum iudicium dari non potest, vide *Suar. disp. 45. sect. 2. D. Thom. 3. p. dist. 22. quaest. 2. art. 1. quaestiunc. 2.*

29 Rationi enim consentaneum est, quod immundis, & vilissimis peccatoribus, vilissimus locus pro carcere perpetuo correspondeat, ibi tamquam ad sentinam feces totius mundi descendere coguntur, ibi ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fletus contristabilis, tenebræ palpabiles, fœtor intolerabilis, stridor inæstimabilis, aspectus dæmonum horribilis, flagellum corporis perpetuum, & continuum, & æternitas pœnarum æterna, æterna mæstitia, & tristitia, sicut enim
30 Amor Dei, post hanc vitam gignit æternum, & infinitum gaudium, ita amor sui, qui Dei amori contrarius est, gignit post mortem æternam, infinitamq; tristitiam: nã carentia immensi gaudij, immensum mærorem coarguit, & omnis mali præsentiam. Duobus enim modis contingit aliquem vehementer tristari. Primo quando ea re carere compellitur, quæ maximè delectatur, & quæ sibi est plurimum necessaria. Secundo quando id semper cogitur possidere, quod sũme odit, & quod suæ naturæ vehementissimè contrariatur, & tunc excedit omnem mensuram miseriæ, quando hoc malum, quod homo cogitur
31 retinere suæ est insitum voluntati. Post hanc vitam anima nihil habet eorum, quæ hic vitiosè dilexit, non laudem, non gloriam, non voluptatem, non aurum, non argentum, non famam, non scientiam, &
32 quia anima erit exuta carne tenebrosa, ideo clarissimè seipsam cogitabit, se cognoscet, & intelliget ad quid creata fuerat, & quantum erat bonum habitura quod & perdidit, & quare perdidit, cognoscet
33 que, quod ipsa suo vitio infinitum bonum perdidit, quod in æternum recuperare non poterit, & licet immenso desiderij æstu hoc bonum appetat, cum illo carere nequeat, intelliget tamen se hic numquam accipere posse, & ideo supra quam credi potest, dolebit, anxiabitur, contristabitur.

34 Quo vero ad secundam tristitiam post hanc vitam anima plenissi-

mè

mè cognoſcet, ideo videbit ſe, ſuamq; voluntatem Deo inimicam, tortuoſam, ſibi ipſi contrariam, inordinatiſſimam, turpiſſimam, peruerſiſsimam, quæ in ſe conſiderans, vehementer ſe odio habebit, aſpernabitur, execrabitur, hūc enim malorum ſuorum fætorem turpiſſimum continuum geret in naribus ſuis, nec à ſe poterit expellere in
35 æternum. In tantum namq; ſe ipſam, & ſuam deformitatem odio habebit, vt cupiat penitus non eſſe, non natam fuiſſe, Deum vindicem funditus interire, Angelos omnes, & Beatos ſecum in tartarum demergi, & omnem creaturam in nihilum redigi, verum quia hæc fieri non poterunt, ideo intolerabili mærore perfuſa, amariſsima confuſione tabeſcet frendens, indignans, & blaſphemans, & ſicut prius amauit ſe ipſam, & omnia alia præter ſe, ita poſtea odit ſe ipſam, & ſicut prius non gaudebat, niſi de ſe propter ſe, ita poſtmodum non triſtabitur niſi de ſe, & propter ſe. Anima demū hinc tranſiens ad infernum ſecum defert ſimilitudines, & imagines
36 operum ſuorum, quæ quoniam fuerunt contra Deum, contra iuſtitiam, & contra veritatem, atque ideo erant deformia, ſordida, falſa, abominata, quæ cum continuo ante oculos ſuos habeat, & perpetuo; ideo erit in continua, perpetuaq. mæſtitia, & omnis eius recordatio, omnis viſio, omne ſuum nolle, omne velle, & quidquid in ſe ipſa eſt, erit illi ſummè acerbum, ſummè amarum, infinitè cauſa mæſtitiæ, & anguſtiæ: nam omnia ſua mala cernit in libro conſcripta, quæ contra iuſtitiam geſſit, & pietatem, & ei ſine termino diſplicebunt, nō tamen
37 ideo, quia Deum offendit, ſed quia de ſui natura deformia ſunt, & omni odio digniſsima, quare anima in hoc mundo viuens contra Deum, & male operans theſaurizat ſibi viā in die, & iræ aggregat ſibi æternam miſeriam, anguſtiam, triſtitiam, & condit, conſtituitq; ſibi ipſi ſuam pœnam, ſuam gehennam, ſuam flammam, infirmitatem, fœditatem, corruptionem, peruerſitatem, malignitatem, & impietatem, & immenſo errore, atque perturbatione percuſſa, caſſos erumpet, ingemitus, & ſuas clades quærulabitur. O omnium infæliciſsimam, & miſerrimam? quæ propter momentaneum neſcio quid gaudij, & voluptatis in tam immenſas meſtitudines, dolores, anguſtias, & miſeſerias deſtinari eligit; ab his Deus nos auertat.

38 Et licet vnus ſit gehennæ ignis, non vno tamen modo cruciat peccatores, ſed vnuſquiſque quantum exigit culpa, tantam illic ſentiet pœnam inſtar ſolis, quo alius plus, alius minus extuat *Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 43.*

39 Hæc inferni pœna, nec finiri, nec mitigari vllo modo poteſt, etiam ſi miſſæ ſacrificium offeratur, nec aliaj ſuffragia proſunt *D. Thom. 3. pa. quæſt. 52. art. 6. & in add. quæſt. 14. art. 5. quæſt. 75. art. 5.*

Durand. dist. 45. quæst. 2. Anton. 3. par. tit. 32. cap. 2. §. 2. Filiac. tom. 1. lib. 2. cap. 7.

40 Duo esse inferna D. Augustinus ait, superius, & inferius iuxta illud Dauidis *Liberasti animam meam ex inferno inferiori Psal. 83.* Terrena inhabitatio, vbi est caro, & sanguis, decessio, & successio, mortalitatis, & immortalitatis, infernus est superior, à quo ad inferiorem itur, propter hæc duo inferna missus est Filius Dei, vndique liberans, ad vnum infernum missus est nascendo, ad alium moriendo descendit.

41 An Papa aliquos damnare posit ad pœnas inferni? Respond. vide *D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 3. Sot. lib. 4. sent. dist. 15. quæst. 1. art. 4. D. Thom. in q. addit. 3. p. q. 99. art. 1. Triumph. q. 34. art. 3.*

42 Quomodo corpora damnatorum, quæ pasibilia sunt inter supplicia perpetuo possint conseruari incorrupta, grauis est inter DD. altercatio. lege *Suar. tom. 2. 3. par. disp. 50. sect. 2. & in termin. D. Laur. de Thom. in not. in D. Greg. lib. 4. Dial. cap. 3.* super illis verbis: *Quae tamen caro, nec in reprobis inter supplicia perfectè deficit, quia semper deficiendo subsistit, & qui spiritu, & carne peccauerunt, semper essentialiter viuentes, carne, & spiritu sine fine moriantur.*

43 In Limbo puerorũ est carentia gratiæ, & pœna damni æternalis, non autem pœna sensus *c. firmissimè cap. nulla propter de consecr. dist. 4. cap. ad limina 30. quæst. 1. D. Thom. in addit. q. 69. art. 6. ad tertiũ Sot. dist. 45. q. 1. art. 2. & dist. 19. q. 1. art. 1. in fin. Anton. 4. par. tit. 14. cap. 10. §. 7.*

44 Dæmones autem ibidem non sunt, quia illi sunt instrumenta ad pœnam sensus, quæ ibi non reperitur.

45 Pœna damni dicitur carentia visionis diuinæ, & totius æternæ beatitudinis, atque priuatio Dei, pœna vero sensus consistit in cruciatibus, & sic dicitur alicuius doloris specialiter inflicti vltra priuationem cælestium bonorum *Sot. in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. 4. concl.* de pœna sensus infra dum agitur de purgatorio n. 56.

46 Animæ puerorum existentium in Limbo non sunt capaces indulgentiarum, & suffragiorum, nec pro eis est orandum, quia non fuerũt per Baptismũ Christo incorporatæ, & non baptizatis suffragia Ecclesiæ non prosunt *Suar. disp. 48. sect. 4. n. 18. D. Thom. 3. p. q. 52. art. 7. & opusc. 3. cap. 243. Triumph. q. 33. art. 1.* vbi ad quæstionem illam.

47 An Papa per cõmunicationem indulgentiæ possit liberare pueros non baptizatos? Respond. quod cum indulgentia ex merito Passionis Christi, & Martyrum virtutem habeat, non nisi Christi militibus per Baptismum saltem effectis dari potest, & Indulgen-

tia

tia non communicatur nisi habenti gratiam, sed pueri non habent gratiam, quia carent vsu liberi arbitrij; & gratia sacramentali, quia non sunt baptizati, ergo.

48 Et ad aliam quæstionem an per dictam communicationem Indulgentiæ possit limbum spoliare idem *Triumph. loc. cit. art. 3.* ait, quod intactus æternaliter permanebit, sicut & locus damnatorum vide *Ricc. lib. 4. sent. dist. 45. ar. 1. q. 2. vbi Sot. q. 1. art. 2.*

49 An Papa per communicationem Indulgentiæ possit liberare pueros incircumcisos, de quo *D. Tho. 3. p. q. 70. ar. 4. Triumph. q. 33. art. 2.* vbi resoluit, quod pueri incircumcisi in lege veteri membra Christi non facti carentia circumcisionis Indulgentiam recipere non possunt, sicut pueri non baptizati in lege noua.

50 An per communicationem Indulgentiæ Papa possit in limbo existentibus ianuam Paradisi aperire? Respondetur *Triumph. d. q. 33. art. 4. Riccard. & Sot. loc. citat.* tripliciter, inquiunt, Paradisus accipitur. Primo pro loco corporali, vbi primus homo creatus est. Secundo pro cœlo empireo, vbi Beatorum animæ fruuntur diuina beatitudine. Tertio, pro uisione intellectuali, vel spirituali, qua diuina essentia intuitiuè conspicitur; Primus pueris prædictis aperiri non potest propter peccatum primi hominis, nec Secundus, qui tantum Sanctis, & Beatis patet, nec Tertius quia carentia visionis Dei eis perpetuo remanebit, & sic pueris existentibus in limbo eodem peccato Adæ astri-
52 ctis paradisus terrestris aperiri non potest, nec paradisus Beatorum, nec spiritualis, cum carentia visionis diuinæ perpetuo illis insit.

53 Limbus puerorum differt à limbo Sanctorum Patrum, qui hodie, vt dixi, non extat (dum enim Ecclesia de sinu Abrahæ facit mentionem, paradisum intelligit) primo quantum ad spem vitæ æternæ: secundo quantum ad crimen: tertio quantum ad translationem: & quarto quantum ad loci, & situs conditionem, *Spec. peregr. quæst. 9. c. 1. q. 5. q. 3. c. p. Decad. D. Thom. in addit. 3. p. à q. 69. ad 90.*

54 Illud quod vulgo dicitur animas in limbo existentes post diem iudicij per mundum deambulaturas, falsum est, nam in æternum ibi manebunt, nec inde vnquam egrediuntur, tum quia sunt in termino, tum quia egressus eorum nihil proficeret.

55 Et quod *Med. 3. p. q. 42. art. 2.* asserit limbum, scilicet non esse distinctum à loco aliorum damnatorum, est contra communem sententiam *Theol. in 4. dist. 45.* vide *Pet. Sot. lec. 2. de Purg. Specul. peregr. quæst. c. 3. decad. 1.*

56 In purgatorio est etiam pœna damni, & sensus, temporalis, quæ excedit, & superat quælibet alia tormenta huius mundi, licet maxima sint *c. qui in aliud 25. dist. c. vlt. de pœnit. dist. 7. Bonauen. dist. 20. ar. 1. q. 2. lib. 4. Io. Gers. 3. p. tract. 3. de cant. Ricc. dist. 20. art. 2. quæst. 1. lib. 4.*

lib.4.Specul.pereg.quæst.q.4.3.cap fol.180. non tamen ibi est carentia gratiæ *Suar.tom.4.disput.46.sect.1.*

Hæc pœna sensus duplex est, intensiua, & extensiua. Prima refertur ad acerbitatem, cum vnaquęque patiatur secundum qualitatem peccati, & vna anima grauiorem pœnam alia, quia iuxta mensuram peccati erit & plagarum modus, *Deuth.c.25.d.2.* secunda vero refertur ad durationem temporis *D.Thom.in 4.dist.21.q.2.art.3.*

57 Genera autem pœnarum Purgatorij sunt quatuor, nempe acerbitas diuturnitas sterilitas, & varietas pœnæ.

58 Acerbitas pœnæ dicitur, quod non solum anima priuatur illo duplici damno, sed etiam quia assiduè tormentatur flammis, & tormentis, ibi à Dei iustitia terminatis, & eodem igne inferni, cum hac tamē differentia, quod ignis Inferni est æternus, Purgatorij vero est temporalis, & animæ exire sperant è Purgatorio, & sunt certæ de earum salute tam quoad præsentem iustitiam, quam quoad æternam beatitudinem *D.Thom.dist.21.q.1.art.1.quæstiunc.4.Suar.disp.47.sect.3.nu.5.* vbi habetur etiam, an statim ac è corpore anima separatur cognoscat esse damnata, & qualiter cognoscat se non fore damnandam.

59 Ista autem acerbitas consistit non quod anima à Dæmonibus cruciętur, cum Dæmones ad purgatorium accedere non possint, extra illud tamen insultant, irrident, subsannant, & sua visione torquent *D.Thom.in 4.dist.41.q.1.art.5.ad tertium*, & quando aliqua anima liberatur è purgatorio, dæmones tristantur, vt legitur quod Abbas
60 quidam nocte quadam in partibus Siciliæ, in loco dicto Mongibello, testatur se intellexisse dæmones stridentes, quod quædam animæ fuerint liberatæ à purgatorio, vnde dictus Abbas iniunxit toti suæ Religioni, vt in vniuersa præfata Religione sicut die prima Nouembris celebratur commemoratio omnium Sanctorum, ita die sequenti celebraretur commemoratio omnium fidelium Defunctorum, vt animæ à Purgatorio liberentur.

61 Idē ferè legitur de Abbate Odone Cluniacen, de quo infra dicetur.

62 Qui quidem ignis est inter omnia elementa magis actiuus, & maximè lædit animam non naturaliter, quia corpus in spiritum naturaliter non agit, nec ignobilius in nobiliori, sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ, quæ dat vniformiter igni, vt miro modo difformiter pro diuersitate peccatorum cruciet animas defunctorum. Primo ad purgandum quasdam leues culpas venialium in præsenti nō dimissorum. Secundo, ad soluendum obligationes ad pœnas pro mortalibus, & venialibus peccatis, quoad culpam, indultis, sed non fuit pro ijs sufficiens pœnitentia peracta. Tertio, ad purgandū animas ab omni qualitate imperfectionis, vel à rerum conceptibus, & speciebus improprijs ab habitibus vitiorum, & impressionibus falsarum opinionum à

fomi-

fomite, & alijs indiſpoſitionibus, & deformitatibus, quas animæ à corporibus ſeparatæ ſecum ad ignem Purgatorij deferunt, quæ per ignem poſtea purgatæ exeunt, ſicut aurum fulgens de camino ignis ad cæleſte regnum perducendæ.

63 Quomodo autem ignis corporeus, & materialis, vt eſt ignis inferni, agat in animam incorpoream, & ſpiritualem, lege *D. Greg. lib. 4. Dialog. c.29.* ex quo cæteri alij ſcholaſtici, vide *Bellarm. tom. 2. lib. 2. c.12. de purgat. Suar. tom. 4. 3. p. diſp. 46. ſect. 2. nu. 3. & D. Laurent. de Thom. in notis.*

64 Diuturnitas conſiſtit iuxta qualitatem peccati, auxilia, & ſuffragia, quæ præſtantur in hac vita, licet aliquando ob Dei iuſtitiam, etiã quod habeant multa ſuffragia, & auxilia animæ detinentur in purga-
65 torio vſque ad diem iudicij, contra opinionem *Sot.* aſſerentis ad ſummum animam ibi detineri per ſpatium viginti annorum, bene verum tamen eſt, quod licet ſtatutum ſit tempus, poteſt minui per ſuffragia ſufficientia viuorum.

66 Sterilitas conſiſtit, quod pœnæ illæ ſunt ſine fructu: non enim aſſimilantur pœnæ huius vitæ, quæ deſeruiunt ad ſatisfaciendum, ideo Dauid aiebat *Domine ne in furore tuo arguas me,* ideſt ne damnes me in purgatorium, quia volo ſoluere, & facere purgatorium in hoc mũdo cum ieiunijs, & alijs pœnitẽtijs, quæ fertiles, & fructuoſæ dicũtur.

68 Varietas dicitur, quia multæ, & variæ ſunt pœnæ, quibus animæ cruciantur, aliæ enim igne, aliæ glacie, aliæ alijs pœnis tormentãtur.

69 De conditionibus ignis Purgatorij, vide quæ *Benz. lib. 2. c. 46. & Suar. diſp. 46. ſect. 3.*

70 Quod autem purgatorium reperiatur, authoritatibus militantis Eccleſiæ, doctrina, & traditione Apoſtolorum, Sanctorum omnium Doctorũ teſtimonio, & authoritate ſcripturę pręter lyturgias Apoſtolorum ſatis manifeſtè apparet, vt videre eſt per notata à *F. Franc. Coriol. in ſuo Breu. cronol. in vita Io. Papæ VIII. fol. 271. in apoſtilla, & in vita B. Petri in princ. fol. 8. etiam in apoſt. Specul. peregr. quæſt. q. 1. 3. q. c. 3. D. Thom. diſt. 21. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 2. Ricc. art. 1. quæſt. 3. & diſt. 45. art. 1. quæſt. 2. Palud. q. 3. Dur. in 3. diſt. 22. q. 4. Suar. diſp. 45. q. 2.* Adde *Inn. 1. epiſt. ad Exuperium c. vlt. Aug. lib. 18. de Ciu. conc. 36. & lib. 2. c. 23. cõtra Gaudent. Hier. in prolo. 2. lib. Mach. Suar. & cæt. cit. a Benz. l. 2. c. 47. Paul. lib. 2. c. 1. fol. 6. D. Greg.*
71 *lib. 4. Dialog. c. 39. Cord. fuſiſſime q. 2.* vbi inter cætera adducit locum *Tob. 4. & 2. Mach. 12.* quæ duæ authoritates cum multum ſtringant hæreticos, ipſi moti ſunt ad negandos libros *Tob. & Macbab.* qui & ſi apud hebræos Canonici non fuerint, & olim dubium fuerat in Eccleſia, hodie vero Catholicos eſſe teſtatur *Conc. Cartag. c. 47. Floren. ſub Eug. IV. Trid. ſeſſ. 4. & Benz. lib. 2. c. 46. & 47.* ſatis etiam probat,

&

& respondet ad argumenta hæreticorum. vide etiam *Bellarm. lib. de purgatorio*.

72 Tria esse purgatoria vult *D. Thom. in 4. dist. 47. q. 6. art. 3. vt refert Specul. pereg. quæst. q. 10. q. 4. 3. c. p. decad. fol. 193*. Primũ scilicet in hoc mundo, in quo purgãtur homines igne tribulationis; hinc *D. Bernar.* dicere solebat, *age quod agis, quia non habebis aliud purgatorium.*

73 Deus enim non punit bis in idpisum, & *gaudium* inquit, *existimate Fratres cum in varias tribulationes incideritis.*

74 Secundum est sub terra, in quo purgantur animæ hominum, in charitate mortuorum, quæ in primo purgatorio sufficienter purgatæ non fuerunt.

75 Tertium super terrã respectu bonorum purgandorũ in die Iudicij.

76 Alij volunt duplicem dari purgatorij locum, primum secundum legem diuinam est locus inferior, & cũ inferno quasi coniunctus, alius secundum diuinam, dispensationem, vnde in quibusdam locis particularibus in superficie. Terræ ad purgationem animæ à Deo deputari solet, vnde *Greg. IV. Dialog. c. 4. superabundans* inquit *Diuinæ bonitatis largitas quærens generaliter salutem hominum, se non quærentiũ disposuit, vt etiam esset in superficie Terræ habitationi hominum deputata quædam patentia tormentorum loca, in quibus multis indicijs constaret, animas post mortem cruciari, non solum malorum, sed etiam mediocriter bonorum.*

77 Hæc particularia loca ob quinque rationes Deus ordinauit ex *Turrecr. in c. hic autem ignis de pœnit. dist. 7. D. Tho. in 4. dist. 21.*

78 Primo, propter leuiorem animarum punitionem, hinc legitur *apud D. Greg. in 4. Dialog. c. 40.* quod Paschasius Diaconus Cardinalis, & vir Sanctus in Thermis Angulanis idest in locis, vbi aqua feruens de Terra ebullit, apparuit Germano Episcopo Capuano, qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium stantem, & obsequentem in caloribus inuenit, quid illic tantus vir faceret, inquisiuit, cui ille respondit pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi

79 quia in partem Laurentij, & contra Symmachum sensi, sed quæso te pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc rediens me non inueneris, qua de re Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies redijt, sed Paschasium in loco eodem non inuenit.

80 Secundo, propter nostram instructionem, vt cognoscamus post hãc vitam magnam pœnam peccatoribus infligi, vt sic à peccatis desistamus, & conuertamur ad Dominum, vt patet de discipulo illo post mortem Magistro apparente, & damnationem suam reuelante, quod cum discipuli incendium in manu sua sentiret, statim ad Dominum est conuersus.

Tertio,

81 Tertio propter culpam in loco perpetratam, vt legitur in *4. lib. Dialog. D. Greg. c. 55.* de illo, qui in balneo suo, vbi peccauerat, tamquam in purgatorio pœnitētiam fecit; legitur enim Fœlicem Episcopum accepisse à quodam Presbytero centumcellensi, quod cum lauare se consueuerat in quibusdā aquis calidis, quoties illuc ibat, quidam incognitus vir ad sui obsequium paratus erat, calceamenta abstrahēdo, vestimenta suscipiendo, & sabana præbendo, & pro tanto obsequio duas coronas oblationum detulit, & obsequenti sibi Viro pro benedi-
82 ctione obtulit, at vir mestus respondit. *Iste panis sanctus est, & ego manducare non possum. Ego enim, quem vides, huius loci Dominus aliquamdiu fui, sed pro culpis meis, hic post mortem deputatus sum, si autem mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias, & tunc exauditum te esse cognosces, cum huc ad lauandum veneris, & me minime repereris*, & sic euanuit, quia spiritus fuit. Presbyter hebdomada continua salutarem hostiam quotidie obtulit, & reuersus postea ad balneum, eum iam mimè inuenit.

83 Quarto, propter alicuius Sancti orationem, vt legitur de Sancto Patritio, qui Purgatorium quibusdam in certo loco impetrauit.

84 Quinto, Propter animarum celeriorem liberationem, vt scilicet possint alijs suam indigentiam reuelare, & ab ipsis suffragia petere, vt citius à pœnis exeant, vt legitur de quadam anima existenti in glacie, quam Piscatores B. Teobaldi piscati sunt autumno tempore, & Episcopo præsentauerunt, qui cum dictam glaciem causa refrigerij teneret sub pedibus, audiuit expresse vocem dicentem, quod in glacie erat Anima, velut in loco Purgatorij deputata, Cumq; dicta Anima de nocte ab Episcopo suffragia impetraret, merito triginta missarum euolauit ad Cœlum.

85 Idem legitur de quadam alia anima cuiusdā Religiosi, quæ in arce Oppidi Addrani in Apulia, veluti in loco Purgatorij à Deo per mille annos deputata reperiebatur, & pluries cum Domino domus alloquebatur, enixè ab eo petens orationem, & auxilium, vt tempus præfixum suis præcibus à Domino abbreuiaretur, quæ quidem anima quadam nocte, magno timore, & pauore affecit Magistrum Bartholomæum Sybillam, speculum peregrinarum quæstionum compositorem dum tempore, quo prouinciam Apuliæ visitandam accesserit hospitatus in dicta Domo, fatetur hominem quemdam quasi grauatū magnis catenis strepuisse in dicta Domo, & terribiliter insonasse, per do-
86 mum ambulasse, & ostia, quæ erant ante cubiculum, horribili quodā crepitu, & conatu perfregisse, fenestrasq. aperuisse. Sicq. descendisse extremo impetu, fracta ianua ruentem grauiore armorum catenarumq. strepitu in damnatorum carcerem in imò Turris existentem,

hoc

hoc gelidus, & ſtupidus vnà cum eius Socio, Domino Domus narrauit, à quo accepit animam eam eſſe, quæ orationem, & auxilium ab ipſo Domino Domus ſæpe ſæpius expetierat, vt tempus ibi deſtinatum abbreuiaretur, Hæc colliguntur ab ipſomet *Bartholomæo in ſuo ſpeculo pereg. quæſt. q. 2. 4. quæſt. 3. c.*

87 Dices an animæ è receptaculis poſſint comparere in hac vita, nobiſcum loqui, & quomodo Reſp. aliqui Patres, inter quos eſt, *Auguſtinus lib. 1. de cura pro mortuis cap. 13. Athanaſ. q. 19. ad Anthioch. Chryſoſt. Homil. 29. in Matth.* diſputant non poſſe mortuos ad viuos redire, quibus videtur fauere *Iob 1. c. 7. nu. 9. 10.* ibi, *qui deſcendit ad Inferos, non aſcendet, nec reuertetur vltra in Domum ſuam, neque cognoſcet eum amplius locus eius.*

Item *Dauid* appellat animam *ſpiritum euntem, & non reuertentē.*

Item *Pſal. Vt indabitē in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.*

Item *Hieronymus* contra Vigilantium *Beati ſunt ſemper cum Domino ſuo.*

Reſpondetur de hac quæſtione *Sot. diſt. 45. q. 1. art 4. ſpecul. peregr. quæſt. c. 4. p. decad. q. 1. Benz. lib. 2. c. 45.* qui videntur concludere,
88 quod duobus modis animæ prædictæ à receptaculis exire poſſūt. Primo ſimpliciter, hoc eſt in perpetuum non amplius reuerſuræ, & tali pacto nulla anima, ibi deputata, per ſententiam definitiuā abſoluta inde exibit, quia præmium animarum ſeparatarum & pœna numquā terminatur. Secundo modo ad tempus, & tunc ſi loquimur ſecundum
89 ordinem naturæ, animæ inde non recedunt vt appareant viuis, tum ex parte animarum, quæ conuerſationi ſeparatarum ſubſtantiarum, & non conuerſationi hominum ſunt deputatæ, tum ex parte hominū, quibus apparent, quorum cognitio eſt per ſenſum, & à rebus ſenſibilibus, & propter hoc apparitio animæ ſeparatæ hominibus inter miracula computanda eſt ex *D. Thom. p. par. q. 89 art. 8. in reſolut. ſecun. argum.*

90 Si vero loquimur ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ, & tunc ex omnibus receptaculis animæ exire poſſunt ad tempus, præter quā
91 ex limbo puerorum. Ex Paradiſo quandoque egrediuntur, & toties quoties eis placet, quia cum ſint Angeli Beati, Deus illis permittit comparere quoties voluerint, quod tamen de raro euenit, & quando comparent, Deo diſpenſante, apparent, vel ad conſolationem, oſtendentes ſe diuino conſpectu frui, etiam quod occiſæ, vel alia violenti morte ab hac vita egreſſæ fuerint, aſſignantes rationem, quod tempore mortis erant in gratia, vel contritionem habuerunt, & ſic hortantur viuos, & ſuos ad parcendum inimicis, qui occiderunt. Item ad relinquenda odia, & ſimilia, afferendo ſolatium ſuis, vel vt eos admoneant, vt more humano ſepulturæ commendetur humanitas, vel

vt al-

vt alliciant ad eamdem Beatitudinem, vel vt suis Reliquijs, si Sancti sunt, iustos honores deferant, vt legitur de Ioanne Baptista, & alijs,
92 vel ad auxiliandum obsessis, vt patet de Beato Fœlice Martyre, qui visibiliter apparuit Ciuibus Nolanis, dum à Barbaris oppugnarentur, vt *D. Aug. lib. pro cura de mort. haben. cap. 16. & lib. 1. de Ciuit. Dei c. 10.* & plura exempla vide apud *Theod. lib 5. hist. c. 24.* vel
93 apparent ob alias causas, vt legitur de apparitione Beati Petri Principis Apostolorum, Theodoro Mansionario eiusdem Ecclesiæ, cui dū nocte quadam citius ad melioranda iuxta Ianuam lumina surrexisset ex more ligneis gradibus sub lampade positus stabat, & lampadis refouebat lumen, Beatus Apostolus cum stola candida eidem dixit. Quare tam citò surrexisti? & ab eius oculis euanuit, qua in re, quid Apostolus seruientibus sibi voluit nisi præsentia sui respectus ostendere? quia quidquid pro eius veneratione egerant, ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret ita *D. Greg. lib. 3 Dial. cap. 24.*

94 Idem patet de alia apparitione eiusdem, Abundio Mansionario dictæ Ecclesiæ, vt *D. Greg. ibid. c. 23.*

95 Ab Inferno etiam ante iudicium dumtaxat ad tempus, permissione diuina, permittuntur animæ aliquando egredi, & viuentibus apparere, vel ad eruditionem, vel ad timorem, vel ad terrorem viuentium, vel ad maius ipsarum tormentum, vel ad reuelandum earum miserum statum, quem substinent in Inferno, vt viui abstineant à malo, & faciāt bonum, vt legitur de diuite Epulone; qui comparauit Fratribus peccatoribus ad eos terrendos *Luc. 16.*

96 Legitur etiam de vmbra sordida latronis in vita Beati Martini, nec non de Benedicto pseudopapa, de quo *Petr. Damian. & Baron. tom. 11. Annal. ann. Domini 1054.* qui visus est à quodam viatore stans ad molendinum cum auribus, & cauda Asini ad instructionem luxuriosorum, cuius carnes sunt Asini, iuxta illud *Ezech. 23. Carnes Asini carnes eorum* de alijs, vide *D. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 31. 32. & seq.*

97 E Limbo Sanctorum Patrum legitur etiā apud *D. Aug. dicto lib. de cura pro mort. c. 16.* De anima Samuelis, quæ Sauli apparuit petenti Phytonissam, vt diuinaret, & Samuelem suscitaret.

98 Sed magna est inter Scholasticos controuersia, an hæc vera fuerit anima Samuelis vt *Bagn. pap. p. D. Thom. p. p. q 89. art. 8. & 2. 2. q. 95. art. 5 ad secundum & q. 184. art. 5. ad quartum*, qui dubitanter de hac re loquitur & *D. Aug.* etiam varius fuit *lib 2. ad Simpliciū q. 3. & in q. vet. test 27 & lib. 2. de admirab. sac. scrip. c. 11 & cap. nec mirum 26. q. 2. & Tertull. lib. de anima prope finem* omnino negat, sic *Isid. lib.*

lib. 8. Orig. cap. 9. Hieron. cap. 6. Matth. in fin. Auth. quæst. apud Iustin. q. 52.

99 *Basilius* tamen *Epist. 80 ad Eustac. Hieron. cap. 7. Isai. lib. 4. in Ezech. cap. 13. Amb. Luc. cap. 1. August. ibid. cap. 15. Iust. in dialog. contra Triph. Ioseph. lib. 6. antiquitatum cap. 15. & Benz. lib. 2. cap. 45.* veram dicunt fuisse animam Samuelis ex *lib. Eccles. c. 46.*

110 Item probat *D. Aug.* ex limbo animas ex ijsse, exemplo *Matth. 17.* de Moyse, & Elia in Monte Tabor, qui verè mortui erant ex *Deut. cap. vlt.*

101 Ex Limbo puerorum dictum est nō egredi animas, tum quia sunt in termino, tum quia eorum egressus nihil proficeret.

102 E purgatorio sæpius, & frequentius animæ apparere solent viuis, vel ad persuadendum eis, vt patienter ferant tribulationes, & angustias in hac vita, vel vt se abstineant à peccatis, & pœnitentiā agant viuentes de per se, absque eo quod sperent hæredibus post mortem, vel ad petenda suffragia, sacrificia, missas, & orationes clamantes. *Misеremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei*, vt legitur in

103 *Breu. Cronolog. in vita Ioannis Octaui anno Domini 874. fol. 270.* quod eo anno Ludouico Regi Germaniæ Quadragesimali Tempore in oratione persistenti, Ludouicus Pater apparens latino sermone dixit: *Adiuro te per Dominum Nostrum Iesum Christum, vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam possim habere æternam* hac ergo visione Rex perterritus Epistolas per cuncta Regni sui Monasteria destinauit, vt pro anima parentis, iam à triginta annis defuncti, diuinam misericordiam implorarent; de reliquis exemplis dictum est supra, & videri potest *Spec. peregr. quæst. q. 2. cap. 4.*

104 Ex quibus patet posse animas è receptaculis exire, licet non ordinariè ex vi naturæ, sed ex dispensatione diuina.

105 Non obstant in contrarium in principio adducta, quia intelliguntur de animabus in receptaculis deputatis per sententiam diffinitiuam, & finalem, non autem ad tempus, vt diuina dispensatione exirent per causas supra signatas.

106 Illud tamen est notandum, quod licet sancti permittantur exire à Paradiso, numquam tamen à Dei visione extrahuntur vide *Paul. in vit. D. Amb. & Euseb. lib. 6. hist. cap. 5.*

Item possunt tam Beati, quam Damnati apparere corporibus assumptis in habitu, quo prius vtebantur, sicut B. Augustinus apparuit Frati Alberto in habitu Pontificali, & patet de alijs, de quibus *Barthol. Sybill. quæst. 1. cap. 4. fol. 146.*

107 Et Angeli Boni in persona animarum corporibus competentibus assum-

assumptis frequenter apparent, vt legitur de Angelo bono, qui in persona Dei apparuit Moysi.

108 Angeli mali, propter deceptiones incantatorum corporibus etiã assumptis, exeunt receptacula, & apparent viuis, vt legitur de Samuele, quem phantasma, & illusionem imaginariam machinationibus factã, aliqui dicunt per ea, quæ dicta sunt supra, vide *Turrecrem. in c. tempus* 13. *q.* 2.

109 Item, quod Sancti, & damnati apparent cum hac differentia, quod Beati virtute gloriæ, & dono gratiæ gratis datæ apparere possunt, quoties volunt, damnati vero non semper, nisi permissione diuina, & eius prouidentia, vt dictum est de diuite Epulone.

110 Item è cœlo, & ex Inferno nemo potest ad vitam reuocari, itaut corpori denuo anima vniatur, & rursus moriatur, quia beatitudo certitudinem includit numquam amittendæ fœlicitatis ex *August. de correct. & grat. c.* 10. prout & damnatorum condemnatio *August. lib.* 2. *de Ciuit. Dei. c.* 24.

111 Hinc dicendum, quod Anima Marcelli viri sanctissimi, de qua *Greg. lib.* 1. *Dialog. c.* 9. post separationem à corpore, non fuit beatitudine donata, sed in optimo loco, ab Angelis reposita vsque ad illius resurrectionem à Sãcto Fortunato, facta oratione, detenta, vt ibidem *Greg.* innuit. Quem quidem optimum locum, illum ego (quem *Bellar. lib.* 2. *cap.* 7. *tom.* 2. *de purgat.* & alij supracitati, mitissimum, & senatorium carcerem appellant) existimarem, cum D. *Greg. lib.* 4. *Dialog. c.* 36. *circa medium*, vbi videtur de tali loco mentionem facere, super quo vide D. *Laurẽt. de Thom. in notis ibidem.*

112 Et quod pariter legitur apud eũdem *D. Greg. loc. cit. c.* 12. de viro illo perniciosissimo à Dæmonibus in Inferno deducto, & deinde à Sãcto Seuero excitato, & quæ de alijs leguntur apud *Aegysipp. lib.* 3. *c.* 2. quod Christus, & Apostoli alios resuscitauerint Ethnicos.

113 Aliquando huiusmodi apparitiones sunt dormiendo, vel vigilando, operatione bonorum, vel malorum spirituum ad instructionem, aut deceptionem viuentium, sicuti etiam viui homines aliquando alijs apparent, & eis multa dicunt in somnis, cum tamen constet, eos non esse præsentes, vide D. *Thom. in* 4. *sentent. art.* 1. *q.* 3. *in corp. quæst. & in solut. argument.*

114 Dices quomodo cognosci potest an Spiritus apparens sit bonus, vel malus, Respondetur *cum* D. *Anton.* qui sic dicit *Non est difficilis bonorum spirituum, malorumque discretio, si enim post timorem successerit gaudium, à Domino sciamus venisse auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis iudicium est, si autem incussa formido permanserit, hostis est, qui videtur* D. *Thom.* 3. *par. q.* 30. *art.* 3. *in solut.* 3. *arg.*

115 Quod si quæras, à quo ducuntur animæ ad purgatorium, vel ad alia loca destinata? Respondetur, aliqui dicunt per Dæmones duci ad purgatorium, alij, & est communis, ab Angelo custode, ad Infernum per Dæmones, ad Paradisum vero per Angelum, vt patet ex illo *Luc.* 16. *Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelo in sinum Abrahæ*, vide *Specul. pereg. quæst. q.* 3 *fol.* 251.

116 Rursus quæres, quare sola anima in purgatorio patiatur, si simul cum corpore in hac vita peccauit? Respondetur, quia in hoc mundo corpus cum substinuerit multas tribulationes, partem pœnæ sibi spectantem in hac vita purgauit, altera vero pars remanet purganda. Animæ in purgatorio *Spec. pereg. quæst. q.* 10 *q.* 3. *c. decad.* 1.

117 An boni bonos in Paradiso, & mali malos in Inferno agnoscant. Respondetur affirmatiue ex *Luc.* 16. de Lazaro, & diuite *D. Greg. in* 4. Dialog. *cap.* 33.

118 Quomodo autem anima in Inferno existens, spiritum beatum aspiciens, non sit ipsa beata, dum illius æternam gloriam vnde quaque circumspiciat, lege *Sebast. Barrad. in comment. Euang. to.* 3. *lib.* 4. *c.* 5. *in parabola illa de diuite Luc.* 16.

119 An autem Anima exiens è corpore videri possit oculo corporeo *lege* D. Greg. 4. Dialog. *c.* 5.

SVMMARIVM.

Animæ in receptaculis an possint suffragijs, vel alio modo iuuari. 1.
Mortui alij sunt valde mali, alij valde boni, alij in statu medio 1.
Damnati in Inferno dicuntur valde mali. 2.
Qui suffragijs iuuari non possunt. 2.
Pro damnatis Ecclesia numquam orat, & est de fide. 3.
Damnati suffragia habere non possunt, quia sunt incapaces alicuius refrigerij. 4.
Pro damnatis orans peccat, & quare. 5.
Pro damnatis non oratur quando probabiliter scitur esse damnatos. 6.
Damnatus an quis sit quomodo sciri possit. 7.
Contritionis signa morientis quomodo possint constare. 8.
Suffragia in dubio semper facienda pro mortuis, & quare. 9.
Suffragia esse facienda pro damnatis afferuntur aliqua argumenta, & illis respondetur à 10. *ad* 26.
Mediocriter malos, quos Augustinus intellexit in cap. tempus. 13. *q.* 2. 12.
Donaria idolorum reperta apud Machabæos c. 12. *an fuerint in reuerentiam Idolorum.* 12.
Suffragia facta pro Machabæis an intelligantur pro damnatis. 13.

Macha-

Indul-

Indul-

do ita illum detineat in purgatorio, vt suffragia, & Indulgentia illi non prosint. 158. 159.

A restitutione non facienda an excusentur hæredes sub prætextu, quod anima Defuncti, qui ad eam tenebatur, sit in Paradiso, vel in Inferno. 160.

Anniuersaria perpetua relicta à Testatore, ad quid prosunt, dum eius anima aliquo tempore à Purgatorio liberabitur. 161.

Iubileũ et Indulgentias cõsequuturus quid debeat curare. 162. ad vlt.

AN ANIMAE IN RECEPTACVLIS existentes possint aliquo medio, præcipuè suffragijs iuuari, & quomodo. Cap. XXX.



1 PRO quæstionis resolutione notandum, quod mortuorum quidam sunt valde mali, quidam valde boni, quidam vero in statu medio, *ex Aug. in Encher. c. 109. regist. à Grat. in c. tempus 23. d. 13. q. 2.*

2 Qui sunt valde mali, sunt damnati in Inferno, & hi nullo modo adiuuari possunt, neque suffragijs, neque sacrificio missæ, vel Indulgentijs, neque alio auxilio, quia eorum suppliciũ sit æternũ, & inestinguibile *Matt. 3. & 25.* D. *Aug. de cur. pro mort. agend. c. 1. & 18. lib. 1. de Ciuit. Dei c. 13. seq. c. 24. Paulin. lib. 1. c. 1. Sot. dist. 45. q. 2. ar. 2. Suar. disp. 35. sect. 1. nu. 6. Enr. lib. 7. c. 15. nu. 2.*

3 Est de fide, & Ecclesia numquã orat pro illis, quos scit esse damnatos *c. quibus c. grauia c. non extimemus c. pro obeuntibus cũ simil. 13 q. 2.* D. *Aug. serm. 34. de verb. Apost. & serm. 118. de temp.* D. *Greg. lib. 34. Mor. c. 13.* vbi Orig. refellitur *lib. 4. periarchon. prope finem* secus sentiens, vide *Suar. disp. 48. sect. 4. n. 11. & seq.* D. *Th. 3. p. q. 52. ar. 6. & in 4. dist. 45. q. 2. art. 2.*

4 Nec pro dictis animabus suffragia offerri, & præces fundi possunt, quia aliquid refrigerij habere non possunt, cum sint omnino à suffragijs exclusæ *c. tempus 13. q. 2. Nau. de hor. can. & orat. c. 20. nu. 38. Sot. in 4. dist. 45. q. 2. ar. 2. Sebast. Med. c. 24. Bellar. lib. 2. de Purg. c. 18. & lib. 2. de miss. c. 6. Philiarc. tom. 1. lib. 2. c. 7. vers. 2. conclusio* vbi confutat opinionem aliter sentientium, & errores dicentium pœnas damnatorum diminui per suffragia, & alias erroneas opiniones distinguendo cum *D. Thom. in 4. dist. 47. q. 2. quæstiunc. 2.*

Et

5 Et qui pro illis orant, peccant, quia oratio non debet fieri, nisi secundum legem communem, quæ est, quod in inferno nulla est redemptio, & nobis expresse prohibetur, & Ecclesia docet: Et sperans sua oratione aliquem damnatum liberare, superbam de se ostendit præsumptionem, & quando Deus vult hoc priuilegium alicui concedere, vel reuelat, vel inspirat alicui Sancto, & deuoto, vt infra patebit *Philiar. tom.1. lib.2. cap.8. prope finem*.

6 Prædicta intelligenda sunt quando probabiliter scitur alicuius damnatio, secus si dubitatur, vnde *D. Augustinus* dixit, *Si scirem Patrem meum esse damnatum, non orarem pro eo plusquam pro diabolo, cap. pro obeunt. 13. q. 2. cap. placuit 23. q. 5.*

7 Sciri autem potest an anima sit in inferno nec ne ex morte, quam fecit: si enim quis mortuus est in euidenti peccato mortali, absque aliquo signo contritionis, puta quia sit mortuus hæreticus pertinax, apostata, sibi mortem consciuerit, & se ipsum interfecerit, signum est, quod sit damnatus *cap. placuit 23. q. 5. Conc. Bracb. 1. c. 34. Conc. Tribur. cap. 31. cap. ex parte il secondo de sepult. vbi gloss. cap. tempus 13. q. 2.*

8 De signis autem contritionis constare posset per vnicum testem ad effectum non solum orandi, sed etiam concedendi ecclesiasticam sepulturam *Couarr. lib. 1. var. resolut. c. 3. in fin. Nauarr. de orat. cap. 29. num. 38. & cap. 26. num. 33.*

9 Sunt tamen semper suffragia facienda in dubio, quia si non prosunt mortuis, pro quibus fiunt, conseruantur pro illis, qui ea faciunt iuxta *psalm. 34. Et oratio mea in sinu meo conuertetur*, vel distribuentur egentibus in eodem pugatorio, vel conseruantur in thesauro Ecclesiæ, dum tamen non adsit secundaria intentio, idest, quod orans intendat, quod si suffragia illa non prosint illi, pro quo fiunt, distribuantur tali, & tali, quae intentio sufficit, vt habeatur implicitè, idest vt habeat semel pro toto tempore, & plura *Nauarr. de orat. cap. 19. num. 63. & de indulg. not. 15.* qua secundaria intentione cessante suffragia distribuuntur, vt supra dictum est.

10 Dices contra praedicta multa videntur obstare, ex quibus apparet, quod possint fieri suffragia pro existentibus in inferno.

11 Primo ex *D. Aug. Encher. cap. 109.* vbi suffragia pro defunctis tolerabiliorem faciunt damnationem Respon. D. Augustinum loqui de animabus existentibus in purgatorio.

12 Secundo *gloss. in cap. tempus 13. q. 2. vbi Aug.* mediocriter malos intellexit damnatos Respon. D. Augustini locus trimembrem, non quatrimembrem distinctionem recipit, & per mediocriter malos, nõ quidem damnatos, sed existentes in purgatorio intellexit; Qui dicũtur mediocriter boni, quia deficiunt à perfectione bonitatis, & medio-

diocriter mali, quia sunt sine culpa mortali, ideo reprobatur *gloss. predicta à Greg. XIII. vt Philiarc. tom. 1. lib. 2. cap. 9. vid. Suar. disp. 48. sect. 4. num. 8.*

13 Tertio, locus *Machabaeorum cap. 12.* vbi inuenta fuerunt sub tunicis interfectorum donaria idolorum, à quibus lex prohibebat Iudaeos, & tamen Iudas collatione facta duodecim millia dragmas argenti, misit Hierosolymam, ibi offerri pro peccatis mortuorum, qui cum peccauerint mortaliter agentes contra legem, & decedentes in illo peccato consequenter in infernum damnati fuerunt, & nihilominus pro illis oratur Respond. dicta donaria non fuisse apud illos in idolorum reuerentiam, sed ea habebant, vt victores, quae iure belli ei debebantur, & licet ob cupiditatem potuissent venialiter peccare, non propterea merebantur in inferno damnari, ideo suffragia eis offerri poterant.

14 Quarto obstat, quod legitur apud *Damascenum in oratione de mortuis*, de Machario, qui inuenta caluarie cuiusdam defuncti in via, oratione praemissa quaesiuit, cuius caput fuisset, & caput respondit: Gentilis sacerdotis in inferno damnati, & tamen confessus est oratione Macharii se, & alios iuuari. Respond. tale adiutorium non fuit, vt pœna ipsorum diminueretur, sed vt mutuò se viderent in tormentis, quod non potest esse verum gaudium, sed phantasticum, dum impletur, quod desiderant, idest videre alios in pœnis, & precibus Sanctorum aliquando pro viuentium vtilitate permittitur talis mutua visio.

15 Quinto Ecclesia cantat *A porta inferi erue Domine animas eorum*, ergo potest precibus liberari anima ab inferno. Resp. intelligi de animabus purgatorii, vel existentibus in transitu, cum sit oratio generalis.

16 Sexto *ex eodem Damasceno loc. citat. D. Greg.* orauit pro Traiano Imperatore pagano, & audiuit sibi diuinitus vocem dicentem: *Tuam vocem audiui, & veniam do Tyranno* Resp. de veritate huius rei est controuersia apud DD. & apocripham dicunt, de quo viden. *Anton. 2. par. Melch. Can. lib. 11. de loc. top. cap. 2. Sot. lib. 4. dist. 45. q. 2. art. 2. Aegid. Rom. quolibet. 1. q. 2. Nauarr. de orat. cap. 22. Alex. de Ales. 4. p. q. 93. m. 2. art. 2. Cassan. par. 5. consid. 5. Luc. de pen. in l. 2. in 3. col. C. de exact. trib. lib. 10. B. Brigitta in suis reuelation. Fr. Alphons. Ciaccon. opusc. Bellarm. lib. 2. de purgat. cap. 8. Suar. tom. 2. 3. p. q. 42. art. 8. disp. 43. sect. 3. Enr. lib. 9. cap. 16.* vbi multi citantur pro veritate *hist. Philiar. tom. 1. lib. 2. cap. 8. vers. secunda pars. Spec. pereg. quaest. q. 13. 3. cap. 1. decad. Benz. lib. 2. cap. 45. vers. quod autem Ioann. Diac. in vita D. Greg. lib. 2. cap. 44.* vbi non legitur Greg. Deum pro Traiano orasse,

sed

17 sed solum in Basilica S. Petri tamdiu super errore Traiani fleuisse, quousque audiuit veniam Tyranni, quasi plangendo fuerit exauditus,
18 sicut Moyses, qui cum dolendo taceret, Dominus tacentibus labijs dixit, *quid clamas ad me? & cat.* vnde cessant quæ *Abul. in 4. Reg. quæst. 57.* ait, Greg. orando pro Traiano mortaliter peccasse, etsi exauditus fuerit, & in pœnam peccati condemnatum ad stomachi, & pedum dolorem, quibus doloribus etiam ante factum Traiani laborabat.

19 Sed quidquid sit, non legitur animam Traiani in paradiso repositam, ergo credibile est iterum ad infernum reuersam fuisse.

20 Vel quòd precibus Gregorij fuit miraculose ad vitam reuocatus, & ibi gratiam consequutus sit, vt baptizaretur, & pœnitentiam ageret de suis peccatis.

21 Vel quòd in inferno non erat diffinitiua, & finali sententia condemnatus, sed tantum secundum præsentem iustitiam, & exigentiam suorum meritorum, & sic ad tempus ibi repositus, vt postea in hac vita baptizaretur, quia sic dispositum in mente diuina, prout dici potest de multis alijs miraculosè à mortuis suscitatis, etiam quod idololatræ fuissent, vt patet de anima Falconillæ per orationem S. Teclæ ab inferno liberata, & de alijs, de quibus in vita B. Virg. & aliorum Sanctorum D. *Thom. q. 2. art. 2.* quem sequitur *Ricc. & Duran.* & sic intelligendus est *Amb. serm. 90. Max. serm. 2.*

22 Et quamuis nulla historia testetur de pœnitentia, & baptismo Traiani, nihilominus piè credendum est ad hunc finem tale priuilegium illi concessum, aliàs saluari non potuisset, cum sine baptismo esset.

23 Vel intelligenda sunt prædicta de illis, qui ignorata lege naturæ ignorantiam inuincibilem Euangelij habebant, & sic existebant in purgatorio *ex Sot. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2.*

24 Quod *Philiarc. tom. 1. lib. 2. cap. 8.* impugnat dicens fuisse resuscitatos, etiam ex illis, qui in peccato mortali mortui sunt, vt patet de resuscitato à Beata Agnete, quæ resuscitauit filium Simphronii, quem diabolus occiderat, cum huic Sanctæ Virgini stuprum inferre tentasset, & quod dixit *Euod. lib. 2. de mirac. S. Steph.* qui puerulum ante baptismum mortuum, eius reliquia excitauit. Et quod legitur de eo, qui laqueo se suspendit, & mortuus, precibus S. Martini fuit resuscitatus, vt patet in eius vita à Seuero Sulpitio eius discipulo descripta.

25 Et quod legitur de Machario, qui orauit pro anima alterius damnati.

26 Nec obstat *Sot. d. q. 1. art. 4. relat. ab Enriq. lib. 9. cap. 16.* quod scilicet mutaretur prædestinatio per liberationem huiusmodi damnato-

natorum ab inferno, vel quod fuerint damnati sub conditione, cum in obitu feratur sententia absolutè: *Ite in ignem æternum*, vel *vitam æternam*, quia respondet *D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. & in addit. q. 71. art. 5. ad 5.* quod non fuerunt in inferno finaliter condemnati, & deputati, sed suspensiuè, vt supra dictum est; decretum enim erat in mente diuina, illos ad vitam reuocandos, & aliter se de eis esse dispositurā. eos ad hanc vitam reuocando, ad hoc vt baptizati, & pœnitentia peracta, rursus mortui, essent consecuturi salutem.

27 An autem per descensum Christi ad inferos, Plato, Socrates, Aristoteles, & alij Ethnici per Angelum fuerint ad Deum conuersi, & fidem susceperint, ac consequenter salui facti sint, *vt Sot. lib. 2. de iust. & iu. quæst. 1. art. 3. ad finem*; fabulosum notat *Bellarm. lib. 4. de anima Christi cap. 16.* licet *Dyonis. 9. cap. cælest. hierarch.* affirmet multos gentiles per Angelum fuisse ad Deum conuersos, vide *Six. lib. 5. Bibliot. cap. 51. Holcot. in 3. q. art. 3. dist. 4. & quæ Benz. lib. 2. cap. 45. vers. quare quæ retulit.*

28 Dices an Papa possit facere, vt indulgentiæ, & suffragia Ecclesiæ meritoria prosint illis, qui sunt in inferno; Respond. De hac quæst. *Mag. lib. 4. sent. dist. 45. §. neq; negandū dist. 46. §. 1. seq. Sot. lib. 4. sent. dist. 45. quæst. 2. art. 2. Turrecrem. in cap. tempus 13. quæst. 2. Triumph. quæst. 34. art. 4.* vbi habetur, quod existentibus in inferno prosunt suffragia, vel indulgentiæ, non quantum ad pœnam essentialem, idest quantum ad pœnam damni & conscientiæ vermem, sed quantum ad pœnam accidentalem, cum eorum socij in vita per mala exempla, & opera non damnentur.

29 Qui sunt valde boni, cum sint in gloria, suffragiis non indigent virorum, cum sint in loco beatitudinis omnium perfectione bonorum aggregato *cap. cum Marthæ de celebrat. miss. Aug. de cur. pro mort. agen. num. 1. & tract. 84. in Ioannem, & sermo 34. de verb. Apost. & omnes Theologi in 4. dist. 45.* & nota, quod animæ beatæ non solum dicuntur sanctæ canonizatæ, sed etiam omnes animæ fideles, quæ exeunt ex hac vita sine vllo peccato, & obligatione pœnæ peccati, etiam venialis, statim euolant ad cœlum, & etiam animæ purgatorii post purgationem reliquiarum peccatorum, nam damnantur opiniones nonnullorum hæreticorum asserentium, animas etiam optimorum virorum non posse intrare in gloriā, nisi post diem iudicii, quia in contrariū est Catholica veritas, quare cum dictæ animæ fruantur visione Dei, nec suffragiis, nec indulgentiis indigent, proderunt tamen quoad gaudium, & gloriam accidentalem, quia gaudium essentiale dilatari non potest.

30 Licet nostris operibus propriè non impetremus Sanctis intrinse-

cam

cam gloriam, etiam accidentalem, etsi possimus operari hac intentione, vt ex nostris bonis operibus aliqua accidentalis gloria in eos redundet, potius obiectiuè, & quasi per occasionem, quàm per propriam impetrationem, si castè loquamur, ideo dicunt Doctores oblationes pro Sanctis esse gratiarum actiones, quæ Deo fiunt, & à Sanctis cognoscuntur, & ideo de illis gaudent, & ita accidentalis gloria eis augetur.

31 Honorem autem extrinsecum impetrare possumus, quatenus ille honor potius est in nobis, qui Sanctos honoramus, & cædit in vtilitatem nostram, vt perpendit *Suar. tom. 4. disp. 48. sect. 4. num. 11. cum ibi citat.*

32 Vel Missa, & solemnitates, quæ fiunt pro eorum honore prosunt eis solum ad gloriam accidentalem, puta habere gaudium, & satisfactionem *Sot. dist. 45. q. 2. art. 2. concl. 3.*

33 Illi demum, qui sunt in statu medio, & sic qui sunt in purgatorio bene suffragia habere possunt, & illis prosunt non solum ad aliquam mitigationem pœnarum, sed etiam ad integram satisfactionem *Suar. disp. 48. sect. 4. & 5.* vbi multis probat, & etiam *Benz. lib. 6 cap. 47. Bellarm. lib. 1. de purg. cap. 3. num. 202. Macbab. 12.* & cæteris authoritatibus, & exemplis relictis, illud adducam, quod legitur in Breuiario Cronologico in vita Ioannis XIX. *fol. 302.* Ibi enim habe-

33 tur, quod anno 1024. viuebat Odilo Abbas Cluniacen. ad quem Ioannes XIX. tunc Pontifex iniunxit, vt pro anima Benedicti Papæ VIII. sui prædecessoris oraret. Odilo autem psalmodias, & orationes priuatim, & publicè fieri, eleemosynas indigentibus erogari, sacrificium quoque misterii salutaris Deo offerri, tum Cloniaci, tum in omnibus monasteriis, sibi subiectis fieri præcepit, cumq; hoc Fratres iugiter facerent, ecce quidam sanctæ conuersationis Monachus, Heldebertus nomine, per soporem vidit, quod quidem pulcher, & serenus aspectu, atque solemni nitore conspicuus claustrum monasterii magno candidatorum agmine stipatus ingrederetur in capitulum, deinde, vbi Pater Odilo cum Fratribus residebat, intrauit, ad eius genua caput humiliter flexit, eiq; (sicut in gestu corporis videbatur) gratias egit; cumq; inquireret quis esset responsum ei est, quod ille esset Benedictus summæ Sedis Episcopus, qui idcirco Sancto Odiloni gratias ageret, quia piis eius, Sanctorumq; Fratrum precibus, & tartarei cruciatus euasisset interitum, & cum Beatis Ciuibus quieturus supernæ Ciuitatis Hierusalem meruisset ingressum.

35 Et ex hoc Sancti Odilonis facto, receptum est Romani Pontificis authoritate in tota Ecclesia, vt vna, eademq; die vniuersalis ageretur memoria omnium fidelium defunctorum *ex Petr. Damian. in vita ipsius, & Sigibert. in chron. ann. 998.* Quod enim ille in suis

mona-

monasteris faciēdum curauit, id postmodum eadem Romani Pontificis authoritate vbique locorum seruandum sacris legibus sancitum videtur.

36 Vt autem id fiat post solemnitatem Sanctorum ex ordine officii ecclesiastici ratio sumpta videtur, nam ante Odilonem annis ferè 200. vixit Amalarius Fortunatus Episcopus Trecensis temporibus Ludouici Pii Imperatoris, ad quem etiam scripsit libros de officio Ecclesiastico, hic inquam *in libro de ordin. antiphon. cap. 65.* hæc ait. *Post officium Sanctorum inserui officium pro mortuis, multi enim transierunt de præsenti sæculo, qui non illico Sanctis coniuguntur, pro quibus solito more officium agitur.*

37 Quantum vero spectat ad commemorationem ipsam, ac memoriam Defunctorum, non est recenter institutum in Ecclesia; *Ex maiorum traditione* inquit *Tertull. lib. de Coron. mil. pro defunctis annua die memoriã facimus.* De iisdem anniuersariis repeti consuetis *S. Greg. Nazianz. in oratione in funere Cæsarij Fratris* hæc ait. *Alia persoluimus, alia daturi sumus, anniuersarios enim honores, & commemorationes offerentes, & ij quidem certe, qui superstites relinquuntur, hæc ex d. Breuiar. Cronolog. loc. cit.*

38 Vide quæ *Dionys. Areop. lib. de eccles. hierarch. cap. 7. Chrisost. hom. 69. ad popul. Anthioc. Cyrill. Hieros. Cathech. 5. Theophilat. in Lucam cap. 12. & alios cit. à Benz. d. cap. 47.*

39 Et quæ *Chrisost. hom. 41. in 1. ad Chorinth.* vbi *Iuuetur mortuus non lacbrymis, sed precibus, supplicationibus, & eleemosynis, & August. serm. 34. de verb. Apost.* sic dicit *orationibus vero Sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt: hoc enim à Patribus traditum, vniuersa obseruat Ecclesia, vt pro eis, qui in corporis, & sanguinis Christi communione defuncti sunt cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur; ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum eorum commendandorum causa operis misericordiæ celebrantur, quis dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur.*

40 Demum vide quæ *Innoc. IV. in eius constit. sub Catholicæ 14. 6. Martij 1254. §. denique 23. in Bullar. nouo tom. 1. fol. 76.* vbi in specie vult animas purgatorii posse suffragiis iuuari.

41 Et Clemens VIII. de anno 1594. 9. Septembris per Bullam particularem, quæ incipit *Ex debito 29. in Bullar. nouo tom. 3. fol. 49.* approbauit Archiconfraternitatem B. Mariæ de Suffragio in Vrbe institutam ad orandum pro liberatione animarum existentium in purgatorio.

Paſ-

42 Paſchalis Secundus fuit ferè primus, qui conceſſit indulgentiam plenariam per modum ſuffragii pro defunctis Eccleſiæ S. Praxedis, cuicumque animæ exiſten. in purgatorio, pro qua dicerentur quinque miſſæ, quas cum ipſe cèlebraret pro anima ſui nepotis, poſt celebrationem vltimæ miſſæ, dum adhuc eſſet in altari, in eo apparuit ſibi in teſtitudine feneſtræ, quæ eſt ante altare, Beatiſſima Virgo viſibiliter extrahens animam nepotis è purgatorio *Tol. lib. 6. cap. 26. num. 1. ſumm. Coron. Conf. ſub tit. de ſacrif. miſſ. tract. de indulg. num. 28. verſ. ita facit fol. 115.* plura alia ſimilia exempla in Sanctorum Patrum monumentis, præcipuè D. *Greg. in lib.* Dialog. ſcripta reperiuntur.

43 Eſt autem ſuffragium, ac ſubſidium, ſeu auxilium, ſeu adiutorium ſpirituale, quo fideles viuentes in hoc ſæculo mortuis ſuffragantur, ſpiritualia ſubſidia illis præſtantes, vt à pœnis purgatorij liberentur *Sot. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 1.*

44 Suffragiorum tria præcipue aſſignantur genera, primum enim eſt altaris ſacrificium, ſecundum oratio, tertium eleemoſyna: aſſignatur, & quartum complectens nonnulla opera pœnalia, vt ſunt ieiunium, ſanctæ peregrinationes, & ſimilia, de quibus *Aug. in lib. de cura pro mort. agen. Greg. lib.4. Dialog. cap.55. de quo Grat. in c. animæ defunctorum. 13. quæſt. 2. Chriſoſt. hom. 41. in 1. ad Corinth. Bellarm. tom.1. controuerſ. lib.2. cap. 16. Theſ. for. Eccleſ. p. p. c. 7. num. 29.*

Et licet Greg. ad Bonif. prout refertur *in cap. anima 13. quæſt.2.* ieiunium loco ſuffragiorum addat, & ex *Aug. lib.1. de Ciuit. Dei* cura funeris, & ſepulturæ pompa ad ſuffragia pertinere videantur, nihilominus tria primo dicta dicuntur propriè ſuffragia, alia non propriè, de quo vide *Sot. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 2.* vbi habetur de ſepultura, pompa funerum, moderato luctu, exceſſu lamentorum, ritu exequiarum, & alia ad hanc materiam pertinentia.

45 Et de ſancto ſacrificio miſſæ vti maximo inter ſuffragia *D. Greg. d. lib.4. cap.55.* ſic ait *ſacræ hoſtiæ oblatio ſalutaris multorum ſolet animas etiam poſt mortem adiuuare, & hanc nonnumquam ipſæ Defunctorum animæ expetere videntur.* Cuius exemplum patet de petitione facta à ſpiritu illo in termis exiſten. presbytero Centumcellen. de quo ſupra dictum eſt.

46 Inter opera pœnalia reducuntur Indulgentiæ, ſed non faciunt tertiũ genus, vt Theol. dicunt *in 4. diſtin. 45.* quia Indulgentia nihil aliud eſt quam applicatio ſatisfactionum, ſeu pœnalium operum Chriſti, & Sanctorum, defunctis: Opus enim pœnale idem eſt, ac ſatisfactorium, quia per illud ſoluitur Deo pro animabus exiſtentibus in purgatorio, quæ indulgentia vnica eſt via, & longe proximior, & efficacior pro

ralis

talis tantæq; pœnæ abolitione, vel remissione partis, aut totius *Paul. lib. 2. cap. 16.*
47 Et licet non semper per prædicta suffragia anima liberetur à pœnis purgatorii, nisi quando Deo placuerit, nihilominus datur eisdem animabus magnum refrigerium.
46 Indulgentia tamen tunc prodest defunctis, quando est concessa ab habente potestatem, quam solum Romanum Pontificem habere aliás supra dictum est, quando de defunctis fit specialis mentio in diplomate *D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. Cald. in cap. nostro de pœnit. & remiss.*
49 Hinc Anni Sancti Indulgentia non acquiritur pro defunctis, nisi fiat specialis mentio, vt fecit Alex. VI. in Iubileo anni 1500. de quo meminit *Steph. noct. & Cyrill. Franc. in suis lib. de Iub.*
50 Ratio est, quia est viuentium gratia, quam ex peregrinatione ad loca sancta Vrbis acquirunt, & quia defuncti adimplere non possunt quæ in bullis Pontificum describuntur, *vt Nauarr. de Iubileo not. 22. num. 1.*
51 Imo neque etiam viuus pro alio viuo, nō solum pro mortuo, si Romam veniret in Anno Sancto, Indulgentiam acquireret, quia Indulgentia tantum valet, quantum sonat.
54 Quod Indulgentiæ prosint Defunctis in purgatorio existentibus probatur, quia sicut possunt iuuari suffragiis viuentium, idest eleemosynis, ieiuniis, & aliis operibus pœnalibus per modum impetrationis, ita & per modum satisfactionis, quia talia opera sunt etiam satisfactoria, vt supra dictum est.
53 Secundo quia defuncti coniuncti sunt cū viuentibus fidelibus eiusdem fidei, & charitatis vinculo, & vnam Ecclesiam, & vnum corpus efficiunt *Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 9.*
54 Tertio, quia talis est vsus Ecclesiæ *D. Thom. in 4. dist. 45. q. 1. & 2. artic. 3. quæstiunc. 2. Bellarm. lib. 1. cap. 15. Nauarr. not. 22. Conc. Trid. sess. 25. Tol. cap. 26. Suar. disp. 53. Sot. in 4. dist. 21. q. 1. a. 3. vers. de indulg. & dist. 45. quæst. 2. art. 1. & 2. Triumph. quæst. 29. art. 4.*
Et licet *Gab. lect. 57. in can. miss.* docuerit contrarium, se tamen postea correxit.
55 Contra prædicta videtur primo facere, quod illi, qui sunt in purgatorio, non sunt de foro Romani Pontificis, cum non sint amplius viatores, nec sunt de foro Ecclesiæ militantis. Secundo fiunt Indulgentiæ pro operibus bonis exterioribus, quæ non possunt in purgatorio operari. Tertio sicut Papa non potest ligare eos, qui sunt in purgatorio, ita nec à pœnis soluere. Quarto, quia illi non sunt in statu
56 merendi &c. sed dicendum, quod duplex est meritum. Vnum essentiale

tiale abſolutum, quo quis meretur vitam æternam propria operatione per radicem charitatis, & ſic exiſtentes in purgatorio non ſunt in ſtatu merendi, quia tale meritum dependet ab opere proprio, non alterius. Aliud eſt meritum conditionale, quo quis meretur pœnæ remiſſionem, vel accelerationem, dummodo alij pro eis faciant illa, quæ ſunt inſtituta ab Eccleſia ad pœnæ remiſſionem, & ſic mereri poſſunt, & ſic Papa dat indulgentiam exiſtentibus in purgatorio, non merito eorum abſoluto, quod iam per radicem ſuæ charitatis vitam meruerunt æternam, ſed merito conditionali ab opere alterius pendente.

57 Ad obiecta modo reſpondetur; ad primum, quod exiſtentes in purgatorio ſunt de foro Papæ quantum ad meritum conditionale.

Ad ſecundum, quod non poſſunt operari operatione perſonali, ſed operatione conditionali.

58 Ad tertium, nullus ligatur niſi perſonali culpa, illi, qui ſunt in purgatorio non merentur ligari noua ligatione, ſed poſſunt abſolui à pœna, operatione aliorum, modo quo ſupra dictum eſt.

59 Ad quartum, ſunt in ſtatu merendi merito conditionali.

60 Dices quomodo indulgentia proſit mortuis, Reſpon. prodeſt per modum ſuffragij, non per modum iudiciariæ abſolutionis, vt viuis, ſed ſuffragando, ideſt applicando communia ſuffragia ex theſauro Eccleſiæ, ſicut nos poſſumus quando applicamus illis noſtra opera, cum hac tamen differentia, quod applicatio noſtrorum operum, ſeu ſatisfactionum fit de præſentibus theſauris, applicatio vero Pontificis per indulgentiam fit ex ſatisfactionibus reconditis de theſauro
61 Eccleſiæ. Proſunt autem ſuffragia tripliciter defunctis; per modum meriti, impetrationis, & ſatisfactionis: Indulgentiæ autem non ſunt niſi ſatisfactoriæ, & ſic per modum ſuffragij, ideſt ſatisfactoriè: Differunt autem Indulgentia, & ſuffragia in hoc, quia ſuffragia vt offerantur non requiritur iuriſdictio, ſecus indulgentia. Item qui offert ſuffragia neſcit an ſufficiant ad animam liberandam, ſed Romanus Pontifex offert quantum requiritur ex theſauro ad ſatisfaciendum integrè pro reatu cuiuſcumque pœnæ *Bellarm. lib. 1. cap. 14.*

62 Dicitur per modum ſuffragij, quotieſcumque Pontifex vult concedere indúlgentias defunctis, ad denotandum, quod non vtitur authoritate directa, ſicut vtitur quando concedit indulgentias viuis ſimpliciter, abſoluendo à pœnis iniunctis, & iniungendis, ſed vtitur authoritate indirectè per modum ſolutionis; ſoluendo pro illis, non autem abſoluendo illos, vt declarauit *Leo X. in quadam Epiſtol.* ſcripta *ad Caiet.* & ſic ſoluit, quod ipſi debent; quam ſolutionem

bb con-

consequitur diuina absolutio, *vt Nauarr. not. 22. nu. 22. D. Thom. in 4. distinct. 45. artic. 2. quaest. 2. Tab. quaest. 19. Vig. cap. 16. vers. 24.*

63 Solet afferri exemplum de Rege, qui haberet subditum captiuum in regno alterius, cui ipse offerret satisfactionem, hic enim diceretur liberare dictum captiuum, non absoluendo, sed suffragando *Vig. cap. 18. §. 6. vers. 24. Sot. dist. 43. q. 2. art. 4.*

64 Vel cum quis detinetur in carcere ob debitum mille, & aliquis amicus dat illa mille ex thesauro publico, iste dicitur liberare applicando precium satisfactionis aliorum, & sic aliter iste liberat, quam Iudex, qui si liberaret carceratum, vtique per modum potestatis, & absolutionis liberaret: Amicus vero per modum adiuuantis, & offerentis precium liberationis, sic Pontifex, dum concedit indulgentias viuis, dat per modum absolutionis, & potestatis; quando vero concedit mortuis per modum adiutorij, & auxilij, offerendo id quod soluere tenebantur, & hoc intelligitur per modum suffragij, confidendo de misericordia Dei, quæ claues Regni ei contulit *Alex. 4. p. quaest. 83. mem. 5. Bonauent. distinct. 20. quaest. 5. Bellarm. lib. 1. cap. 14.* Cord. *quaest. 15. & 16. Petrus Sot. lect. 3. de Indulgen. Nauarr. not. 22. num. 26. Suar. disput. 53. sect. 2. num. 8. Tol. lib. 6. cap. 26. vers. secundum Azo. lib. 5. cap. 26. par. 2. vers. 4. quaeritur Tab. quaest. 19. Sot. distinct. 21 quaest. 2. art. 3. Caiet. tract. 16. quaest. 5. 6. cap. animae 13. quaest. 2. Enr. lib. 7. cap. 7.*

65 Et sic patet quod hæc indulgentia non vt iudicium, aut sententia, aut præceptum, seu iudicis interloquutio habetur, sed vt suffragium quoddam, & adiutorium, quod & spiritualis Dei gratia, atque misericordia nuncupatur.

66 Vnde indulgentiæ, quæ à Pontifice conceduntur viuis, ab illis, quæ conceduntur mortuis, in modo, non autem in effectu differunt, cum in re idem sit dicere *Concedimus Indulgentiam plenariam, ac concedimus per modum suffragij.*

Si aliam differentiam inter has indulgentias quæris, adeas *Benz. lib. 2. cap. 49. dub. 1. vers. dico 4.*

67 Quæres an Summus Pontifex possit iudicialiter absoluere Respond. *Med. disp. 7. cap. 34. disput. 8. cap. 41.* tenet partem affirmatiuam, contrarium tamen sentiunt communiter cæteri Doctores, *vt Caiet. tract. 15. cap. 5. Sot. in 4 dist. 21. quaest. 2. artic. 1. concl. 3. Pet. Sot. lect. 3. Nauarr. not. 22. num. 6. Cord. quaest. 5. Grat. cap. 1. 24. q. 2.*

68 Nam cum authoritas conferendi indulgentias non sit alia quam sol-

ſoluendi poteſtas data à Chriſto Petro,& Apoſtolis, quæ æque patet, ac poteſtas ligandi, quæ illi opponitur, ſequitur, vt ad quæ non ſe extendit poteſtas ligandi, neque & ſoluendi, contraria enim circa idem verſantur, ſed talis poteſtas ligandi non ſe extendit ad purgatorium ex verb. *Matth. Quodcumque ligaueris &c.* & ſic ſoli homines in terra viuentes comprehenduntur, non qui ſub terra exiſtunt, quales ſunt exiſtentes in purgatorio, loquendo de iudiciaria poteſtate, quia per modum ſuffragij bene poteſt: aliud enim eſt abſoluere authoritatiuè exiſtentes in purgatorio, aliud diſpenſare authoritatiuè theſaurum Chriſti, & Sanctorum pro illis, vt per modum ſuffragij abſoluantur, tunc enim non excedit fines iuriſdictionis, vt *Caiet. quæſt. 6.*

69 Et quia ligare in hoc caſu intelligitur impedimentum ponere, ſequeretur, quod ſi talem poteſtatem Papa haberet in purgatorio, precluderetur via eundi ad cœlum, quia eſſet contra diuinam voluntatem, quia contra *Matth. cap. 16. Tibi dabo claues*, ideſt ad remouendum impedimentum, ergo ſicut non habet ligandi, neque habet ſoluendi, niſi eo modo, quo dictum eſt.

70 Vltra quod, finis, quo fuit data vtraque poteſtas in hac vita, fuit ſalus, & charitas, ſed ſi in purgatorio daretur poteſtas ligandi eſſet in perditionem, non in ſalutem *Suar. diſput. 49. ſect. 1.* & ſi in hac vita dicta poteſtas poteſt eſſe fauorabilis, & vtilis, in purgatorio non poteſt eſſe talis, ſed damnoſa, quia reſtringeretur aditus ad cœlum, & ſuffragia nihil iuuarent.

71 Ratio autem cur Papa in purgatorio ſolum ſoluendi habeat poteſtatem, non autem ligandi, & dum ſumus viatores ſoluendi,& ligandi, eſt, quia expedit Eccleſiæ, vt in hac vita liget, expellat, & puniat delinquentes ad correctionem, ad obuianda ſcandala, ad ſalutem animæ, & ad alias vtilitates: In purgatorio autem nulla poteſt eſſe correctio, quia nullum poteſt eſſe nouum demeritum, vt in hac vita, in qua poteſt eſſe meritum, & demeritum, ideo datur poteſtas & ſoluendi, & ligandi.

72 Et actus iuriſdictionis, quo vtitur in abſoluendo per modum ſuffragij, non eſt vti ille, qui exercetur in ſubditos, ſed vti in rem communem Reipublicæ, ideſt in theſaurum, quatenus authoritate clauium diſpenſatur in defunctos.

73 Quia Summus Pontifex tamquam ſupremus Vicarius Chriſti habet claues, quæ extenduntur etiam ad animas in purgatorio, quæ dicuntur oues Chriſti, & communio Sanctorum, & dum concedit Indulgentiam per modum ſuffragij duo facit, primum vtitur poteſtate iuridica in aperiendo theſaurum, & illum dictis animabus ap-

plicādo, vtendo iurisdictione disponendi de bonis communibus Ecclesiæ: secundum per istam applicationem soluit debita animarum, eas liberando à purgatorio.

74 Sed contra prædicta nonnulla solent afferri argumenta, inter quæ aliqua adducam.

75 Primo quia per illa verba dicta *Quodcumq; solueris super terram*, terræ nomine purgatorium quoque accipitur, quia sub nomine Cœli, & terræ, vniuersa loca, quibus homines, ac reliquæ, vel spirituales, vel corporales creaturæ in Scriptura sacra continentur, intelliguntur.

Et dum soluit, exercet iurisdictionem, & concedere indulgentias est propriè actus iurisdictionis.

76 Secundo, quia defuncti dum sunt in purgatorio adhuc sunt viatores, quia dum in purgatorio detinentur, per iter quoddam ambulare videntur per viam ad cœlestia regna.

77 Tertio Ecclesia sicut potest excommunicare defunctos *cap. sane 24. q. 2.* ita etiam & absoluere ab excommunicatione.

78 Quarto facit D. *Greg. lib. 2. Dial. cap. 23.* de Monialibus excommunicatis à S. Benedicto, quę de sepulchris exire videbantur, & de Ecclesia recedere, quando inter Missarum solemnia Diaconus clamabat, *Qui non communicant, recedant.*

79 Ad prædicta respondetur, & primo ad primū sub nomine Cœli, & terræ non comprehendi purgatorium, cum non sub terra, sed subtus terra dicatur, ideo non potest animas mortuorum citare, non causam eorum cognoscere, non cogere ad obedientiam, nec habet authoritatem, nisi ad oues, quæ pascendas suscepit *Io. 21. pasce*: & licet concedere indulgentias sit iurisdictionis *cap. quod autem de pœnit. & remiss.* nihilominus intelligitur, vt dictum est supra, de disponendo de re communi, & de soluendo debita animarum non vt eam exerceat, tamq; in subditos, hac enim de causa additur per modum suffragij, vt patet ex Bullis Iubileorum Clementis Septimi, Alexandri Sexti, & aliorum, quos refert *Gabr. in addict. ad lect. 57.* quæ clausula opponitur ei, quæ est per modum absolutionis.

80 Ad secundum Respondetur non omnes viatores propriè esse subiectos Pontifici, sed solum eos, qui sunt oues visibiles ouilis, & possunt, vti viatores, auxiliari, non vt subditi per modum absolutionis, sed vt amici absentes per modum suffragij.

81 Ad tertium Respon. posse excommunicare, & absoluere solum ab eis, quæ à viuentibus fieri debent, nam cum defunctus excommunicatur, fit, quia post mortem detegitur excommunicatus, & sic decla-

claratur excommunicatus, vt non fiant suffragia, vnde declaratio potius, quam excommunicatio dicitur.

82 Ad quartum Resp. vel inter miracula adscribi, vel non excommunicauit post mortem, sed in vita.

83 Quæres an Indulgentia prosit defunctis ex condigno, idest ex iustitia, obligatione, & certa lege, vel ex congruo, idest benignitate, beneuolentia, magnificentia, & liberalitate Dei? Resp. de condigno tenet *Sot. dist. 21. quaest. 2. art. 3. vers. ex altera tamen Nauarr. not. 22. num. 16. & 20.* quia potest vnus viuens pro altero viuente satisfacere, ergo & pro defunctis *idem Sot. dist. 45. q. 2. art. 3. circa finem Benz. lib. 2. cap. 50. vers. dico secundo,* vbi multis probat, & sicut de iustitia detinetur, ita de iustitia debet liberari: nullum enim malum impunitum, nullum bonum, quod non sit remuneratum, & debitor detentus in carceribus pro debito, eo soluto, debet excarcerari.

84 Alij de congruo *Caiet. tract. 13. quaest. 5, Pet. Sot. lect. 3. & alij, de quibus Benz. lib. 2. cap. 50.* Ego autem Bellarminum sequendo *lib. 1. cap. 14.* primam vti piam, secundam vero opinionem vti rationabilem amplecti posse dico.

85 Illud tamen certum est, quod siue de condigno, siue de congruo semper Indulgentiæ suum sortiuntur effectum, quia liberatur anima, pro qua fiunt.

86 An Indulgentia per modum suffragij prosit infallibiliter defunctis Resp. affirmatiuè, sicut valent viuentibus *Caiet.* vero *negat tom. 1. tract. 16. quaest. 5.* vbi asserit totum effectum Indulgentiæ pro defunctis pendere ex mera liberalitate Dei, neque esse certum ex aliqua lege, seu promissione diuina, quia vis harum nascitur ex efficacia satisfactionum Christi, & Sanctorum, & ex pacto Christi, & communione Sanctorum. Deus enim cuius misericordiæ non est numerus semper acceptat huiusmodi Indulgentias pro defunctis, sicut & alia suffragia, quæ ordinariè pro ipsis Ecclesia offert, cum sint eius amici, & nobis charitate coniuncti *Nauarr. not. 22. Syl. q. 3. Tab. quaest. 19. Cord. q. 17. Suar. disp. 53. sect. 3. num. 3. seq. Benz. lib. 2. cap. 51. vbi multis probat Enriq. lib. 7. cap. 7. Sot. in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. Azo. lib. 5. par. 2. cap. 26. vers. quinto quaeritur.*

87 An Papa possit concedere Indulgentias viuis per modum suffragij? Resp. *Nauarr. not. 22. num. 23.* affirmat *Suar.* vero *disp. 53. sect. 3. num. 10.* negat & *num. 13.* addit posse Papam immediatè concedere Indulgentiam defunctis nullo viuente medio, qui pro defunctis operetur.

88 An suffragia prosint tantum illis, pro quibus suscipiuntur, an omni-

nibus in communi, Resp. *Bellar. lib. 1. cap. 14.* vult omnibus prodesse quoad gaudium accidentale, quoad satisfactionem, & liberationem à pœnis, suffragia Ecclesiæ communia prodesse omnibus in communi, suffragia vero particularia, & Indulgentias, quæ pro certis animabus suscipiuntur, non prodesse nisi illis, quibus ex intentione viuentium applicantur, & multis ibi comprobat, vide *præposit. relat. à D. Thom. in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 4. Suar. tom. 4. disp. 48. sect. 3. num. 6. corol. p. & Ang. fol. 29. de indulg.* intelligit acceptas
89 speciatim non prodesse alijs ad diminutionem pœnæ extensiuè, secus intensiuè, quia cum sint in charitate, gaudent cum gaudentibus, & suffragia oblata pro omnibus, aut pluribus animabus, singulis iuxta intentionem offerentis diuiduntur. Deus enim diuidit secundum animum offerentis, vide ad quæstionem *Sot. in 4. dist. 45. q. 2. art. 4.*

90 An Papa possit spoliare purgatorium vna vice Respon. aliqui negant, vt *Cord. quaest. 18.* & reliqui citati *à Benz. lib. 2. cap. 48. Philiarc. to. 2. lib. 2. c. 36. Bonauent. & Turrecrem. in §. itē ex Leuit. de pœnit. dist. 1. quaest. 6. n. 73. Cald. in cap. nostro de pœnit. & remiss. Hieronym. à Sorb. vers. Indulgentia, vers. notandum est similiter,* ratio est, quia licet Papa habeat supremam potestatem, non tamen potest solo verbo liberare omnes animas à purgatorio, quia sic videretur illud destrui, & sic deesset locus pro luitione pœnarum in aliorum exemplum *Pauli. lib. 2. cap. 6. Barth. Sibill. q. 14. q. 3. 3. cap. fol. 210.* & auferentur suffragia, & quod Christus in descensu ad inferos non fecisse creditur, multo minus Pontifex, qui eius vices gerit in terris, efficere debet.

91 Aliqui vero affirmant *vt Gabr. d. dist. 45.* præsupposita tamen iusta causa, puta si pro recuperatione Terræ Sanctæ concederetur Indulgentia plenaria pro defunctis, tot Bullæ possent accipi pro animabus, quod expoliaretur purgatorium *Triumph. q. 32. art. 3.* quantum ad absolutam iurisdictionem Pontificis, & quantum ad illos, qui sunt de eius foro, quantum vero ad eius ordinariam exequutionem non potest, nec debet *Et Syl. verbo Papa §. 6. Armill. eod. §. 11. Michael. Med. de indulg. disput. 7. & 8. Anton. 3 p. tit. 22. lib. 5. §. 6. Nauarr. not. 31. num. 48. Cord. quaest. 18. Enriq. lib. 7. cap. 8. n. 3.* qui omnes concludunt, non posse præcise ad libitum, posse tamen per applicationem infiniti thesauri Ecclesiæ, si tamen sint, qui faciant opera ab eo iniuncta in suffragium pro dictis animabus.

92 Et ad illud quod obijcitur, quod defuncti numquam fuerunt in potestate Papæ. Respon. cum *Nauarr. loc. cit.* omnes qui saluantur, esse aliquo modo sub potestate Papæ.

93 An Papa possit facere, quod duorum existentium in purgatorio in æqua-

æquali pœna, vnus citius liberetur, quam alius, Respon. affirmatiuè *Spec. pereg. quaest. q. 15. q. 4. 3. cap. fol. 212. Mag. sent. in 4. dist. 45. ibid. Sot. quaest. 2. art. 4. D. Thom. Quodlib. 2. quaes. 7. art. 14. Triumph. q. 32. art. 1.* vbi plura.

94 Potest etiam Papa facere, quod bona opera facta ab existenti in peccato mortali sint meritoria illis, qui sunt in purgatorio *Magist. in 4. sent. dist. 45. D. Thom. in addit. ad 3. par. q. 71. art. 3. Triumph. q. 32. art. 2.* si nomine Ecclesiæ fiant

95 An per communicationem Indulgentiæ possit Papa contritos, & confessos sic à tota pœna, & culpa absoluere, vt non transeant per ignem purgatorij Respond. *Triumph. quaest. 32. art. 4.* resoluit affirmatiuè, seruata voluntatis applicantis determinata intentione, clauis scientiæ determinata descriptione, clauis potentiæ recto vsu, & determinata iurisdictione, modo in recipiente, sit fides in intellectu, claritas in affectu per contritionem, & confessionem, ac tota impletio in effectu illius, pro quo facta est indulgentia: quatuor tamen retardatiuis ablatis, videlicet indulgentiæ taxatione, peccati ignorantia, vel obliuione, peccati mortalis sequentis, Indulgentiam perpetratione, & culpæ venialis expurgatione, vide *Syl. in verb. indulgentia in fin. Sorb. in compend. priuileg. eod. §. tertium notabile*.

96 An Indulgentiæ valeant defunctis quantum sonant Resp. affirmatiuè, sicut valent viuis *Suar. disp. 56. sect. 3. num. 7.*

97 Pro consequendis Indulgentijs pro defunctis tria requiruntur de necessitate, alia vero ad bene esse. De necessitate requiritur authoritas in concedente, quæ tantum est in Summo Pontifice. Secundo causa iusta, & rationabilis. Tertio adimpletio operis iniuncti *D. Thom. dist. 45. q. 2 art. 3. q. 1. Bellarm. lib. 1. cap. 14. Suar. disp. 49. sect. 3.*

98 Quarto, ad bene esse, vt defunctus pro quo suscipitur Indulgentia, dum viueret, fuerit deuotus clauium Ecclesiæ, charitatiuus erga animas defunctorum, ita vt illas suffragijs iuuare studuerit, & pro suis peccatis satisfacere non neglexerit *Caiet. tract. 16. quaest. 5. D. August. lib. de cur. pro mort. cap. 1. Enchi. cap. 109.* quorum sententia, & si vtilis, & pia sit ad excitandos viuentes ad opera bona, non est tamen sequenda, ita vt de necessitate requiratur.

99 Quinto vt suscipiantur Indulgentiæ ab existente in gratia, quod de necessitate *Tab.* dicit *verb. indulg.* & ideo pluries esse facienda opera bona pro defunctis asserit, sed contra *Tab.* est communis opinio, & licet in subsidijs præstandis pro defunctis requiratur status gratiæ, prout requiritur, quando vnus viuus orat pro alio viuo; oportet enim vt vterque sit in gratia pro effectu satisfactorio, seu meri-

torio, licet quando vnus est in gratia, alter vero non, prosit pro parte interpretatoria *vt Fel. tract. de indulgen. col. 8. Couarr. cap. alma par. 1. §. 4.* Non sic tamen procedit in indulgen. in his enim dispar est ratio, quia etsi eas suscipiens pro mortuis sit in peccato, nihilominus satisfacit, & pro illis lucratur *Nauarr. not. 22. num. 30. & 32. & cons. 10. de priuileg. Suar. disput. 53. sect. 4. num. 5. & 6.*

100 Ratio diuersitatis est, quia quando peccator viuus ieiunat, & reliqua opera bona facit pro defuncto, facit de proprio, & Deus cui est inimicus non exaudit illum, *Peccatores enim Deus non exaudit*, sed quando consequitur indulgentias, nihil dat de suo, sed bene applicatione meliorum meritorum, & suffragiorum Ecclesiæ, quæ semper est in statu gratiæ, & munus à Principe missum alteri Principi per mancipium ob liberationem v. g. alicuius captiui, recipitur, & liberatur carceratus, quia donum non est mancipii, sed Principis, ita euenit in lucrãdis indulgentiis pro mortuis ab existente in mortali peccato *Nauarr. cons. 36. de pœnit. & remiss. & de indulg. not. 22. Sot. in 4. dist. 19. q. 1. art. 5.*

101 Dices an quælibet missa prosit pro defunctis, & sic an ita missa pro defunctis instituta, quæ dicitur de requie, ac alia missa de feria, vel de Sancto occurrenti, Respond. ratione sacrificii oblati quælibet missa æqualiter prodest, omnes enim sunt æqualis valoris ex opere operato: ratione vero precum, & orationum, magis prodest missa pro defunctis ratione operis operantis, ideo enim Ecclesia illas instituit, quare ex parte Ecclesiæ instituentis magis valent, hoc tamen posset maiori deuotione compensari, & missa de requie resonat defunctorum commemorationem, alio etiam respectu valet minùs, quia breuior est, & breuiùs, & minùs attente, vt plurimum, dicitur, vide *D. Thom. distinct. 45. quæst. 2. art. 3. quæstiunc. 1. & 5. Gab. in can. miss. lect. 56. 57. Nauarr. cons. 9. de celebrat. miss.*

102 Et licet idem prorsus sacrificium sit in omnibus missis, quod offertur Deo, non tamen semper est eadem causa, pro qua offertur, est semper eadem principalis Dei gloria, & nostra salus, sed variæ causæ particulares, & proximæ, vt pro gratiarum actione, gratia obtinenda & cæt. Et sicut sunt causæ particulares, ita sunt diuersæ orationes, Epistola, Euangelia, & reliqua, & omnia proportionata, quibus excitatur celebrantis, & audientis animus ad id particulariter orandum, ideo institutæ sunt diuersæ missæ.

103 Dices si homo, qui est in peccato mortali, facit celebrare, vel ipsemet

met celebret in peccato mortali pro anima purgatorij in Altari priuilegiato, an talis anima liberetur, Respondetur affirmatiue, hic enim non consideratur opus ex parte operis operantis, & sic ministri celebrantis, seu facientis celebrare, sed ex parte operis operati, idest Dei *Couarr. c. Alma p. 1. §. 5. Nauarr. not 22. nu. 30. & 32. & cons. 10. de priuil. Suar. disp. 53. sect. 4. 5. 6.* & differt sacrificium missæ ab alijs operibus pœnalibus, Missa tamen dicta à malo Sacerdote, & existente in peccato, differt ab ea, quæ dicta est ab illo, qui est in gratia, in hoc, quod pars operis operantis est magna pars valoris.

104 Hinc debēt aduertere Sacerdotes, quod tenentur celebrare missas, quas Testatores specialiter reliquerunt, aliàs fraudant illos, pro quibus celebrant peculiari fructu, non quidem principali, & posset oriri scandalū, quod Sacerdos non celebret missas, pro quibus datur eleemosyna, quare si missam de requie est onus celebrandi, illa & non alia de Sancto, vel de feria celebrari debet, licet quæcumque prosit.

105 Diebus tamen festis non sunt dicendæ missæ votiuæ *c. quidam de celebrat. miss.* sed propriæ, nisi causa vrgeat, vt pro benedictione nuptiarum, sepultura alicuius, & similes, secundum rubricas.

106 At si in illa Ecclesia non esset nisi vna missa; & Ecclesia sit curata, vel etiam si non sit curata, tamen populus ad illam audiendam accedit, non debet omitti missa de festo pro votiua, nisi ex causa *c. ex hoc de consecr. dist. 1. vbi Turrecrem. Abb. in c. quidam de celebrat. Miss. Conc. Senon. p. 2. c. 15. Mediol. 4. Prouinc & d. c. quidam* loquitur ne omittatur missa diei propter particularem; alia enim particularis diebus festis potest cantari; Missa tamen diei non omissa *Conc. Calag. cap. 10.* Et rubrica Missalis intelligitur, quando missa ex propria deuotione dicitur, vnde diebus festis cantantur missæ pro natiuitate Principum.

107 Et si consuetudo sit, quod Monialis non sepeliatur absque missa defunctorum, etiam in die Paschatis posset cantari, dummodo non impediatur solemnitas diei, & scandalum cesset *Philiar. lib. 2. c. 11.*

108 Si vero missæ sint relictæ ad arbitrium, licet quælibet missa sufficiat, consulerem tamen, vt diceretur vel de requie, vel de B. Virgine, magis quam de feria, quia vbi desunt orationes particulares Defunctorum, supplet intercessio Beatissimæ Virginis pro illo Defuncto.

109 Idem dicendum est, quando est facta electio personæ, puta quia à Testatore sit factum legatum alicui Monasterio de scutis centum, vt Fratres dicti Monasterij celebrent tot missas pro anima testatoris, si illas faciunt celebrare per alios Sacerdotes sæculares, fraudem legi faciunt, & peccant, quia non debet fieri mutatio personæ.

110 Hinc die 9. Nouembris 1619. in sacra Congr. Conc. Trid. ventilata fuit quæstio an Cappellanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Sixti Viterbien.

teneretur per se ipsum missas celebrare, atque inseruire in diuinis, posita fundatione Cappellæ in eadem Ecclesia, infrascripti tenoris videlicet: *Qui quidem Cappellanus teneatur, & obligatus sit qualibet hebdomada dicere in ipsa Ecclesia pro remissione peccatorum ipsius testatoris duas missas, & deseruire Ecclesia in diuinis,* & pluries discussa, censuit per se ipsum in diuinis deseruire debere per *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12.* de ref. Missis vero per alium posse satisfieri, extra tamen Cathedrales, & Collegiatas, illa verba, *teneatur in diuinis deseruire,* non important seruitium personale, in quibus terminis loquitur *Lap. alleg. 35.*

111 An autem seruire in diuinis importet seruitium Chori, videnda sunt, quæ hinc inde in hac causa deducta fuere super *sess. 22. cap. 4.* de ref. *de quibus in Alphab. verb. Cappellanus; Missa.*

Interim vide *Gars. p. 7. c. 1. nu. 75 78. Lap. alleg. 31. 35. Mantic. decis. 129. & Lap. alleg. 117. nu. 2.* ex quibus colliges An Cappellania sit sacerdotalis ex eo solo, quia habeat onus celebrandi annexum, vt quia fuerit dispositum, vt Cappellanus celebret tot missas, &c.

112 Idem dicendum est quando est facta electio Altaris, non enim potest mutari locus *Abb cons. 99. p. 2. Nauarr. de hor. Can. cap. 5. nu. 11.* nec causa absentiæ excusat, puta si in aliqua ciuitate reperitur causa studij, non enim potest ibi celebrare pro satisfaciendo obligationi, quam habet in alio loco.

113 Et licet vbicumque missæ dicantur, & applicentur defunctis semper prosint, si tamen celebrentur in Altari priuilegiato, vltra meritum, & suffragia, concurrunt indulgentiæ.

114 Dices, an missæ dicendæ in Altari priuilegiato pro Defunctis, necessariò debeant esse de requie, Respondetur, sufficit quælibet missa, quando generaliter loquitur Pontifex, & eius beneficium est latè interpretandum *Nauarr. cons. 14. & 37. & 38. de pœnit. & remiss. & tit. de priuil.* secus autem dicendum si in bulla aliter disponatur, quia tunc debent dici missæ sicut cantat Bulla.

115 Aduertendum, quod gratia de altari priuilegiato pro animabus Purgatorij facta alicui dicenti, quod in Ecclesia adsunt viginti Sacerdotes, si re vera non sunt, non valet; sed est reformanda *Rod. q. 96. art. 5. quæst. reg.*

116 An quando in Indulgentijs dicitur, *quod liberatur anima à Purgatorio,* liberetur illa particularis, pro qua applicantur Indulgentia, & suffragia, vel alia, quæ Deo placet, Respondetur, aliqui tenent liberari animam, quæ Deo placet, sed communis, & vera opinio contrarium sentit, nempe quod liberetur illa, pro qua applicantur. Hinc si duæ animæ sunt in purgatorio habentes æquales pœnas, si suffragia fiant pro vna, & non pro alia, illa liberatur pro qua fiunt *D. Thom.*

quodlib.

quodlib.2.ar.14.Nauarr.not.22.nu.45.Cord.q.17.Rodr. quæst. reg. q.86.art.7. vbi subdit, quod ad hoc, vt talis anima liberetur tria debent concurrere. Primo quod sit sufficiens causa ad tantam Indulgẽtiam concedendam, defectu cuius, viuus, & defunctus potest non lucrari totam quantitatem, etiã si fiant omnia requisita. Secundo, quod fiat per aliquem viuum debitè exequendo, quod imponitur per concedentem. Tertio, quod talis anima sit omnino digna, & idonea tali suffragio, vt à Deo acceptetur liberaliter ad plenum effectum.

117 Illud autem quod habetur in *c.non mediocriter de consec.dist.5.* vbi qñ oratur pro cũctis animabus, perinde est ac si pro vna qualibet oretur, & oratio facta pro vna est veluti lux, quæ lucet omnibus, intelligitur, quando oratur pro vna Anima existenti in Purgatorio, licet ipsa in particulari habeat partem satisfactoriam; reliquæ tamen sentiunt gaudium, quod illa liberetur, & sic lucet omnibus illa oratio, quia omnes gaudent bono alterius, vnde liberatio in persona vnius est lætitia in persona omnium.

An necesse sit animam nominare, vel expresè determinare in intentione, quando applicatur suffragium. Respondetur satis est applicare in generali, seu in confuso, vt v.g. magis egenti ex consanguineis, & Benefactoribus, &c.

118 An Indulgentiæ prosint defunctis, qui dum viuerent non meruerunt, vt illis prodessent, vel non adiuuarunt Defunctos suis suffragijs; Respondetur *Caiet.* negat cum *Couarr.* oppositum tamen tenendum est, quia anima, quæ est in purgatorio decessit in gratia, & est membrum Christi, ergo vt particeps eius influxus. Secundo, quia ratione gratiæ pertinet ad communionem Ecclesiæ, ergo. Tertio, quia meruit præmium essentiale, ergo & accidentale *Sot.dist.21.q.2.ar.3. in fi.Nau.not.22.nu.45.Suar.disp.53.sect.4.nu.9.*

Adde tamen veram esse opinionem de suffragijs communibus, quæ scilicet in genere offeruntur pro animabus purgatorij *Sot. dist. 45. quæst.2.art.1.concl.1.*

119 An huiusmodi suffragium prosit mortuis eo modo, quo viuis. Respondetur *Azor.lib.4.par.2.c.18.vers. quinto quæritur §. dubiæ quæstionis est,* ait probabiliorem esse sententiam eorum asserentium viuis prodesse, quia Pontifex tamquam Iudex directè eos absoluit à pœnis culpæ debitis; Mortuis vero prosunt, non quia directè, vt Iudex eos absoluit à Purgatorio, sed quia eis extra Pontificis ditionem ad forum Dei, deductis, ex bonis ipsius Ecclesiæ aliquid impertit, tamquã eleemosynæ subsidium, quod pro pœnis debitis soluant, ac proinde eos redimant.

120 An Missæ, quæ celebrantur in Altari priuilegiato, applicatæ pluribus, æquè pariter prosint singulis, ita vt vna missa, quæ dicitur pro

vno

vno possit prodesse pluribus'; Respondetur aliqui ita distinguunt, aut sumus in modo congratulationis, vt vnica missa applicata pro vno, prosit omnibus; Aut in modo expiationis, & tunc secus. Dicitur per modum expiationis, quando quis applicat missam pro tali anima, tunc enim illi tantum prodest, pro qua applicatur, quia expiatur, idest purgatur, & liberatur illa anima per illud sacrificium Missæ, ideo missa relicta pro particulari, non est pluribus applicanda, aliàs esset diuidere aureum, qui debet persolui vni, pluribus.

121 Nec pro vnica missa potest recipi multiplex stipendium *Tab.verb. institutio nu.33.Nauarr.c.25.nu.42.*

122 An autem Parochus qui tenetur celebrare missam in sua parochia possit recipere alias eleemosynas pro eisdem missis, dicam *in Alphabetico verb.Missa* vide *Vgol.de Offi.Ep.cap.16. & cap.18. in princ.Summ.Coron. Conf.de sacrif.miss.c.15. par.4.fol.85.*

123 Hinc dico, quod si in aliqua Ecclesia adest altare priuilegiatum, & non sit sufficiens numerus Presbyterorum pro missis celebrandis relictis à fidelibus, non possunt dici duæ, vel tres missæ pro tot relictis, quæ sunt multò maiores numero, etsi Ecclesia habeat mare magnum, debet hoc in specie priuilegium declarare, scilicet quod pro vna missa pluribus satisfiat.

124 Dices, Antonius legauit centum, vt celebrentur pro anima sua viginti Missæ, Petrus vero legauit etiam centum, nulla facta mentione numeri missarum, si hæres faciat vtrumque æqualem numerum Missarum celebrare, quis plus meret ipsorum? Respondetur qui determinauit numerum missarum *Sot.dist.45.q.2. art.3.& 4.*

125 Ex quo dico, quod quis potest obtinere maiorem Indulgentiã per vnum, quam per alium, faciendo maius bonum, vel deuotius visitando Ecclesias *Extrauag. Antiquorum §. vnusquisque* vbi *gloss. vers. consequenter plura de pœnit.& remiss.*

126 Pro suffragijs animarum, quæ sunt in purgatorio potest fructus ille sacrificij, qui à Doctoribus medius appellatur applicari, non solum à celebrante pro animabus Purgatorij, sed etiam ab illis, qui aliquo modo concurrunt ad idem sacrificium, vel eleemosynam, vel præsentia, vel inseruiente, qui communiter Consacerdotes dicuntur *Ioann. Babt. Scor. tract.de sacrif. Miss.*

127 Quæret aliquis, quare in Cappella Pontificia singulis annis non fiãt anniuersaria pro omnibus summis Pontificibus mortuis, sicut fit pro Cardinalibus; Respondetur, quia singulis annis Põtificatus vnius fit anniuersarium Pontificis immediatè præcedentis; finito autem illo Pontificatu piè credendum est, animam Pontificis prædecessoris nõ esse amplius in purgatorio, & eadem militaret ratio in singulis Episcopa-

scopatibus, si idem seruaretur ritus, sed vbi non seruatur, fiunt anniuersaria generalia pro omnibus Episcopis. Fit autem singulis annis anniuersarium pro Cardinalibus, quia sunt multi, & timendum est, ne aliquorum Animæ sint in purgatorio *ita Philiarc.tom.2.c.13.*

128 An prohibitum sit dicere missas, vulgo dictas il trent'uno, seu D. Greg. Respondetur, videtur affirmatiue ex *Conc.Trid.sess.* 22. *de obseruan.& vitan. in celebrat.Miss.§.quorumdam*, vbi prohibetur certus numerus missarum.

Secus tamen dicendum est, cum *D.Anton. & Turrecrem. & Conc. Triden.* intendit prohibere quasdam mulierum superstitiones, dum quærunt certas missas cum certo numero candelarum, Euangeliorum, & simil.

129 Vt autem sciatur quomodo res sese habeat de istis Missis D.Greg. est notandum, quod tempore D.Greg. cum Iustus Monachus ad extremum vitæ peruenisset, Copioso Fratri suo innotuit occultatos tres aureos habere: Copiosus Fratribus retulit, qui tam diligenter innagati fuere, vt in medicamine (Medicus enim fuerat Iustus in sæculo) absconsos tres aureos inuenerint, cuius rei D.Greg. conscius, mœrore percussus (cum propria Fratribus habere esset prohibitũ) iniunxit, ne quis ex Fratribus ad morientem accederet, & cum mortuus fuerit, corpus in sterquilineo sepeliretur, & quod omnes clamarent. *Pecunia tua tecum sit in perditione*. Iustus cum ad mortem peruenisset, & anxiè quæreret commendari fratribus, cur nullus loqui dignaretur, & ab omnibus esset abominatus, causa illi indicata fuit. Protinus de reatu suo vehementer ingemuit, & sic è corpore anima separatur, & in sterquilineo fuit sepultus. Cum vero post mortem eius triginta iam essent euoluti dies, cœpit Greg. compati defuncto Fratri, & perpendens, quod Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, dixit Præcioso Monasterij præposito: *Diù est, quod Frater ille, qui defunctus est in igne, cruciatur, debemus, & aliquid charitatis impendere, & eum in quantum possumus, vt eripiatur, adiuuare: Vade itaque ab hodierno die, diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium, stude, vt nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius hostia salutaris non offeratur*. Præciosus Præpositus dictis paruit, & diebus dictis triginta euolutis, & non numeratis, Iustus, qui defunctus fuerat, nocte quadam Fratri suo germano Copioso per visionem apparuit, quem ille cum vidisset inquisiuit dicens: *Quid est Frater? quomodo es?* cui respondit, *hucusque male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi*, qui Copiosus Fratribus iudicauit; & computatis diebus per Fratres, ipsa dies extiterat, quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta, & sic concordata visione, & sacrificio res

apertè

apertè claruit, quod Iustus defunctus per salutarem hostiam euasit supplicium, hæc *D.Greg.lib.4.Dialog.cap.55. & Io. Damasc. serm.de sanctis*.

130 Hinc inoleuit vsus dictarum missarum, & ne videretur Ecclesia alligata numero triginta, addit aliam, & sic dicitur 31. ad demonstrandum, quod ille numerus triginta non erat ita determinatus, vt non posset esse maior, & sic ad tollendam superstitionem.

131 Et de numero 41. legitur *in c.quia alij 24.13.q.2.vbi Ambros. in lib.de obitu Theodosii Imperatoris* dat rationem, quare certi dies in mortuorum commemoratione seruentur dicens: *Quod Defuncto Iacob.præcepit Ioseph filijs suis, vt sepelirent eum, & sepelierunt, & repleti sunt ei quadraginta dies, sic enim denumerantur dies sepulturæ, & luxit eum Israel septem diebus Gen. 50.*

132 Sic etiam de numero triginta habetur *in Deuteron. cap.34.num.8.* vbi *Planxerunt filij Israel Moysen diebus triginta, & consumati sunt dies luctus. Et Aegyptus fleuit septuaginta diebus super Iacob. Genes. 50. num. 4.*

133 De huiusmodi numero trigesimi, aut septimi, vel tertij anniuersarij est etiam textus *in c.nullus.7.44.dist. & in c.nullus 25.de consecr. dist.1.* Quadragesimi vero nulla habetur mentio, nisi apud Hebræos. Tertia autem, octaua, vigesima, trigesima, quadragesima, & quinquagesima die anniuersaria agi consueuisse in memoriam defunctorum antiqui libri ritualis testantur. *Tertull.de Coron. Milit. Nazianz. in funere Cæsar. Hieron. Epist. 27.*

134 In Missali Romano antiquo maximè impresso Parisijs anno 1557. missæ 30. S.Greg. sic erant distributæ.

Prima de Dominica prima aduentus. Secunda de Natiuitate Domini. Tertia de S.Stephano. Quarta de S.Ioanne Euangelista. Quinta de Innocentibus. Sexta de Epiphania. Septima de eius octaua. Octaua de purificatione Beatæ Mariæ. Nona de Septuagesima. Decima de Dominica prima quadragesimæ. Vndecima de Dominica secunda Quadragesimæ. Duodecima de Dominica quarta Quadragesimæ. Decimatertia Beatæ Virginis. Decimaquarta de Dominica in ramis Palmarum. Decimaquinta de Cœna Domini. Decimasexta de Resurrectione Domini. Decimaseptima de Ascensione Domini. Decimaoctaua de Pentecoste. Decimanona de festo Trinitatis. Vigesima de Dominica prima post Pentecost. Vigesimaprima de Dominica secunda post Pentecost. Vigesimasecunda de Sancto Ioanne Baptista. Vigesimatertia, de Sancto Petro, & Paulo. Vigesimaquarta de Sancta Maria Magdalenæ. Vigesimaquinta de Sancto Laurentio. Vigesimasexta de Assumptione Beatæ Virginis. Vigesimaseptima de Sancta Cruce. Vigesimaoctaua de Sancto Michaele. Vigesima

ſimanona de Sancto Gregorio, vel de omnibus Sanctis. Vltima de mortuis, & ſingulis diebus erat dicendum Nocturnum illius diei ante miſſam, & deinde Pſalmi Pœnitentiales, cum præcibus, & poſt celebrationes, recitandę erant vigilię mortuorum, & omni die ieiunã-
135 dũ; & referunt Innocentiũ Papam conceſſiſſe quã plures Indulgentias dicentibus, vel dici facientibus dictas Miſſas, quæ hodie ſublatæ ſunt per Miſſale iuſſu. Pij V. editum, & Clementis Octaui reformatũ, hæc *ex Ludou. Paleſtr. in 1. par. reſponſ. caſ. conſcien. rela. ab Vgol. de officio Epiſcopi c. 16. §. 2. nu. 13. fol. 153. 1. par.*
136 Si quis legatum fecit, vt dicantur dictæ miſſæ 31. & 41. ſi non determinat, vt dicantur miſſæ de requie, vel de ſancto, poſſunt dici ad arbitrium, licet bonum eſſet in feria dicere de requie.
137 An autẽ ſint dicendæ cõtinuatim, vel interpolatim, dico quod poſſunt dici, vt libuerit, ſemper enim ſatisfit, melius tamen eſt dicere continuatim, quia citius liberatur anima, prout de D. Greg. præciſe legitur, vide *D. Anton. 3. p. tit. 12. & 13. c. 3. circa finem Card. in d. cap. quia 13. q. 2.*
138 An ſuffragia magis proſint quando dicuntur ſemel multiplicatè, eodem tempore, vel ſucceſſiuè, diſtinctis temporibus; ita vt melius ſit dicere mille miſſas ſtatim ac quis mortuus eſt eodem die, an celebrari ſingulis annis tot anniuerſaria in perpetuum. Reſpondetur vtrumque bonum eſt, tamen ſuffragia eleemoſynarum, miſſarum, & ſimilium ſemel dicta multiplicatè, eodem tempore valent, & proſunt animæ Defuncti ad celeriorem liberationem. Illæ vero, quæ dicuntur ſingulis annis proſunt ad maiorem honorem, & obſequium Dei, & ſi illa anima eſt liberata à Purgatorio, & eſt in paradiſo, ſemper ſentit gaudium de ſuffragijs ſingulis annis factis. Item proſunt alijs, qui ſunt in purgatorio, dum aliud non habent auxilium.
139 An ſæpius liceat eidem mortuo ſuffragari ad conſequendum illi Indulgentiam. Reſpondetur licere cum nemini ſit omnino certum, illam animam eſſe liberatam *Enr. lib. 7. c. 7. nu. 5.*
140 Dices ſi anima, pro qua fit ſuffragium, nõ ſit in Purgatorio, quibus ſuffragatur. Reſpondetur vel ſuffragari illis, quibus intendit ſuffragans tacitè, vel expreſsè, ſiuè in genere, ſiue in ſpecie: ſatis eſt enim ſi applicet ſibi coniunctis, vel magis indigentibus, vel ſi nemini applicatur, diſpenſabitur alijs indigentibus per diuinam miſericordiam, vel quod ſi ſuffragans non habeat intentionem ſuffragandi alicui, per diuinam miſericordiam diſpenſatur alijs indigentibus.
141 Quod vero dicta ſuffragia non proſint animabus Inferni, vel limbi, vel Paradiſi dictum eſt ſupra.
142 Cur poſt applicatam ſemel, atque iterum Indulgentiam, & ſuffragia, ſeu miſſas pro anima, alia fiant ſuffragia pro eadem anima, & toties

ties pro ea oratur multiplicatis anniuersarijs, Missis, & similibus; nã si prima habuerunt effectum, ad quid reliqua? & si vna missa sufficit pro liberatione animæ à purgatorio, ad quid tot missæ? Respondetur licet vna Missa sufficiat, tamen quia posset esse, quod anima illa non fuerit charitatiua, vel deuota pro alijs animabus, ideo plures missæ requiruntur vt *Caiet. & cæteri Theol.*

143 Vel potest esse, quod anima per primam missam non sit liberata iusto Iudicio Dei, & multis alijs de causis, nec potest sciri occultum iudicium Dei, ideo pluries est orandum, vt valeat quantum valere potest, & si non liberatur in totum, liberabitur paulatim.

Vel potest esse, quod qui opus impleuit, non bene adimpleuit, &c. *Armac. de quæst. Armen. lib. 3.* vbi loquitur de eo, qui in toto tempore vitæ suæ grauissima peccata commisit, & numquam fuerat ea confessus, in articulo tamen mortis contritionem habuit & pœna Inferni mutata fuit in purgatorium, ita possent reiterata suffragia minuere pœnam paulatim.

Vel ista multiplicatio, si non prodest vni, prodest alteri, puta si non Patri, Filio, & sic deinceps. Item prosunt ipsi met oranti.

Et demum, vt si anima sit in paradiso oret pro orantibus, & illis impetret gratiam.

144 An animæ purgatorij sint memores beneficij illis collati per huiusmodi suffragia, & sciant, quæ fiant in hac vita. Respondetur, *Enr. lib. 7. c. 8. nu. 4.* affirmat, nam per Angelum custodem sciunt orationes viuorum, & eorum necessitates, atque pro illis rogant etiam in purgatorio.

145 *D. August.* vero *lib. de cur. pro mort. agen. in c. fatendum* 13. *q.* 2. dicit quadruplici via posse hoc sciri. Primo per diuinam reuelationem. Secundo per reuelationem Angeli, præsertim custodis. Tertio ex se ipsis cognoscunt. Quarto, per reuelationem mortuorum, & decedentium ex hac vita, & euntium ad purgatorium, vbi reuelant quidquid hic actum est, instar illorum, qui eunt ad Triremes.

146 *Speculum* vero *pereg. quæst.* triplicem affert cognitionem, certam scilicet, & naturalem, cogneturalem, & reuelationis *in c. 6. primæ Decad. fol. 168.* primo modo nesciunt quid hic agatur ex *Iob. 14. & D. Greg. 12. Mor.* Secundo modo multa cognoscunt *Luc. 16.* de diuite Epulone. Tertio modo etiam cognoscunt, vel per reuelationem æqualis, vel superioris spiritus, & bonorum, vel malorum Angelorum, vel per infusionem specierum ab aliquo superiori spiritu Dei, vel Angelorum *d. c. fatendum,* vel per reuelationem nouiter ad eos transeuntium, vt dictum est.

147 Et ad illud *D. Aug. lib. de cur. pro mort.* vbi dicitur. Nesciunt mortui etiam Sancti quid agant viui etiam eorum Filij, respondetur loqui

qui dubitatiuè, ideo *D.Greg.*assertiuè *12. Moral.* ait qui intus claritatem Dei vident, nullo modo credendum est, quod vt aliquod exterius, quod ignorent, & quid est quod non videant, qui videntem omnia vident, cui inhærent *D.Thom. p.par. q.89. art.8. & lib. 3. contra gentes c. 57.*

148 An Animæ, quæ sunt in Purgatorio orent pro viuis, & Benefactoribus, Respondetur, negat *D.Thom.2.2. q.83. Nauarr.not.22.n.19. de orat.* dicunt enim, quod non orant, nec possunt orare pro viuis, licet memores sint suffragiorum, quæ pro illis fiunt, sed postquam exiuerunt à purgatorio recordantur benefactorum, orantque pro illis in cœlo.

149 Alij affirmant *ex 2. Machab. c.vlt.* vbi Animæ Oziæ Sacerdotis; & Zachariæ prophetæ in Limbo Sanctorum Patrum orabant pro Populo Dei.

150 An mortuus sentiat detrimentum ex eo, quod retardentur missæ, & eleemosynæ, quas mandauit pro anima sua, Respondetur affirmatiuè quatenus retardatur liberatio eius à purgatorio *D. Thom. quol.6.art.13. Nauarr.cons.26.de pœnit.& remiss.cand.aur. de purg. num.* 16.

151 Vnde si quis legat pro anima sua centum, instituit hæredem, et exequutorem, vt pro illis centum curent dicendas tot missas, si hæres, seu exequutor morantur, detrimentum affertur illi Animæ.

152 Et si obijcies, voluntas valet pro opere apud Deum *c. magna de pœnit. dist.* 1. Respondetur, anima illa nihil perdet de merito, quia legatum pium opus meritorium est, & sic voluntas habetur pro opere completo apud Deum, & sic quoad partem meritoriam, non autem quoad partem satisfactoriam, quia non liberatur illa anima, nisi satisfiat per hæredes, non enim sufficit Debitori ordinare, quod satisfiat debitum, pro quo est carceratus, nisi cum effectu sequatur satisfactio, aliàs donec non satisfit, remanet in carceribus, quare dum homo potest, benefaciat, & si est in culpa, & non fecit ipse, quare vult exequi hæres? & inquit regula, qui sibi nequam, cui bonus?

153 Exequutor testamentarius si non acceptauerit onus, neque apud Deum, neque apud homines tenetur.

Idem dicendum est, quando quis dat alicui Presbytero decem pro tot missis celebrandis, si illas non celebrauit, non propterea, qui pecuniã dedit habebit suffragia satisfactoria *cap. oblationes dist.* 50. Sit exemplum Domini, qui per seruum mittit centum debita Titio, si seruus aufugerit absque eò, quod illa centum creditori

Domini consignet, adhuc Dominus remanet obligatus illa soluere. *D.Thom.quolib. 6. art.13. Sot.in 4. dist.45. q.2.art.3.& 4. Nauarr. c. 17. nu.68.*

154 Hinc D. Lucia dicere solebat Matri suæ, quod illud quod datur in articulo mortis erat argentum, quod vero datur post mortem plumbum, ad denotandum quod quisque benefacere debet dum viuit, & non pendere ex spe hæredum exequutorum testamentorum.

155 An Sacerdos dũ viuit possit celebrare missas pro se, vel per aliũ eas celebrare facere in vita pro tempore mortis? Respondetur, pro parte negatiua facit *c.quicumque 26. q. 5.* vbi deponitur Sacerdos, qui dixerit missam Defunctorum pro viuo, & qui illam dicere facit, perpetuò exilio punitur, sed in contrarium est veritas, quia bene potest sacerdos viuens dicere missas, & Orationes pro anima sua, vel pro anima alterius viuentis, bona est cautela, & deuotio *Nauar.cons.6. de celebrat.Miss.* incipit *Viuenti, &* tex. contrarius procedit, quando Sacerdos celebrat, vel alius celebrare facit Missam de defunctis pro inimico suo, orando Deum, vt citius mori faciat.

156 Quando autem pro viuo oratur, debent dici orationes, quæ non faciant mentionem de mortuo, sed potest dici oratio *Præsta quæsumus Omnipotens Deus, vt Animam famuli tui Sacerdotis,* vel *Omnipotens & misericors Deus humilitatis meæ* cum secret. & post communionem.

157 Et quidam Religiosus rogauit alios suæ Religionis, vt missas, quas erant dicturi post mortem suam (iuxta stylum Religionum, quæ post mortem vniuscuiusque religiosi in tota mundi parte curat celebrandas tres Missas pro singulis mortuis à quolibet Religioso Sacerdote, & ab alijs alias preces) dicerent in vita, ita vt ipse audiret, dubitando ne post mortem obliuiscerentur, iuxta illud, quod narrat *D. Anton.* quod quidam cum non haberet alium, quam vnum equum, illum reliquit amico suo, vt post mortem venderet, & de pecunia, quæ perueniret, post mortem suam faceret celebrare tot missas, amicus cepit equum, sed nunquam amplius recordatus est celebrare facere pro amico suo missas post mortem.

158 An restitutio rerum ablatarum debita, & non perfecta à Defuncto, ita illum detineat in purgatorio, vt Indulgentiæ, & suffragia illi non prosint, Respondetur *Sot.in 4.dist.45.q. 2.art.3.* facit differentiam inter restitutionem, & satisfactionem. Primam namque opus iustitiæ inter homines esse dicit, vt vnusquisque, quod debet reddat, quamuis citra iniuriam fuerit acceptus: satisfactio verò fit Deo ratione iniuriæ, quare suffragia ad satisfactionem pertinent, non ad restitu-

ſtitutionem. Hinc error eſt vulgi aſſerentis, Animam Defuncti in purgatorio detineri quouſque debitorum reſtitutio hic fiat, veluti ſi detineretur apud nos in carcere ſæculari. Etenim ſi defunctus dũ viuebat in ære alieno ſoluendo, fecit quod potuit, & debuit, in ſuo ſcilicet teſtamento mandando hæredibus, quos bona fide credebat ſuam exequuturos voluntatem, vt reſtituerent infra certum tempus ſub pœna caducitatis ab hæreditate, nam ſi facta ſit talis diligentia liberatur Anima à tali onere, & peccatum remanet pœnes hæredes, non reſtituentes, & illico anima euolabit ad cœlum, quamuis debita numquam ſoluantur, nec in purgatorio detinebitur, niſi alia cauſa concurrat, quia culpa hæredum in illa reſtitutione facienda, nullatenus nocere poteſt defuncto, cum in ſua poteſtate non ſit remedium adhibere, Deus enim neminem punit, niſi pro proprijs culpis, quas egit in corpore, vnde purgato illo peccatorum reatu, quamuis debita numquam ſoluantur, anima de Purgatorio transſmigrabit in cœlum.

159 At ſi è conuerſo negligens fuerit Defunctus in ſatisfaciendo in vita, vel in reſtitutione, hæredibus, & exequutoribus teſtamenti demandando, non faciendo, quód debuit, nec bona fide exiſtimauit eſſe faciendam reſtitutionem, quia damnabitur quamuis illico poſt mortem fortè æs alienum ſoluatur, & defuncto poſt mortem nihil refert, quando fiat reſtitutio, niſi forte exiſtens in cœlo ſuorum diligentiam agnoſcat, quæ illi erit grata, quare de negligentia præterita tenebitur, non autem de futura hæredum, & ſucceſſorum, non reſtituentium *Sot. loc. cit. Nauarr. c. 17. nu. 68.*

160 Nec poſſunt hæredes ſe excuſare, quod cum certum ſciant mortuum eſſe in Inferno, non teneri facere reſtitutionem, cum illis non ſit profutura, quia vbicumque credant eſſe animam Defuncti, ſiuè in Inferno, ſiuè in Purgatorio, ſiuè in Cœlo, ſemper hæredes tenentur debita Defuncti ſoluere, quia onera realia tranſeunt ad ſucceſſorem, aliàs ipſi hæredes ibunt ad Infernum, immo etiam ſi ſciant defunctum eſſe in Paradiſo, adhuc reſtituere debent, quia proderit illa reſtitutio ad nouum gaudium accidentale, & hæredes merentur, aliàs non faciendo demerentur.

161 Anniuerſaria perpetua relicta à teſtatore ad quid poſſunt, dum aliquo tempore eius anima à Purgatorio liberabitur, Reſpondetur, primo inſtituentes non ſolum pro ſe, ſed etiam pro alijs ea inſtituerunt, etiam quod non expræſſerint.

Secundo, si non prosunt sibi, prosunt alijs existentibus in Purgatorio.

Demum non sunt Anniuersaria perpetua omittenda, ne saltem fiat contra iustitiam, ne scilicet percipiantur introitus, & oneribus non satisfiat *ita Philiarc.tom.2. cap.13.*



AVTHOR

AVTHOR AD LECTOREM.

162 
AEC sunt Benigne Lector, quæ de Iubileo, & Indulgentijs ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatæ Virginis Mariæ, S. Laurentij mei Titularis, & Beatæ Catharinæ Martyris Aduocatæ, de mandato Illustriss. Domini mei Cardinalis Muti, è vestigio temporis, & aduersa semper valetudine podagræ, chiragræ, & in dextera manu lepræ in ipsa operis compositione (id expetente Deo) superadditæ colligere valui. Adiutus tamen Dei auxilio, ea perfeci instar Moysis, qui leprosa manu populum Dei è seruitute Aegypti liberare non valentis, manu Dei valida, & diuina virtute fretus à captiuitate eduxit *Exod.4.* vt sic Dei potentia, & nostra imbecillitas, cæteris, qui huiusmodi suscipere volunt prouinciam, manifestaretur: sic enimiibi Procopius Gazeus, & ante ipsum S. Hieronymus, ad Sabinam scribens ponderauit: illum ergo fructum, quem non mei ingenij tenuitas, sed quem diuina manus in hoc opusculo tibi parauit, capias, rogo.

163 Quem quidem fructum, ne diabolica fraude consequi impediaris, ea primo studeas euitare, quę ab illius consequutione retrahunt, qualia sunt. Si nullam communionem habeas cum Ecclesia, puta (quod absit) quia esses hæreticus, vel excommunicatus *c. si celebrat de Cleric. excom. minist. c. Enceltrudam 3. q. 4.* vel si in peccato mortali existeres; prę terea si non fueris confissus, & contritus; Indulgentia enim non datur, nisi vere pœnitentibus: Insuper si opus iniunctum non adimpleueris, & demum si defectu fidei peccaueris, dum Indulgentias tibi non credas proficere *ex D. Aug. lib. 1. de Doct. Christ.* Christus inquit, *ita dedit claues Ecclesiæ, vt qui non crederent sibi peccata dimitti, non dimitterentur eis, & qui crederent, Iudulgentiam perciperent. Sot. in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3. vers. eod. articulo.*

164 Secundo ſtudere debes ad cœleſtem patriam peruenire, ob cuius finem creatus es, & licet tempus ſemper ſit benefaciendi, & numquam peccandi, hoc pręſertim anno Sancto Iubilei Dominicis pręceptis obedire, à peccatis mortalibus abſtinere, & in viam Domini progredi, debes curare: hoc eſt enim tempus acceptabile, hic dies ſalutis, aliàs illud tibi occinetur: *tempus faciendi diſſipaſti legem Domini:* mundare & mundus eſt, omnium peccatorum tuorum pręmittas confeſſionem, corde ſis contritus, deuote Eccleſias viſita, & Deo feruenti ſpiritu cohęreas, in poſterum ab omni labe peccati abſtineas, in puritate conſcientię viuas; prę oculis pœnas Inferni ſemper habeas, & ſingulis horis viuens in illum deſcendas nouiſſima tua memorando, & æternę beatitudinis gloriam cōtemplatione perfruendo. Suffragia animabus in Purgatorio exiſtentibus pręſtes, ſi vis ſuffragijs à viuentibus tu ibidem ijſdem ſuffragari, & dum tempus habes bonum operare non deſiſtas: nam *D. Aug. Indulgentiam pœnitentiæ,* inquit, *tibi promitto, diem autem craſtinum tibi non promitto.* Si hodie bonum potes operari in craſtinum ne differas, nec tardes conuerti ad Dominum, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictę diſperdet te *Eccleſ. 5. Non enim debes poſt mortem à viuentibus ſuffragia expectare, ſed quod poteſt manus tua, inſtanter operare, iuxta illud vatis: Viuens viuens ipſe confitebor tibi.* Plura ſi cupis de Iubileo, & Indulgentijs copioſiora, & doctiora habere, Authores, quos in calce huius operis poſui, ſi legas, tui fies voti compos.

AVTHO-

AVTHORES QVI DE IVBILEO, & Indulgentijs scripserunt.

A *Adrianus Papa VI. tract. 8. q. 10. & seq.*
Adrianus in 4. de Indulg. d.20. & de clauibus
Albericus in Dictionario vers. Indulgentia verb. Iubileum.
Alexander dist. 7.
Alexander de Alens in 4.p.q.22. & 83. in summ. Theol. q.23.
Alphonsus Aluarez Guer. in speculo Iuris Pontificij c. 28.
Albertus in Dictionario.
Albertus Magnus.
Aloysius Riccius in prax. aurea resolut. 306. & alibi.
Angelus Pientinus, de Indulgentijs, & de rebus gestis Romæ de anno 1575. S. Italicæ.
Antonius Sanctarellus Iesuita de Iubileo.
D. Antoninus p. p. tit. 10. c. 3.
Antonius Corduba de Indulgentijs. lib. 5.
Archidiaconus dist. 7.
Augustinus Triumphus de potestate Papæ q.29. & seq.
Augustinus Barbosa tract. de officio Episcopi p.3. allegat. 88.
Baldus Iunior super opusc. controuersiarum Bellar. p.p. lib. 6. de Indulgentijs.
Baronius.
Bartholomeus de Angelis consolat. de pen. lib. 1. & 2. in Bonif. viij. rescript.
Bernardus Obicinus in regno Christi tract. 11. Italicè.
Bernardinus de Bustis p. p. Rosarij serm. 15.
Bibliotheca veterum Patrum lib. 6.
Bonacina de Sacram. lib. 6.
S. Bonauentura in 4.
Caietanus tom. 1. opusc. tract. c. 15. 16. 17. de Iubileo.
Canonistæ in capitulis hic in fine descriptis.
Caßaneus cathal. glor. mundi p. 12. cons. 39.
S. Caroli Cardinalis Borromæi Epistola.

Conuedo tract.de Indulgentijs.
Cæsar Bottonus.
Cyrillus Francus Seruita de Iubileo.
Cobincus de Sacram.disp. 12. de Indulg.
Comitulus lib.1.Reip.moral. tom.1.
Cosmus Montignanus.
Curiel.opuscul.
Doctores super Decretali Sexto. & Clem.tit.de pœnit. & remiss.
Emanuel Rodriquez quæstion. regularium. tom. 2. & præcipuè à q.85.ad 98.& in summ.p.p. c. 184.
Emanuel Sà verb. Indulgentia.
Fabius Incarnatus,seu scrutinium sacerdotale tract.5.2.p.fol.81.
Fœlicis Stemelin.opusc.in Dialog.de Iubileo.
Fetiuus sermo de Iubileo.
Feliciani Archiepis. Auinioni libellus de Iubil.
Ferdinandez de Medulla p.3.c.8.
Franciscus Ribera in opere de templo lib.5.c.24. & 25.
Franciscus Girardus Italicè de Iubileo.
Franciscus Coster in Enchiridion.
Franciscus Rodriquez de Iubileo.
Franciscus Suarez tom.4.in 3.p.S.Thom.tom.4.
Franciscus Turianus lib. 4. Dignit.
Gabrielis supplementum dist.45.q.3.
Gaspar Loartes Italicè.
Gasparis Scoppij Annotationes in Iubileo Clem. VIII.
Gerson de Indulgentijs. p.2.
Gloss. in §. in Leuitico in c.si quis de pœnit.dist.1.
Gregorius de Valentia de rebus fidei cōtrouers. & de Indulgentijs.
Gretespherus de sacra peregrinatione.
Guiglielmus Aldisdioren. in sua Theol. lib.4.
Heb. Maria disput.50.sect. 4. & 8.
Heych.in q. an modus celebrandi Iubileum.
Henriquez lib.7.tom.1. in summ. Theol.
Henriquus Cuychius quolibet.
Henriquez Curien.de Iubil. & Indulg.
Hieronymus Gratianus Ord.S.Mariæ de Carmelo vernac. ling.

Hieronymus à Sorbò vers. Indulg.
Iacobus Cardinalis S. Giorgij in velabro Nepos Bonif. viij. in titulatur de centesimo, seu Iubileo.
Iacobus Graff. in decis. lib. 4. c. 15. disp. 49. seq. & in append. de Ind.
Iacobus Nachant tom. 1. enarrat. 10.
Iacobus Lathomeus in defens. 7. arg. Sacram.
Iacobus Auolantes.
I*oannes Echyus in Enchyridion, & in disput. lypsica.*
I*oannes Episcopus Rostren. in assert. refut. contra luthe.*
I*oannes Donderus in compendio errorum. tit. 17.*
I*oannes à Turrecremat. disp. 7. S. in Leuitico.*
I*oannes de Fano contra Lutherum italicè.*
I*oannes Agomanus de* I*ndulgentijs.*
I*oannes Franciscus Leo p. p. c. 7. in thes. for. Eccles.*
I*oannes Maria Varractus tom. 1. aduersus hareses.*
I*oannes Roffensis in assert. art. 17. & seq. contra Lutherum.*
I*oannis Maria Mantouani Carmelitæ carmina ad* Iul. *II.*
I*oannis Friburgensis de Indulg. lib. 3. tit. 34. summ. Confess.*
Ioannes de Anania qui tractatus habetur post rubricam de crimine falsi.
Ioannes Baptista Paulianus Vicentinus.
Ioannes Maria Barractus tom. 1. de Indulg.
Ioannis Villa.
Ioannes Osorius tom. 4. in public. Iub.
Ioannes Frigerius de Indulgentijs.
Ioddocus Lorichius in thes. nou. Theol. de Iubileo.
Ioseph Angles Valent. in Florib. Theol. q. de Indulg. p. 2. fol. 17.
Isidorus Valseranus italicè.
Isidorus de Isolanis in Epit. Paul. Sonci.
Interpretes sacræ Scripturæ super c. 23. Leuit. vlt.
Lippomanus contra Lutherum lib. 11. italicè.
Lucas Pinellus de Indulgentijs.
Ludouicus Bologninus *de Indulgentijs.*
Marianus Soccinus *de Indulgentijs.*
Martinus Ledesma. 2. p. 4.
Martin i Nauarr. comment. de Iubil.

Mar-

Martinus Alphonsus Viualdus, seu Candelabrum aureum de Indulg. tit. 9.
Mauri Antonij Belardutij Summ.coron.Confess.de Indulgentijs.
Michael Zanandus p. p. direct. tract. de pœnit.
Michael Bandinus lib.de Indulg.
Michaelis Medinæ disput. de Indulg.
Naldus verb. Indulgentiæ.
Nicolaus aurificus Carmelita de Indulgen.
Nugnus in addit.q 27.
Numeri 2.
Octauius Pansiarolus linguâ vernacula in tit. Thesori nascosti.
Pater à Castro contra hæreses vers. Indulgentia.
Pelbartus in Rosario.
Petrus Vzar tom.4.
Petrus Aegidius de Coniunct.tom.2.de Sacram.& cens.disp.12.
Petrus Crespetius in Summ.Fid. Catholicæ vers. Indulgen.
Petrus Valent. tom.4. dist.7. q.20.
Petrus à Soto de instit. Sacerd.de Indulgentijs.
Petrus Franciscus Zinus italicè.
Petrus Gregorius Tolosanus in pract. Iur. Can.
Pinellus de Indulgentijs.
Platina in vita Pont.
Quintilianus Mandosius de Indulgentijs.
Raffael Riera Societatis Iesu.
Raynerius de Pisis in panthologon.
Reginaldus pract.for.pœnit.lib. 7.
Robertus Bellarminus in append.ad suas disposit.lib.duo.
Rotilius Benzonius Romanus Episcopus Lauretanus, & Racanatensis, de Iubileo.
Sanchez lib. 4. Decalog. c. 54.
Sebastianus Fabrinus Monachus Syluestrinus lingua vernacula.
Syluester verb. Indulgentia.
Sleidus de Iubileo
Sigonius lib.3.c.15. de Republica.
Sotus in 4.d.21.q.2.art.1.
Stephanus Nottus de Iubileo.

Stephanus ex noctis in oper. remiss. à pœn.
Summistæ omnes in verb. Indul.
Theologi in 4. sent. disp. 24. & 25.
D. Thom. addit. ad 3. p. in suplem. q. 25. disp. 49. & in quodlib.
Thomas Elisius in elipeo.
Thomas Zerula vers. indulg. p. par. & vers. annus sanctus.
Thomas Ledi de Indulgen.
Toletus in summ. lib. 6. à c. 21. vsque ad 28.
Turrecremat. in §. in Leuitico de pœnit. q. 8.
Valentia tom. 4. disp. 7. q. 20. punct. 1.
Valentia Laurent. in controuersiis.
Valerius Reginaldus in prax. fori pœnit. lib. 7.
Vibchol in 4. disp. 11.
Viguer. Inst. c. 16. §. 6. vers. 19. de Sacram. ord.
Vincentius Filliutius de Indulgentijs.
Volateranus.

TEXTVS

TEXTVS

Qui de Iubileo, & Indulgentijs loquuntur.

Ex Decretalibus de pœnit. & remiss.

CAP. IIII.

QVod autem consuluisti, vtrum remissiones, quæ fiunt in dedicationibus Ecclesiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, alijs prosint, quàm his, qui remittentibus subsunt: Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quòd cum à non suo iudice ligari nullus valeat, vel absolui; remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus vt prosint proprij iudices specialiter indulserunt.

CAP. XIIII.

CVm ex eo: & infra. Eleemosynarum quoque quæstores, quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diœcesani episcopi litteras veras exhibeant) probibemus: & tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus Apostolica sedes indulget, duximus exprimendam, vt secundum eam diœcesani episcopi suas litteras moderentur. Ea si quidem talis est: Quoniam (vt ait Apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum: oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prauenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis: firmam spem, fiduciamq. rectam tenentes: quoniam qui parce seminat, parce, & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates, vniuersitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum quatenus de bonis vobis à Deo collatis, pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis: vt per subuentionem vestram ipsorum in o-

piæ consulatur: & vos per hæc bona & alia, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire. Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis aut in alijs locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, cauentes omnino ne falsæ religionis habitum gestent. Ad hæc quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum Prælati facere non verentur, et claues ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur: Decernimus, vt cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus episcopis dedicetur; ac deinde in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat: & infra. Hunc quoque dierum numerum non indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueuerit obseruare.

C A P. X V.

NOstro postulasti certificari responso, vtrum per tuam prouinciam possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur tuæ fraternitati breuiter respondemus, quod per prouinciã tuam libere potes huiusmodi concedere litteras: ita tamen, quod statutum generalis concilij non excedas.

Ex lib. 6. Decretalium eod.

C A P. I.

ROmana Ecclesia: & infra. Quæstoribus autem fabricæ Remen. ecclesiæ, Remensis Archiepiscopus, seu eius officiales citandi suffraganeorum ipsius ecclesiæ subditos (quos ijdem quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint) vt super hoc compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super benigna vero ipsorum receptione, ac subuentione, ipsi fabricæ facienda, possunt eosdem suffraganeos & alios Christifideles Remensis prouinciæ charitatiue monere. In concedendis quoque indulgentijs non excedat Remensis Archiepiscopus statutum concilij generalis.

C A P. I I I.

INdulgentiæ, quæ ab vno vel pluribus episcopis in Ecclesiarum dedicationibus, vel alijs quibuscunque casibus conceduntur: vires non obtinent, si statutum excesserint concilij generalis.

Ex

Ex Clementinis eod.

CAP. II.

ABusionibus, quas nonnulli eleemosynarum quaestores in suis proponunt praedicationibus, vt simplices decipiant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem: cũ in animarum cedat periculum & scandalum plurimorum, viam, prout est nobis possibile, praecludere cupientes, iuxta statuta concilij generalis duximus prohibendum districte, ne quaestores aliqui (nisi Apostolicas, vel diœcesani episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur. Cum solum ipsis competat indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatiua postulare subsidia supplicitter ab eodem) vllatenus ipsi populo praedicare, nec aliud exponere, quàm quod in litteris continebitur supradictis: Litteras quoque Apostolicas diœcesani episcopi (ne quid fraudis committi valeat per easdem) antequam admittant quaestores ipsos examinent diligenter.

Ponit octo reprehensibiles actus quaestorum, quos fieri prohibet, & contraria priuilegia reuocat. Io. Andr.

AD haec, cum aliqui ex huiusmodi quaestoribus, sicut ad nostrã audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgẽtias populo motu suo proprio de facto concedant, super votis dispensent, à periuriis, homicidiis, & peccatis aliis sibi confitentes absoluant: male ablata incerta (data sibi aliqua pecuniae quantitate) remittant; tertiam, aut quartam partem de pœnitentiis iniunctis relaxent; animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio (vt asserunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradisi perducant; benefactoribus locorum, quorum quaestores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos à pœna & à culpa (vt eorum verbis vtamur) absoluant: Nos abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica, & clauium ecclesiae auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes: Ea per quoscunque quaestores fieri, vel attentari de caetero districtius inhibemus: Omnia & singula priuilegia, si qua super praemissis, vel eorum aliquo sint aliquibus locis, ordinibus vel personis quaestorum huiusmodi quomodocunque concessa (ne ipsorum praetextu sit eis materia talia vlterius praesumendi) auctoritate Apostolica quantum ad praemissa penitus reuocantes.

De-

Delinquentes quaestores per episcopos puniri praecipit, non obstantibus priuilegiis. hoc dicit. Io. And.

QVaestores autem, qui deinceps in praemissis vel aliquo praemissorum deliquerint, vel alias etiam quibuscumque suis priuilegiis abusi fuerint, sic per locorum episcopos puniri volumus (nullo prorsus eisdem quaestoribus in hac parte priuilegio suffragante) quòd à suis temerariis ausibus, qui vbique, vt communis habet assertio, nimium excreuerunt, pœnæ formidine propensius compescantur.

Ex Extrauag. eod. c.

ANtiquorum habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de Vrbe, concessæ sunt magnæ remissiones, & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutem appetimus, & procuramus libentius singulorum huiusmodi remissiones, & indulgentias omnes, & singulas ratas, & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Vt autem beatissimi Petrus, & Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refertos: Nos de omnipotentis Dei misericordia, & de eorundem Apostolorum eius meritis, & auctoritate confisi; de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proximè incohato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter vere pœnitentibus, & confessis: vel qui vere pœnitebunt, & confitebuntur in huiusmodi praesenti, & quolibet centesimo secuturo annis, non solum plenam, & largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedemus, & concedimus veniam peccatorum: Statuentes, vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ à nobis concessae fieri participes: si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die. Si vero peregrini fuerint, aut forenses, simili modo diebus xv. ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius, & deuotius frequẽtabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, innouationis, concessionis, & constitutio-

nis

nis infringere &c. Dat. Romae apud Sanctum Petrum 7. Kalen. Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C A P. I I.

VNigenitus Dei Filius de sinu patris in vterum dignatus est descendere matris, in qua, & ex qua nostrae mortalitatis substãtiam diuinitati suae, in suppositi vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens: vt haberet vnde hominem lapsum redimeret, & pro eo satisfaceret Deo patri. Vbi enim venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum sub lege, natum ex muliere, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem reciperent filiorum. Ipse namq. factus nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Non enim corruptibilibus auro, & argẽto, sed suiipsius agni incontaminati, & immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter vnionem ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam profluuium noscitur effudisse: ita vt à planta pedis vsque ad verticem capitis, nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, vt nec superuacua, inanis, aut superflua, tantae effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei amicitiae participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per beatum Petrum cœli clauigerum, eiusq. successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & propriis, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quam specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) verè pœnitentibus, & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum, beatæ Dei genitricis, omnium electorum à primo iusto, vsque ad vltimum merita adminiculum præstare noscuntur: de cuius consumptione, seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi, (vt prædictum est) merita, quam pro eo, quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod fœlicis recordat. Bonifacius Papa VIII. pradecessor noster pie (sicut indubie credimus) considerans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines gloriosi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Christi Romæ resplen-

splenduit, & per quos Ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ cæteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, scilicet Apostolorum principi, sicut bono dispensatori, claues regni cœlorum commisit: Alteri tamquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticæ eruditionis iniunxit) in speciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari, pro ipsorum memoria recolēda crebrius, & reuerentia à cunctis Christifidelibus eis deuotius adhibenda, ipsorumq. patrocinio fauorabilius assequendo, inconsumptibilem thesaurum huiusmodi excitanda, & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire, decernens de fratrum suorum consilio, vt omnes, qui in anno à Natiuitate Domini 1300. & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo, ad dictorum Apostolorum basilicas de vrbe accederent reuerenter, ipsasq. si Romani, ad minus 30. si vero peregrini, aut forenses fuerint, xv. diebus continuis, vel interpolatis, saltem semel in die: dumtamen verè pœnitentes, & confessi existerent, personaliter visitarent: suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum.

Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mosayca, (quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iubileus remissionis, & gaudij. sacerq. dierum numerus, quo lege sit remissio censebatur: quodq. ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo tex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quam datur peccatorum remissio, singulariter honoratur. Quodq. huic plura, & grandia diuinarum adaptantur mysteria scripturarum, & clamorem peculiaris populi nostri Romani videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysis, & Aarō per proprios, & solemnes nuntios ad hoc destinatos specialiter orantis pro toto Christiano populo, & dicentis: Domine aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, desiderantes benignius exaudire, non quidem, vt sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio, sed vt istius praedilecti populi, & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat. Volentesq. quamplurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitae hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio praedictam concessionem indulgentiae ex suprascriptis, & alijs iustis causis, ad annum quinquagesimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum consilio praedictorum, & Apostolicae plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui verè pœnitentes, & confessi in anno à Natiuitate eiusdem 1300. quinquagesimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas

eorundem Petri, & Pauli Apostolorum basilicas, & Lateran. Ecclesiam (quam inclytæ recordationis Constantinus, postquam per beatum Siluestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, & à contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisse, quamq. idem B. Siluester nouo sanctificationis, & chrismationis genere dedicasse legitur, & in cuius ecclesiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his, & alijs certis, & rationabilibus causis, vt ipsa ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis, & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus venerandam.) causa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita videlicet, vt quicunque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus triginta: si vero peregrini, aut forenses, modo simili quindecim diebus ad prædictas basilicas, & ecclesias accedere teneantur: Adijcientes, vt ij etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas, & ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe decesserint, verè pœnitentes, (vt præmittitur,) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus, & singulas indulgentias per nos, vel prædecessores nostros Rom. Pontifices tam prænominatis, quam alijs basilicis, & ecclesiis de dicta vrbe concessas, ratas: & gratas habentes: ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, &c. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum sese nouerit incursurum. Dat. Auin. 6. Kalen. Februarij, Pontificatus nostri anno primo. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatibus, & diœcesibus, prædictas nostras litteras subditis vobis clero, & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente Domino ad promerendum huiusmodi indulgentiam se disponant. Cæterum, quia præsentes litteræ nequirent forsitan propter viarum discrimina, vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commode præsentari: volumus quod per te frater Archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoq. munito sigillo vobis fratres suffraganei transmittatur. Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

CAP.

CAP. III.

ET si Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quae (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generis seruitute ereptas animas lucri faciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio praecauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentiae, remissionis, vel facultatis obtentu Christifideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddãtur, aut veniae facilitas eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque consideratione habita, olim emanauit à nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa secundus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quae semel in vita, & semel in mortis articulo conceduntur, formam, & normam instituit, ne passim sine exceptione quorumcunque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apostolica publicatam statuit, & ordinauit, quod in quibuscunque concessionibus, & facultatibus absoluendi, casus infrascripti, tamquam speciales Sedi Apostolicae reseruati semper intelligerentur excepti: Videlicet offensae ecclesiasticae libertatis, Violationis interdicti ab eadem sede impositi, Criminũ haeresis, Conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensae, inobedientiae, seu rebellionis eiusdem Pontificis, vel sedis Apostolicae, Presbytericidij, Offensae personalis in episcopũ, seu alium praelatum, Inuasionis, Depredationis, Occupationis, aut deuastationis terrarum Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcunq; aliorum ad Romanam curiam venientium, Probibitionis deuolutionis causarum ad dictam curiam, Delationis armorum, & aliorum probibitorum ad partes infidelium, Impositionis nouorum onerum realium, vel personalium ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, Simoniae super ordinibus, vel beneficijs assequendis in eadem curia, vel extra contractæ: Et generaliter in casibus conientis in Bulla, quae consueuit in die Cœnae Domini per praedecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans, quod plerunq. contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates, & confessionalia tam praesentibus quam absentibus, etiam oraculo viuae vocis concedere, (ne praetextu concessionis huiusmodi, vel pœnitentes, vel confessores in suprascriptis casibus fallantur, & fallant,) statuit, & decreuit, suae intentionis fuisse, & esse per quascunque concessiones, & falcutates per suam sanctitatem tam scripto, quam verbo factas, & in posterum faciendas, nemini li-

cere irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suæ sanctitatis licentia: quinimmo concessiones, & indulta prædicta quo ad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari. Vt autem ipsa constitutio, (quæ dudum, scilicet quinto Kalen. Aprilis, anni ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1416. Pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit,) eisdem Christifidelibus plenius innotescat, nullusq. illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, præsentibus inseri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. v. nonas Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

CAP. IIII.

QVemadmodum operosi, vigilisq. pastoris solertia oues suæ custodiæ deputatas curat à ferarum præseruare incursibus, & ad statum prosperum fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos (quibus dispositione superna vniuersi gregis Dominici sollicitudo commissa est,) & supremis desideramus affectibus, & studijs nitimur indefessis; cunctos Christifideles, quos à iustitiæ semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare auctori, vt æternæ fœlicitatis præmijs nostri redemptoris inestimabili charitate media potiantur, fiatq. nostra operationis ministerio, vtilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem, quod eorum saluti conueniat, atque nostra, & prædecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem fœlicis recordationis Paulus Papa II. prædecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium fratrum nostrorum tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus,) consilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illũ ad annum vigesimumquintũ Apostolica auctoritate restrinxit: ac voluit, statuit, & decreuit ex causis prædictis, quod singulis 25. annis Iubileus annus prædictus celebrari deberet: quodq. anno Domini 1474. proxime futuro, videlicet à Vigilia Natiuitatis Domini nostri IESV Christi, idem annus Iubileus inciperet, & vt sequitur finiretur: ac vniuersi, & singuli vtriusque sexus fideles, qui beatorum Apostolorum Petri, & Pauli basilicas, Lateranensem quoque, & Sanctæ Mariæ Maioris Almæ Vrbis ecclesias statutis diebus deuote visitarent, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur,

quas

quas idem pontifex, suiq. prædecessores anno Iubileo huiusmodi basilicas, & ecclesias prædictas visitantibus deuote concesserant, per quasdam primo, & deinde nos, qui, (dicto prædecessore sicut Domino placuit, sublato de medio,) fuimus diuina disponente clemētia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per nostras litteras eiusdē Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia, & singula in eisdem suis litteris contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus, & ordinamus, quod annus Iubileus prædictus cum eiusdem indulgentijs, & remissionibus plenarijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiusdem inciperet, & vt sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prædictis, (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Verum quia postmodum tam nos, quam idem Paulus prædecessor noster dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum principum, & aliorum Christifidelium, ac deuotarum personarum pulsati precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesiis, monasterijs, & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas, & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iubilei celebratas minui, vel intermitti posset, cum animarum nō modico detrimento: Nos, qui vniuersorum credētium profectibus, & saluti prospicere ex debito ministerij pastoralis adstringimur, (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, seu eodem Paulo, vel alijs prædecessoribus nostris concessarum huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus, ac remissionis, & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipsi à tanto munere reddantur expertes,) remedijs opportunis prouidere volentes, omnes, & singulas plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis, & male ablatis incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi, & componendi, aut illa sub certis modo, & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, facultates, concessiones, & indulta a nobis, & eadem sede, vel illius auctoritate quibuscunque ecclesiis, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita, seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa quomodolibet concessas, & concessa, & in posterum forsitan concedendas, vel concedenda auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine, vsque ad nostrum, & eiusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illasq. durante beneplacito nostro, & sedis prædictæ suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari indulgentijs tamen basilicarum, & ecclesiarum dictæ vrbis in suo plenario robore


durantibus: Districtius inhibentes alias indulgentias, (præteristas dumtaxat,) in locis publicis, vel priuatis prædicari, aut nuntiari, earumq. pretextu à quæstoribus aliquid exigi quoquo modo. Quinimmo quæstores, & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios à prædicationibus, & quæstis huiusmodi faciendis, volumus, & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mãdati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tybure, anno Incarnationis Dominicæ 1473. 4. Kalen. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

C A P. V.

ET si Dominici gregis saluti semper intenti, singulis ea humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita,) salus ipsa succedat, & hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentiæ, remissionis, vel facultatii obtentu, Christifideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque, (sicut multorum fidedignorum testimonio accepimus,) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quam in scriptis confectis, exinde litteris, vel non, prælatis, & personis ecclesiasticis, etiam religiosis, & sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hospitalibus, confratrijs, & vniuersitatibus, tam in genere, quam in specie, sub electione, vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem, vel pro indulgentijs per nos concessis consequendis, ad ecclesias, & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemq. confratriarum confratres, & sorores, ac in hospitalibus prædictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, & in alijs totiens quotiens, ac in morte plenarie, vel aliàs etiam ad effectum consequendi quascunque indulgentias plenarias, vel non plenarias, absoluere, & pœnitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque vota per illos quæcũque in alia pietatis opera commutare libere, & licitè valeant: fideles præfati ad peccandum,

& ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores existāt, in non paruum periculum salutis animarum suarum: Nos qui Deo propitio eiusdem gregis Dominici, (meritis licet insufficientibus,) causam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipsiq. ad peccandum procliuiores, (vt diximus,) liberius prolabantur: Ex præmissis, & alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, motu proprio, (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, & deliberatione,) auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero prætextu facultatum huiusmodi concessarum à nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum verbo, litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ nullus confessorum eorundem quempiam cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacunque ecclesiastica, etiam episcopali, vel maiori, au mundana, etiam regali, & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati, seu publice diffamati: conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti: offensæ personalis in episcopum, seu alium prælatum: inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum: ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: probibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam: delationis armorū, & aliorum probibitorum ad partes infidelium: impositionis nouorum onerum realium, vel personalium ecclesiis, vel ecclesiasticis personis: simoniæ super ordinibus, vel beneficijs consequendis in dicta curia, vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in casibus contentis in litteris, quæ consueuerunt in die Cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis vltra marinæ, & visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli, in Compostella, & castitatis, ac religionis vota: Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, , cum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia, & de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore: non autem per clausulas id importantes: vel in articulo mor-

tis constitutum, & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea præstita cautione, commutare præsumant. Et si aliqui confessorum prædictorum contra præsentem constitutionem quenquam absoluere, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint, absolutio, & commutatio huiusmodi nullius sit roboris, vel momenti. Ea contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua, (nisi in mortis articulo constituti) ab alio, quàm à Romano Pontifice absolui non possint: Non obstantibus litteris, & constitutionibus huiusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus, &c. Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus eas in cancellaria Apostolica, & audientia litterarum contradictarum legi, & publicari, ac inter extrauagantes alias Apostolicas constitutiones in quaterno dicta cancellaria describi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis, &c. Datum Spiræ anno Domini 1478.



INDEX

RERVM NOTABILIVM.

P. partem. N. numerum. F. folium indicant.

A



Ab-

Al-

B

Cen-

Con-

D

Decre-

cum

Dispen-

E

sicut

Eli-

Ex-

num

G

I

Ieiu-

In-

In-

In-

Legati

M

Ma-

Missam

N

O

Offi-

ro

moie.

Pec-

Pec-

aul-

Poena

Poe-

Pœni-

Præ-

Domi-

Sta-

T

Viri-

Votum

Vouens

FINIS.



REGESTVM.

† A B C D E F G H I

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm

Omnes ſunt Quaterniones, præter †, quæ eſt Ternio, & I, Folium dimidium.



ROMAE, Typis Hæredum Alexandri Zannetti.
MDCXXV.

ERRATA SIC CORRIGE.

reueti p.1.f.26.verf.11. reuerti
displomate p 1.f.76.verf.2.diplomate.
proprius p.1.f.27. verf.15.propius
oleum p.1.f.40. verf 19. oleo
fummitur p.1.f.47.verf.2.fumitur.
Iubieum f.47. verf.2. Iubileum.
hipocrefis p.1.f.53.verf.8.hipochrifis.
iuftificatio ies in p.1.f.65.verf.23.iuftificationes tuæ in
tenebratur f.93.verf.4. tenebatur
iniucta p.1.f.96.verf.25.iniuncta.
per cõfeffarius p.1.f.97.v.1 per cõfeffariũ
Indulgentias p.1.f.106 verf.41.licentias.
raquiratur p.1.f.119. verf 5.requiratur.
fufpiciunt p.1.f.109. verf. 3. fufcipiunt.
lancæ p 1.f.120.verf.6.lanceæ.
illuftriffimum f. 114. verf. 33. illuftriffimorum.
Prælatis ibid.verf.34. Prælati.
reliquiæ p 1.f.115.verf.7.reliquæ.
contemnite p 1.f.122.verf.2.contendite.
Nifi Domum p 1.f.122.verf.9.Nifi Dominus.
ipfe facturus fit f.126.verf.3. ipfi facturi fint.
difpenfatio p.1.f.129. verf 10.difpẽfator.
vtaleas p.1.f. 129.verf.4.vt valeas.
eum p 2 f.3.v.17.cum
pofterios ibid.v.27.pofteros
corona p.2.f.11.v.24 coronam.
implors p.2.f.17.v.29. implorans
fatisfaciendum p.2. f. 56. verf. 12.fatisfaciendi.
oblationis p.2.f.57.verf.vlt.obligationis.
fatisfacita p.2.f.58.v.vlt fatisfactio.
dicere p.2.f.61.v.vlt.dicendo.
index p.2.f.74.v.18.iudex.
definitis p.2.f.75.v.4.definitio.
ftatutum gratiæ p.2.f.78. verf.20. ftatum gratiæ.
ome p.2.f.87.v.10. omne.
feruos p.2.f.91.v.16 ferui.
Martyrim p.2.f.94. v.vlt. Martyrium.
danda p.2.f.97.v.21.& 24.dandæ.
accicentale p.2.f.119 v.20.accidentale.
ftato ibid.n.22.ftatu.
midaliis p.2.f.120.v. 29.38 medaliis.
Pontifijs p.2.f.122.verf.12.Pontificis.
perfcribi p.2.f.144.v.38.præfcribi.
Barbatius p.2.f.152.v.8.26. Barbarius
occultam p.2.f.153.v.20.occultum.
tribuarentur p.2.f.157v.3.tribuerentur
Bzorium p.2.f.159.v.37.Bzouium.
iniuctis p.2.f.167.v.4.iniunctis.
oratorios p.2.n.171.verf.16. orarios.
oppiduorum p.2.f.193.v.38 oppidorum.
Miteruam p.2.f.201.v.7.Mineruam.
claudeo p.2 f.211.v.33. claudendo.
iniuctæ p.2.f.220. v.16.iniunctæ.
aliud p 2. f.225 n.11.alium.
Pontificis p.2.f.229.n.1.Pontifices.
prohitos p.2.f.234.verf.12 prohibitos.
nautragentia p.2 f.235.v.3.naufragantis.
Apoftotolicæ p.2.f.236.v.6.Apoftolicæ.
an fit p.2.f.237. v.penult. an fint.
celebrare p.2.f.238. v.30.celebrari.
exempterantes p.2.n.238. verf.35. exenterantes.
fæculares p.2.f.241.verf 6 fæculares.
fronte p.2.fol.257. verf.24.fonte.
iniurij p.2.f.268.v.35.iniurijs.
nutritiue p.2.f.274.v.11.nutritiuè.
facere p.2.f.280.verf.17.fieri.
dationum p 2.f.281.v.18.datiorum.
Maior. p.2.f.285.verf.5.Maiol.
faciences p.2.f.292.verf.4.facientes.
de is p.2.f.293.v.20.de his.
remifforiales p.2.f.293.v.41.dimifforiales
Conuentu p.2.f.297.v.18. Conuentus.
ab inferiores p.2.f.297.v.36.ad inferiores
Inlicita p.2.f.300.v.6.illicita.
aliqui p.2.f.302.v.4.aliquem.
particula p.2.f. 303. verf.37. particulam.
intenfionem p.2.n.310. verf.4.intentionem.
Bernardus p.2.f.318. v.1.Bernardinus.
viri p 2.f.318.v.30. vir.
pub rtatem p.2.ibid.v. 59.libertatem.
facaltas p.2.f.326.v 28.v. facultas.
pœnitente qui p.2.f.327.v.18.pœnitenti quem
procaranda p.2.f.333.v.12.procuranda.
incipiententem p.2.f.333.v.30.incipientem
præcep t p.2.f.335.v.39.præcipit
mininiftrandi p.2.f.336.v. 1. miniftrandi.
fatisfare p.2.f.339 v.3.fatisfacere.
quem p.2.f.349.v.26.quàm
Theodofio p.2.f.352.& 357. v. 8. Theodoro

cuda

cuda p 2.f.352.v 9.cauda.
extuat p.2.f.359 vers.38 æstuat
Moral p 2 f ,67 n.17. Dialog.
sibi viam in die & iræ p.2.f.559. vers.26. iram in die iræ &
comparauit p.2 f 367.vers.24. comparuit
facta p 2 f.369.v.6 fictam
in inferno p.2.f.369.v.12.ex inferno
in inferno p.2 f.369.vers.27 in infernum
puerolum p.2 f.371.v.15.puerulum
Praxetis p.2.f 372.v.1.Praxedis
require p.2 f 373 v 25.requie
mereat p.2 f.374.v.25 mereatur
quod agant p.2.f.375 v.23. quid agant
celebretur p 2 f 375 v.24.celebrentur
meriatur p.2.f 375.v.37.mereatur
liSerata p.2.f.379.v.22.liberata

Semphronij p.2.f.369.v.35.Sephronij
Cloniaci p.2 f.381.v.29 Cluniaci
inseruiente p.2.f 396.v.35. inseruientes
Babt.ibid.v.36. Bapt.
inherent p.2.f.401.vers.4 inhæret
consssus p.2.f.405.v.36.confessus
Alex. de Alens p.2.f.407.v.6. de Ales
Fesinus p 2.f.408.v.14.Fœlinus
nouotex p.2 f.417.v.13. nouo ex
cognentis p.2.f 419.n.34.contentis
aut files p.2.f.421.v.25. fideles
facultatij p.2.f.422.v.6.facultatis
Vbi legitur Fratruum, Patruum, legas, Fratrum, Patrum, & vbi vna littera pro altera ponitur, vel aliqua desit, vel supersit; tuæ correctioni relinquitur.



